



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



V1  
Hut. Tone  
4039  
P'

20691

Ver

9

# DOCTRINA NUMORVM VETERVM

CONSCRIPTA

A

JOSEPHO ECKHEL

THESAVRO CAESAREO NUMORVM, GEMMARVMQVE VETERVM,  
ET REL ANTIQVARIAE IN UNIVERSITATE VINDOBONensi DOCENDAE  
PRAEFECTO.



P A R S I.

DE

NUMIS VRBIVM, POPVLORVM, REGVM.

V O L V M E N I.

CONTINENS

PROLEGOMENA GENERALIA, TVM NUMOS HISPANIAE, GALLIAE,  
BRITANNIAE, GERMANIE, ITALIAE CVM INSVLIS.



VINDOBONAE,

S V M P T I B V S J O S E P H I V I N C E N T I I D E G E N  
I M P R E S S I T I G N A T I U S A L B E R T I .  
M D C C X G I I .



A V G V S T I S S I M O , I N V I C T I S S I M O ,  
P O T E N T I S S I M O

P R I N C I P I

# FRANCISCO SECVNDO

R O M A N O R V M I M P E R A T O R I

S E M P E R A V G V S T O ,

G E R M A N I A E , H V N G A R I A E , B O H E M I A E ,  
D A L M A T I A E , C R O A T I A E , S L A V O N I A E , G A L I C I A E ,  
L O D O M E R I A E , H I E R O S O L Y M A R V M

R E G I ,

A R C H I D V C I A V S T R I A E ,  
D V C I B V R G V N D I A E E T L O T H A R I N G I A E ,

M A G N O D V C I H E T R V R I A E ,

M A G N O P R I N C I P I T R A N S I L V A N I A E , D V C I M E D I O L A N I ,  
M A N T V A E , P A R M A E E T C . E T C .

C O M I T I H A B S B V R G I , F L A N D R I A E , T I R O L I S E T C . E T C .

D O M I N O , D O M I N O  
C L E M E N T I S S I M O .



# A V G V S T E !



Magnum est confidentiae, aut potius temeritatis argumentum, cum audent Musae interpellare Principem, quem propter recentia, et continua i Augustæ domus funera, incumbentem humeris in vastissimi imperii aditu curarum molem, et exortum recens cum gente nuper amica bellum nonnisi difficultem afflictumque necesse fuit augurari. Sed abstersit audaciae invidiam una populorum omnium vox, quae TE in ipso doloris cursu omnia magno animo complexum réipublicæ negotia, mitem, placidumque, et quod maximum est Principum ornamentum, humanitatis ac moderationis amicum in-

credibili cum voluptate, et admiratione promulgavit.  
Nimirum hos TIBI mores, hunc animum dedit pri-  
mum juventutis TVAE rudimentum, cum in castris  
ageres commilitonem, eadem cum infimo quoque par-  
ticipares pericula, et incomoda, et communes ho-  
minum calamitates ad TE quoque pertinere captis ipse  
experimentis intelligeres. Num igitur Musae TVVM  
reformidarent alloquium, quas esse ornamentum pacis,  
et gloriam reipublicae facile sibi persuasere Majores  
TVI, et quae, ut amplissima sibi a TVA voluntate  
praefidia augurantur, ita ad ornandam, amplifican-

damque **FVAM** maiestatem iam nunc omne suum  
consilium, operamque addixeret? Harum igitur com-  
muniis scientiae praefidum nomine, atque privatim  
ejus, quae antiquitatis doctrinam sortita est, tenues  
**TIBI** hos meos consecrare conatus tanto magis gesti-  
verat animus, quanto certiores sunt fructus honestissimi  
ejus otii, in quo me immortalis memoriae **M. Theresia**,  
sed deprecante Augusto parente **TVO**, collocaverat,  
siquidem quam gratiarum actionem debemus patri,  
eandem in filiis quoque cupimus esse perpetuam. Qua-  
propter ut reliqua omnia abessent incitamenta, vel una

aeterni hujus beneficij recordatio: tantum valet apud  
animum meum, ut, quam in juventute operam Augu-  
stae aviae TVAE, avunculi, patrisque obsequiis im-  
penderam, eandem et TVIS extremo vitae tempore  
impensam cupiam.

DEVOTVS

NVMINI MAJESTATIQUE TVAE



AVCTOR OPERIS.



## P R A E F A T I O,

Cum ante alios omnino sex praesentis operis specimen, quod *Descriptionem numorum Antiochiae Syriae inscripsoram*, publicae eruditorum censuræ subjicerem, una justum illi commentariorum praefixi, in quo ejus propositum, et causas, et totius in partes distributionem fatis prolixæ, et quantum provideret tum adhuc poteram, adcurate explicavi. Quo cum meliorem alium, magisque idoneum adferre non possum, et tamen necesse sit, explicatam universi operis rationem lectori oculos ponere, consultius visum, quae ibi tum dictaveram, in praesens prooemium recipere, omisis nonnullis, quae opportunius aliorum videbantur differenda, et additis, si qua tum non satis fuere perspecta, atque explorata.

Ajebam, opus huic nostro simile pridem tentatum ab aliis, sed sic ut eventu careret propositum, ab aliis perfectum sic, ut in singulis deficiat aliud quid, in quo primas præstantissimæ hujus artis partes esse repositas nemo possit inficiari. Tentavit saeculo superiore hanc aleam Andreas Morellius Helvetius, modumque, quo instruere ordines, et explicare aciem intenderat,

(Vol. I.)

## P R A E F A T I O.

aperuit in prooemio ejus operis, quod *Specimen universae rei numariae antiquae* appellare placuit. Et erat Morellius is vir, qui propter incredibilem in haec studia affectum, tum et eruditionem non vulgarem, atque in pingendis numis non adsiduitatem modo, sed et dexteritatem unus par huic consilio videri poterat. At vero cum operis sui finis longius porrigeret, quam quibus aut hominis vita, aut privati sumptus sufficerent, subinde adverso in Galliis fato jactatus, ad extremum tentatus valetudine, quaes et ingenii, et membrorum usum impediverat, ex congesto tot annorum apparatu aliud non reliquit, quam tabularum aenearum volumina duo, praeclara illa quidem atque utilia, sed quorum utique latius pateret usus, si non desset limae labor, et quos ad illustrandos nummos paraverat, commentarii. Morellij vestigiis insitens Alexander Panelius Gallus, et ipse vir eximie eruditus, multique in re numismatica usus, sub finem libri, in quo Cistophororum naturam explicuit, aperuit consilium, non minus Morelliano ratiunculae, quo omnium ordinum, nationumque nummos veteres omnes acri incisos explicatosque gulgaturum in se receperat. Propositum suum quo minus perageret, utrum turbaverit mors immatura, an, quod verius existimat, absterruerit moles non satis praevisa, non constat. Nihil sane ejus post haec promissa comparuit, sed quam nos jacturam possumus aequo animo ferre. Nam qui in binis libris, quos *de numo Tarracanensi*, et *de anno XI. Treboniani* vulgavit, absurdissima quaeque, et veritati historicae plane adversantia adfirmare ex numorum testimoniis potuit, quiisque palam profiteri non dubitavit, fastidita quacunque factitum, annualium, scriptorum fide, una numorum ope veram imperii Romanii historiam scripturum, is profecto experimentum dedit, quam ille pver-

### P R A E F A T I O.

sam, praepositeramque in explicandis numis rationem sibi praefixerit, nobisque pro Harduino uno, quem jam solum vix concoquimus, bini forent devorandi. Quae fuerint Wolfgangi Lazii, et Huberti Goltzii, veterum artis nostrae magistrorum, in simili conatu sive naufragia, sive abortus, quod haec in vulgus cognita sunt, commemorare non attinet. At non praetereunda hoc loco pertinax Joannis Jacobi Geßneri Tigurini industria, qui edendo thesauro omnium numismatum veterum intentus, quos inde a Crophio, Lazio, Galitzio ad sua usque tempora vulgatos reperit numos populorum, urbium, regum, virorum illustrium, familiarum, Augustorum, Augustarumque, eos in suas redactos classes, et in aeneis caelatos tabulis exhibuit, praeclaro non ea solum aetate, sed et hodie artis nostrae compendio, quod, quae diversissimorum sunt operum, indicatis adcurate, unde hauserat, fontibus in unum coegerit. At vero et unicum istud ejus operis meritum, nam ad communem institutionem non modo parum prodest tironibus, sed saepe obest etiam, illud, quod defunt commentarii, qui numorum ambigua explicarent, hoc, quod nullo delectu in societatem recepit numos omnes, parum sollicitus, quam autem, aut qui eos promulgavere, fidem promereantur. Ejusdem indolis sunt lexica numismatica, quorum unum annis superioribus editum a Thoma Andrea de Gusseme Hispano, sed multis partibus, ut alibi monebimus, mancum, alterum multo locupletius ante aliquot annos Lipsiae vulgari coeptum a viro insigni et admirabilis patientiae Christophoro Rasche eo consilio, ut quidquid numorum ab omnibus retro antiquariis editum fuerat, in unum opus collectum, et alphabeti ordine expositum ad quoscunque usus haberemus, quod sane institutum multiplices adfert utilitates iis, qui nostris his studiis omnem

## P R A E F A T I O.

operam suam addixere. At lexicis alius est finis propositus; non enim artis praecepta tradunt, aut examinandis, quae ab aliis tradita sunt, magnopere laborant, sed cum fideliter et adcurate omnia materiae suae capita, quaecunque alii dictaverant, complectuntur, partes suas implevere.

Cum ab his parum sit subsidii, qui quacunque fortuna de re numaria universa scribere sunt aggressi, at non deerant fortasse viri eruditi, ac praestantes, quae artis nostrae praecepta conferre in unum, ac mandare literis constituerint. Verum et haec nos sperata auxilia prodidere. Ad Ezechielis Spanhemii opus provocabis tam mole, quam eruditione conspicuum, in quo de *praefstantia et usu numismatum* copiose disputatur? Fruere immortali hoc opere ejus viri, cuius non alias facile et aquaverit ingenium, et doctrinam, verum, si me audis, non ea mente, ut illo instruare, sed erudiare. Neque enim eo ille consilio hunc, de quo agimus, librum conscriperat, ut scientiae numismaticae cupidum velut manu duceret, verum nulla certa lege aut ordine quamcunque ejus artis partem reperit, quae idoneam ad disputandum materiem offerret, arripuit, et omnibus eminentis doctrinae copiis explicavit. At quod praecipuum est, quascunque Tristano, Spanhemio, Harduino, Vaillantio, Begero, aliisque velimus tribuere in arena numismatica vires, et excellentiam, quam sane promeriti sunt eo jure, quo qui optimo, jam ipsa aetas, quae insignes hos viros tulit, eorum, quae copiose, et magno cum judicio scripserunt, elevat auctoritatem. Enimvero quis dubitabit, non eadem esse conditione scientiam numismaticam, aut historicam, et quae sunt ejus generis, qua esse aut geometriam, aut ethicam intelligimus, quarum praecepta, quoniam ex aeternis na-

## P R A E F A T I O.

turae legibus hausta sunt, non magis sunt vera hodie, quam fuerunt Euclidis,  
aut Socratis aetate? At vero ut variant veterum monumenta, quibus unis  
ars numismatica aut nititur, aut perficitur, sic et scientiae nostrae statum ha-  
bitumque in dies variare necesse est, sic ut quae vera olim credita, nunc vulgo  
comporta sint falsissima, quae olim incredibilia, nunc fide digna, quae in con-  
jecturis habita, nunc certa, et explorata, quae sane evenire oportuit, ex quo  
ab annis proxime superioribus virorum praelantum opera, Liebei, Froeli-  
chii, Florezii, principis Turris Muciae, Barthelemyi, Belleyi, Blondii, Du-  
tensi, Khellii, Neumanii, Sestinii, Taninii tam praeclara accessere supple-  
menta, vulgata musea integra, Caesareum Vindobonense, Em. Cardinalium  
Albani, et Zeladae, Pisanianum, Theupolianum, Arigonianum, et quod rei  
caput est, Pellerinius et Hunterus immensas suas opes, quae privatorum fa-  
cultates excedere videntur, explicaverunt. Ergo tantarum, tamque nobilium  
ope accessionum en tibi repente scientiam nostram velut alio sub coelo, alio  
sub sole positam, recipere vigorem, et efferre altius caput, tum et fugari te-  
nebras, et offensionum pericula, quibus majorum nostrorum lucubrations,  
nulla certe eorum culpa, paucim laborant, ad quas si jam velis adigere artis  
nostrae studiosum, perinde agas, atque si hac nostra aetate post enavigata  
omnia maria, aditas omnium nationum oras, et excussa terrarum summa ima-  
que, historiae velis naturalis intelligentiam ex Vlyssis Aldroyandi, Scheuch-  
zeri, aut Alberti magni operibus repetere. Quapropter quisquis erit aequus  
rerum aestimator, grata manu sumet, quaecunque majores nostri recte scri-  
psere, et veniam dabit, in quibus peccavere, nam si profecimus, per eos  
fateamur, et ipsa saepe eorum peccata profecisse, et si jam nunc plus illis fa-

## P R A E F A T I O.

pimus, illud non ingenio et doctrinae, quibus in rebus plerumque inferiores sumus, acceptum referendum, sed aetati, atque fortunae.

Verum quantumcunque illustria sunt haec artis nostrae et incrementa, et lumina, duo tamen adhuc restant peragenda, quibus, quamdiu carebimus, tantum abest, ut ars numismatica eos praeflet fructus, quorum causa in articium communionem admissa est, ut etiam, nisi occultis ejus vitiis medemur, universam philologiam, quod experientia docuit, gravissimis adficiat incommodis. Quo enim pacto utilem sese poterit praefovere, quando praeclara haec, de quibus modo egeram, a nostrae aetatis hominibus collata subsidia ex mille voluminibus, locisque disjunctissimis sunt petenda, quam tu infinitam materialium colligas, atque apte distribuas, multorum habes annorum tolerandum laborem, quod tempus cum a paucis possit impendi, accedente ad haec molestiae operae taedio, videmus jam in ipso aditu etiam qui minus morosi sunt, atque difficiles, absterreri. Atque ut hos obices perfregerit, cui fortuna plus otii, et patientiae adspicerat, restabit labor alter molestus aequus et implexus, et ad artis nostrae perfectionem cum primis necessariis, quo numerorum, quos majores nostri promulgavere, sed quibus hactenus nostrae actatis censura pepercit, justo judicio exploretur fides, et innocentia. Namvero graviter peccaverit, cui scientia numerorum veterum post tot virorum praestantissimorum conatus fatis videbitur perpurgata, neque amplius inquinata sordibus, quibus amoliendis non unus Hercules, non unus Alpheus suffecerint. Pervolve, si vacat, imperatorum Romanorum numismata ab Adolpho Occone olim congesta, a Francisco Mediobarbo comite Birago aucta et illustrata, de-

## P R A E F A T I O.

nique a Philippo Argelato innumeris, ut titulus spondet, mendis expurgata,  
et vietas continuo manus dabo, nisi diuidiam falsam eorum partem aut men-  
doso descriptam, aut aperte falsam, aut certo suspectam cogare confiteri. Bo-  
no animo existimo, a viris sedulis infastam hanc numorum farraginem obtu-  
fam, tametsi in causa nostra parum interest, utrum bono, an malo animo de-  
cipiare; at sane non oportuet, numos quacunque fide cognitos, corrasos  
ex catalogis, quos rudia saepo ingenia concessere, in monumentis proponere,  
in quorum fide vetus historia mitatur. Sed de Mediobarbi, Goltziique meritis  
abbi citopportunior agendi locus.

Hinc malis ut remedium quaererem, plures abhinc annos coepi moliri  
commentarios nulla tum adhuc lege atque ordine, quod privato tantum usui  
intenderam, quorum cum interim moles ex cresceret, et amicorum judicio non  
privatum modo sed et publice profuturi putarentur, ad construendam ex  
praeparata materia mortuum veterum doctrinam animum appuli, de qua ut  
recte possit lector amicus arbitrari, necesse est, primum quas mihi in materiae  
delectu, et explicacionis modo praefixerim leges, deinde quae sit totius operis  
distributio, ac ordo, paucis exponere.

I. Locus in hoc opere non dabitur, nisi numis, quos aut viderim ipse,  
aut a fide dignis auctoribus commendatos repererim. Insigne ad hanc causam et  
adjuvamentum, et fiduciā attulit museum Caesareum Vindobonense, numis  
commatis Romani cum primis locuples. Eorum vero rationem non habeo,  
quos unus Goltzius, aut ejus sequaces vulgavere, puta, Erizzus, Albertus

## P R A E F A T I O.

Rúbenius, Jacobus Biaeus, Oudaanus, Oisellius, quos omnes constat Goltzii scrip̄ia compilasse. Prócul etiam habebuntur numi subaerati, sive quorum aeream ferreamve animam argenti pellisula obtēgit, quorum, praecipue in Romanis, incredibilis est numerus, item qui a barbaris ad archetypi sive Graeci, sive Romani exemplum conformati sunt. Fuero, qui subaeratos ipsis probe argenteis praeserrent, quod vulgo a fraudis suspicione immunes habentur. Non repugno, modo ne ad faciendam historiae, aut chronologiae fidem advocentur. Nihil enim est absurdum, quod docere non possis, si horum te auctoritati permittas. Hos rei numismaticae abortus cum non disceperet Medioharbus, sed eodem jure haberet, quo probos integrosque, factum, ut catalogum suum impleret mendis, et prodigiis, quibus si fides habeatur, fides omnis historica disperiit.

II. Studendum in materiae delectu brevitatib; ne in immensum ex crescet, opus tantarum rerum capax. Eam inibi variis modis parare studui, omittendo inutilia, inepta, otiosa, aliena. In inutilibus putavi numeros palam spurios, aut a Tristano, Aenea Vico, aliisque veteribus mendose descriptos, aut mere Goltzianos, nisi cum eos recitandi certa aliqua causa apparebat; illorum enim erratis cum nemo jam fidem habeat, Goltzii vero fides, ut alibi docebitur, jure laboret, ecquando tandem, quorum deleri memoriam praefiat, ad fidium repetere desinemus? Praeterire etiam visum obsoleta quaedam pracepta in primis rei numariae incunabulis ab artis nostrae Pacuvii tradita, et Saturnum nimis olenitia, tum quae infinita absurda confinxit Harduinus, cuius commenta jam nemo nisi per jocum refutaverit. Alienum etiam a meo insti-

## P R A E F A T I O.

tuto putavi commemorare numismata obvii argumenti, quod per omnes fere imperatores cum taedio, at nullo philologiae commodo recurrit, sed quorum locus proprius sunt lexica et catalogi. Quod enim dignum operae pretium, efferre singulorum Augustorum nummos inscriptos VICTORIA AVG., vel SPES. AVG., quando eorum nemo fuit, qui, et si victus, non sese victorem ferret, et, cum maxime desperaret, non etiam spem publice jactaret? Neque minus aliena est molesta multorum diligentia, qui, quae sunt aliorum partes, occupant, et ad explicandos nummos, quae vulgo ab historicis, et mythologis tradita sunt, cum legentium taedio arcessunt, cum tamen artis numariae lex non sit docere historiam, vel mythologiam, sed utriusque artis praecognita aut emendare, aut illustrare, aut novis exemplis locupletare. Quem vero et si minime morosum non taedio enecet, quod fuit Havercampo proprium, recitare in utraque lingua farraginem testimoniorum, et longos aliorum commentarios, quos paucis indicare satis fuerat, ad verbum in opus suum transferre? quo quidem instituto quid scientiae accedat, nihil video, et si plurimum volumini. Denique brevitati me consulturum existimavi declinando bina vitia, quibus hercule summi saepe antiquarii immunes non fuerunt, et quorum is fuit exitus, ut legentibus aut risum moverent, aut stomachum. Ea intelligo vitia, quae Graeci περισσολογια et περιεργια appellant, nimirum cum amplum verborum, et eruditionis apparatum conferimus ad explicanda quaeque levissima, et quae tandem operose explicata parum scientiam nostram juvant, et cum, quod propositum fuit Vaillantio, nihil esse tam abstrusum, tam reconditum putamus, quod non possimus enucleare ingenio, pro quo labore plerumque gratis impenso saepe aliud non referimus, quam nugas canoras, nimirum

## P R A E F A T I O.

quod ajunt, pro Junone nubem. Ego hoc animo ad scribendum istud opus accessi, ut, quae certa sunt, persequerer ut certa, quae incerta, ut incerta, et si ad qua explicanda desituar conjecturis saltem idoneis, et verisimilibus, ea in ignotorum numero haberem. Minus fane turpe, extam remota antiquitate restare aliqua tenebris cooperta, quam mirum, tot rebus obscuris post tot saecula ex numis adferri lucem potuisse.

III. At tenendus etiam in brevitate modus. Ut enim teste Tullio contractio et brevitas in dicendo non habet dignitatem; sic eadem in docenda arte numismatica non habet utilitatem. Ut etiam exclusis inutilia, otiosa, aliena, de quibus mox egeram, tamen quo pacto poteris materiam tam vastam, ac paene infinitam, tam multiplicis argumenti ac disputationis arctis finibus circumscribere, quin una et res dignas et necessarias excludas? Vtere, si contracta praecepta amas, tenui commentario Ludovici Joberti, qui *Scientia numorum* inscribitur, et in omnes cultioris Europae linguas versus omnium vulgo manibus teritur, quem si totum memoria complectare, tam parum te eruditum praestabo, quam dudum fueras. Neque enim tenemus scientiam, cum generalem ejus statum ac fines tenemus, sed tum eam obtainemus, cum quae sit distributio partium, quae harum natura, et usus, planius intelligimus. Quam vero haec in disciplina nostra late pateant, quis ignorat? Ut enim vel solas urbium, populorum, coloniarum, regum, gentium, principumque Romanorum series explices, quantumcunque commentarios temperes, jam istud unum justi voluminis mensuram implebit. Atqui factum consulto et dedita opera, ut laxiores operi fines praescriberem, nimirum ut quidquid ars

## P R A E F A T I O.

nostra praeclarum, et in quamcunque partem utile complectitur, quidquid a viris illustribus aut recte est traditum, aut etiam peccatum, illud omne eodem conferrem, quo fiet, ut expositis uno loco, et in suas classes tributis omnibus artis nostrae copiis nihil deinceps ad investiganda ejus arcana sit impeditum, et sublatum fastidium, quod hactenus ejus studiosos potuit absterrere. Quapropter tantum abest, ut, in quo verbosior fui, eruditorum metuam censuram, ut etiam propterea magnam me ab iis initurum gratiam plane confidam.

Expositis legibus, ad quārum praescriptū adcommode universi operis rationēm constitui, jam etiam ejus distributio, ac ordo explicandus.

Totum opus constat duabus partibus, quarum I. continet numos urbiū popolorum, régum, II. numos Romae seu liberae, seu imperantis. Sed partem operis primam praecedunt Prolegomena generalia, quae praecepta continent universam rem numismaticam generatim spectantia.

Partis I. ordo totus est geographicus, nimirum ducto ab Hispania Lusitana principio secundum naturalem regionum situm orbem universum numismaticum pervadit exiturus in Numidia Africæ, sic ut regionibus singulis sui subjiciantur reges, si quos habuere numis celebratos.

Pars II., seu monetae Romanorum, initium dicit a numis consularibus, quo nomine intelligo pondera aenea, tum et reliquam omnem Romae liberae

## P R A E F A T I O.

monetam cujuscunque metalli ac voluminis, quae solum ROMÀ inscriptum offerit; sequuntur numi gentium, seu familiarum Romanarum, atque his succedunt numi Romae imperantis a Julio Caesare usque ad Palaeologos.

Singulis partibus sub finem adjiciuntur explicationes, quae totius praecedentis materiae praecipua capita illustrant, ac cum primis illis, quae, quia ad plures nummos pertinent, uno, ac definito quodam loco sunt tractanda. Ejus generis sunt in parte I., quae explicandis numis regum, aut coloniarum servient, doctrina characterum chronologicorum, magistratum variae dignitatis seu sacrae, seu profanae, seu domesticorum, seu Romanorum, varia urbium privilegia, titulique honorifici, festa ac ludi, certae his numis inscriptae formulae, ut: ANΕΩΗKE, ETOTΣ. NEOT. IEΠOT &c. natura numorum cistophororum, et quae sunt his plura alia scitu cum primis necessaria. In parte II. explicabuntur tituli imperantibus delati: ut: Caesaris, Augusti, tum natura, ac potentia variarum dignitatum, cuiusmodi sunt: tribunicia potestas, consuls, proconsulatus, pontificatus maximus Augustorum, tractatus de votis decennalibus, de numis infimi aevi &c.

Totum opus confabit voluminibus VIII., quorum priora IV. parti I., posteriora parti II. dedicavimus. Erunt, qui conjunctas cum numorum descriptione eorum etiam imagines desiderabunt. Non inferior, multum iis inspirandis juvari studentium animum, easque utilitates praestare non vulgares. Sed absterruit me provisa sumptuum magnitudo, ac simul subiit animum cogitatio, iconum jacturam adcurata typorum explicatione commode sarciri.

## P R A E F A T I O.

idque pridem consilium fecutos Vaillantum, Harduinum, aliosque. Atque  
haec de universi operis ordine, causisque dicta sufficiant.

CETERUM SI QUI MIRABITUR, QUI FACTUM, UT NEMO HAC NOSTRA AETATE AD ELA-

BORANDUM SIMILIUS NATURAEC OPUS, TAM PALAM NON UTILE MODO, SED ET MAXIME  
NECESSARIUM, APPELLERET ANIMUM, CUM NON DECESSENT VITI SUMMI, QUORUM EGO

ET REVEREOR EXCELLENTIAM, ET ADSURGO AUTORITATI, IS, QUAESO, INTELLIGAT, TEMERE

A VIRO, CUJUSCUNQUE PRAESTANTIAE TENTARI OPERIS TAM VASTI LABOREM, NISI PRAESTO

FIT EXIMIUS NUMORUM APPARATUS, PRAECLARA LIBRORUM NOSTRI ARGUMENTI SUPLEX,

DENIQUE ET OTIUM. ABSIT PRIMUM, NECESSITATIBUS, QUAE QUAM  
SUNT FALLACES, NOVIANUS. ABSIT ALTERUM, ADHAECCHIT AD SINGULAM FARE VERBA, ET

ENECAHIBUR TAEDIO, EA, QUAE OPUS SUNT, EX ALIENIS SCRIPSIIS, ET SAEPE MULTUM  
DISTANTIBUS PETENDI. DE NIQUIS SI NEGOTIIS ALIIS, AC PRAECIPUE AB ARGUMENTO SUO

ALIENIS, DISTRAHATUR, QUS PACTO MATERIAE, TUM LATC, PATENTIS POTERIT INVESTIGARE  
CAPSAS, CONQUIRERE EX LOCIS DIVERSIS DISJUNCTISSIMISQUE INFINITAM NUMORUM MO-

LEM, EOS, DUM SCRIBIT; ANIMO SEMPER HABERE PRAEFENTES, ET LONGA MEDITATIONE,  
QUAE DIVERTICULIS INIMICA EST, EORUM CONCILIARE DIFFIDIA, ET EXIIS ELICERE, QUID,

QUD IN QUAMCUNQUE PARTEM POTEST UTILITATEM PRAESTARE? QUAE QUIDEM COM-  
MODA CUM RARO UNI CIDEMQUE VIRQ EODEM TEMPORE A FORTUNA SINT DATA, NON

MIRABIMUR, ABSTERRITA HIS INCOMMODIS INGENIA AD DIVERSA STUDIORUM CURRICULA  
DECLINASSE. AT VERO TAM PRAECLARAS OPPORTUNITATES CUM NON MODO IN ME COL-

LATAS MEORTUM GRATIA PRINCIPUM VIDEREM, SED ET SPES ESSET, FORE AETERNAS, IN-

DIGNUM PUTABAM, SI DETECTAREM LABOREM QUANTUMCUNQUE VASTIUM AC IMPEDI-

TUM, NEQUE OBLATA HAEC SUBSIDIA, OMNESQUE MEAS VIRES, ET SI QUD IN ME EST

## P R A E F A T I O.

ingenii et peritiae; ad desiderata omnium votis philologiae incrementa conferrem. Sed et ingratum me nimio putarem, nisi publice profiterer, quam sint insignia in promovendo hoc opere merita CELSIS SIMI PRINCIPIS A ROSENBERG, qui supremo imperio thesauros regios, et me una, meaque studia moderatur, qui, quo est eximio planè in artes liberales affectus, nihil desiderari possit est, quidquid ad numerum librorumque supellectilem augendam conferret, quo et thesauri Caesarei consideretur incrementis, et studentium subveniretur commodis. Quibus subsidii cum planiorem ad conatus meos viam efficeret, tum trie etiam vehementer sibi devinxit moribus suis, cum probari sibi meum laborem, studia, contentione intelligerem, ipse confessa explicantem non audiret modo liberter, sed cum poterat, adjuvaret quoque, mihique non gravate indulgeret otium, quod a me unice gazaee Caesareae ornamenti, et utilitat publicae impendi intelligit. Nimurum quo ille est erecto, atque excuso animo, probe perspectum habet, a virtus illustri proficia, dignitate; ac potentia conspicuis ingenuis animos tantum incitari facilitate morum, ac humanitate, quantum absterrentur fastidio, studio partium, et experiundo, quantum in illos imperio valeant. Quam quidem praeclararam in me voluntatem sic cupio esse perpetuam, ut non refugit animus palam profiteri, si quem orbis eruditus ex vigilis meis atque adsiduitate fructum tulerit, eum non tam mihi, quam nobilissimo huic praesidi, qui et subsidia contulit, et gratiam acceptum referendum.



# CONSPECTVS VOLVMINIS.

## Prolegomena generalia.

- Caput I. *Vocabula monetae in genere, ejusque typis* Pag. I.  
Caput II. *Causae constitutae monetae.* Pag. IV.  
Caput III. *De inventoribus monetae, ejusque constitutae aetate, et finibus.* Pag. VI.  
Caput IV. *Vocabula monetae in specie.* Pag. X.  
Caput V. *Numi veteres fuerintne vera moneta.* Pag. XII.  
Caput VI. *Materia numorum veterum.* Pag. XIX.  
Caput VII. *De aurò, argento, aere, eorumque varia in numis veteribus mixtione.* Pag. XXII.  
Caput VIII. *De vario veterum triplicis metalli ad monetae negotium delectu.* Pag. XXX.  
Caput IX. *De pondere ac valore monetæ veteris.* Pag. XXXIV.  
Caput X. *De magnitudine numorum.* Pag. XLVI.  
Caput XI. *De numis veteribus flatis percussis.* Pag. LIII.  
Caput XII. *De variis causis ad mechanicam, et naturam numorum veterum pertinentibus.* Pag. LXIII.  
Caput XIII. *De jure feriundae monetae.* Pag. LXX.  
Caput XIV. *De praefectis monetae, eorumque ministris.* Pag. LXXVIII.  
Caput XV. *De officinis monetariis, et copia numorum veterum.* Pag. LXXX.  
Caput XVI. *De valore monetae externae, et mortui principis.* Pag. LXXXIV.  
Caput XVII. *De inscriptionibus.* Pag. LXXXVII.  
Caput XVIII. *De typis.* Pag. CIV.



CONSPECTVS VOLVMINIS I.

- Caput XIX. *De numis adulterinis.* Pag. CXIII.  
Caput XX. *De numis monetariorum veterum culpa vitiis.* Pag. CXXVII.  
Caput XXI. *De aetate numorum definienda, variisque varia aetate, locisque artis  
auctis.* Pag. CXLI.
- Caput XXII. *Bibliotheca numismatica.* Pag. CXLI.
- Caput XXIII. *Illustriora per Europam musea.* Pag. CLXXXIII.
- Caput XXIV. *De ordinandis utiliter museis.* Pag. CLXXVIII.

*Numi urbium, populorum, regum.*

*Hispania.* Pag. i.

*Gallia.* Pag. 62.

*Britannia.* Pag. 80.

*Germania.* Pag. 81.

*Italia cum insulis.* Pag. 82.

D O C T R I N A  
N V M O R V M V E T E R V M.

*Initio totius opus. Au commencement de l'ouvrage. Am Anfange des Werkes.*



# PROLEGOMENA GENERALIA.



## CAPVT I.

### Vocabula monetae in genere, ejusque typi.

**V**eteres ex ratio metallo reliquias, impressis auctoritate publica signis variis, aut valoris ponderisve notis, ut servirent olim quidem rerum emptioni, et commerciorum commodis, at nunc ex terra finu incredibili numero protractae honestissimis philologiae studiis, Graeci in genere dixerunt *άργυρον*, Χειρατα, ρημπα; Latini *pecuniam*, *monetam*, *nummos*, *numismata*.

*Άργυρον*, ductum ab *άργυρος*, *argentum*, ex nominis quidem notione argenteam tantum pecuniam significat, at valuit etiam ad significandam cuiuscunque alterius metalli pecuniam, haud dubie quod antiquissima apud Graecos moneta ex argento fuit, et eti si velimus auream

Hli coaevam statuere, tamen haec rarer fuit, quia pretiosior, et a paucis tantum turbibus signata. Certe Athenies, qui

xerant *άργυρον*, quia florente eorum rep. ex lege ordinaria numi alii, quam argentei, signati non sunt, ut dicetur in ejus populi moneta. Sic Isocrates agens de Spartanorum pueris infurto deprehensis ait, eos tum *άργυρον αποτίνει και πληγας λακρωσι*, *pecuniam soluisse, et plegas accipisse* ), quo sane loco nominis *άργυρος* intelligere non potuit monetam argenteam ex veterum consensu, ac praecepue Isocratis adhuc aetate, inter Spartanos vetitam, sed generatim pecuniam cuiuscunque metalli. Eodem modo et Latini saepe dixerunt argentum pro pecunia, eti si et *Χειρατα* aurum non raro a Graecis Latinisque ad eam significandam fit adhibitum.

*Χειρατα* proprie sunt bona omnia et facultates, quae beatam homini vitam praefstant, quod deinde vocabulum post constitutum pecuniae usum ad significandatores, pecuniam omnem recte di-

a) in Pauathenaica.

(Vol. I.)

## PROLEGOMENA GENERALIA.

His bona omnia includuntur, sive, ut ait Horatius <sup>b)</sup>:

Scilicet uxorem cum dote, fidemque  
et amicos,  
Et genus, et formam regina pecunia  
donat,  
Et hinc ~~quidam~~ <sup>c)</sup> deponit ~~quidam~~ <sup>d)</sup> Suidas. <sup>e)</sup>  
Venusque.

Sive, ut Pindarus Argivum illum memo-  
rat exclamantem <sup>f)</sup>:

Χειρατα, Χειρατ' ανη,  
Ος φα, κτενων θ' αμα λειφθεις και φιλων.  
Pecuniae, pecuniae, o vir,  
Qui haec dixit, posteaquam facultates  
una perdidit, et amicos.

Nomisma est institutum qualecumque. Docuit istud Demosthenes citato Solonis testimonio <sup>g)</sup>: οτι, αυτος γραπται, ἀργυριον μεν νομισμα είναι των ιδιων συναλλαγματων ενεκ τοις ιδιωτικις ένσημενον, τας δε νομισμα γραπται της πολιτικης νομισμα είναι, παταρεσε (Solonem) pecuniam esse institutum, pri- vatorum contractuum causa a privatis re- perium, legas vero censere se civitatis esse institutum. Sed plerumque νομισμα pecu- niam significat, quod eadem ipsa oratio- ne satis declarat orator Atticus. Vtrum- que etiam ejus sensum obtulit Aristophanes <sup>h)</sup>. Cum enim dixisset Socrates: πε- τον γαρ θεοι ήμεν νομισμάτα εἰσι, primum enim dei nobis ex lege, vel instituto no- stro, non sunt, ineptus Strepsiades, ut continuo sequitur, vocabulum νομισμα pecuniam est interpretatus. Quare recte ad hunc versum observat scholiafies: τα

νομισματος σήμανοντος δύο, το τε νομίμον  
έδος, και το τυμα τε τετυπωμένη Χαλκη ή

Χειρας κ. τ. λ. Cum νομισμα significet duo, primum institutum ex lege, deinde formam signati aeris vel auri etc. Dicitur vocabu- lum ἀπό τη νομισμα, a lege, quia pecuniae

νομισματαν definiri. Definit istud Ari-

stoteles <sup>i)</sup>: διον δ' ὑπαλλαγμα της Χειρας το

τυμορα γεγονε ποτε συνδηκην, και δια τυτο τυνομα είχει NOMISMA, οτι ει φυσι, άλλα

νομισματα, sed in indigentiae locum ex con- vento successit quodammodo numerus, ac propterea NOMISMA vocatur, quia non

natura, sed νομισμα, id est: lege valet. Hinc

et fluxit Romanorum numisma noto Ho-  
ratij versu: regale numisma Philippi, at-

que ipsum numism apud scriptores obvium.

Sed alii dictos nummos a rege Numa nu-  
morum auctore dixerunt <sup>j)</sup>. Et Julius  
Pollux ait <sup>k)</sup>, vocabulum νομισμα Roma-  
num quidem videri numismatis nomen,

esse vero Graecorum Doriepsium, qui in  
Italia et Sicilia habitarunt, idque pro-

bat testimonij Epicarmi Siculi, et Ari-  
stotelis. Haec de Graecis. Latinorum sunt:

Pecunia. Narrat Plinius <sup>i)</sup>, primum  
Servium regem ovium boumque effigie  
aes signavisse, et infra <sup>l)</sup>; aes signatum  
fuisse nota, pecudum, unde et pecunia  
appellata. Pliniano huic edicto non suf-  
fragantur numi, unde et permisum mihi  
existimo, de etymi hujus veritate dubi-  
tare, de quo agam copiosius in tractatu  
de numis Romanorum consularibus. Ce-  
terum res cognita, pecuniae nomine signi-

b) L. I. epist. VI. v. 36. c) Isthm. B. v. 17. d) adv. Timocrat. p. 805. e) Nub. 246.

f) Ethic. L. V. c. 8. g) Suidas in Aesopica. Isidor. de Origin. L. XVI. c. 17.

h) Onom. L. IX. § 79. i) L. XVIII. § 3. k) L. XXXIII. § 13.

ficatum fuisse aurum, argentum, aes signatum. Inclinante imperio videtur eo vocabulo saepe nonnisi moneta aenea intellecta. Lampridius <sup>1)</sup>: *Scenice nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit.*

**Moneta.** Fuit olim cognomen Junonis, testibus cum scriptoribus, tum denariis gentis Carifiae, in quibus ea dicitur MONETA. SALVTARIS, quos vide. Constituto subinde, ut pecunia in templo Junonis Monetae feriretur, coepit moneta etiam dici non modo officina ferrundis numis destinata, sed ipsa etiam pecunia. Livius <sup>m)</sup>: *ubi nuno aedes atque officina monetae est.* Et Cicero <sup>n)</sup>: *Ea si dea est, loquitur dea Natione partuum praeside, ergo etiam Spes, Moneta, omniaque etc.* Serius ejus vocabuli usus magis invaluit. Omissis scriptorum testimoniosis, quae ex lexicographis peti possunt, est in numis Domitian et Hadriani: MONETA. AVGUSTI, in numis Commodi: APOLLO. MONETA, nulla certa causa, quod Junonis cognomen fuit, cum Apolline quoque fuerit communicatum. In numis Alexandri Severi: MONETA RESTITUTA, vel RESTITUTOR. MON-

tae. Inde a Treboniano in numis maxi- moduli tam argenteis, quam aeneis obvium est MONETA. AVG. Denique in aeneis aevi Diocletiane epigraphe trita: SACRA. MON. AVGG. ET. CAESS. NOSTR. Invasit etiam numos commatis, nucopiae tenentis, scilicet hoc abundanter peregrini. Notus numus Patrarum Achaiae inscriptus: INDVLGENTIAE. AVG. MO-

NETA. IMPETRATA, tum et numi Antiochiae Syriae: MONETA VRBIS. Quia idem vocabulum videmus a Graecis civitate donatum. In numo Commodi Alexandrino musei Borgiani legitur: MONHTA. Quip et satis mature hanc vocem a Talmudistis receptam video. Occurrit enim **ΜΟΝΗΤΑ** in tractatu Sanhedrin Talmudis Hierosolymitanus scripti circa annum Christi 300. p. 20. Vocabula *pecunia, numus, numisma* hactenus in numis reperta non sunt. Ceterum monetam propterea hoc nomine vocatam, quia monet, ne qua fraus in metallo, vel pondere fiat, dixit Isidorus <sup>o).</sup>

**Numus, numisma.** De his egimus supra in Graecorum *νομίσμα*. Istud addo, inferiore aevo numismata videri dicta numos veteris aevi, et fere peregrinos, qui jam Romae in merce potius, quam moneta habitu sunt. Vlpianus <sup>p)</sup>: *Si autem aurum vel argentum signatum legatum est, id pater familias videtur testamento legasse, quod ejus aliqua forma est expressum, veluti quae Philippi sunt, itemque nomismata, et familia.*

Vt veteres rebus quoque inanimis vitam, humanamque effigiem dedere, sic et monetae hominis formam, suaque attributa sunt largiti. Efficta ergo fuit species mulieris stantis d. bilancem, s. cor- tiam metalli, illa justitiam in servando significante.

1) in Alex. Sev. m) L. VI. c. 20. n) de Nat. deor. L. III. c. 18. o) de Orig. L. XVI. c. 17.

p) Digg. L. XXXIV. tit. II. § 27.

Quare in numis hujus argumenti promiscue scriptum juxta legimus vel: MONETA. AVG., vel: AEQVITAS. AVGSTI, vel: AEQVITAS. PVBLICA. Frequentissimus typus in numis maximi moduli inde a Maximino Pio tres mulieres eodem modo, ut continuo diximus, et cum iisdem attributis stantes, sic tamen, ut, quae medium locum tenet, altius bilancem suam efferat. Singularum pedibus adstituitur massa metalli feriundae monetae destinata. Mulier media, quia loco honoratiore, haud dubie aurum significat, et cum bilancem altius attollit, eminentiam suam, ac prae argento et aere excellentiam palam depraedicat.

## C A P V T . II.

*Causae constitutae monetae.*

Res nota, inde a prima, quod norimus, humani generis origine commercium permutatione rerum fecisse, et permutantur tum etiam, ut quaeque res alia, aurum, argentum, aës, subinde monetae signandae materia, et sunt hodieque vari per orbem populi, qui nulla pecuniae ope, sed rudi auri, argenti, aeris massa vel lamina, examinato bilancis ope pondere, commercia peragunt, quem modum latius describit Sperlingius<sup>q)</sup>.

Si populis, qui fuerunt, quique sunt, ad vitam tolerandam necessarius non fuit pecuniae usus, at reperiunda pecunia vitae humanae commodis hominumque societati magnopere fuit prospectum. Elegans est oratio Aristotelis<sup>r)</sup>: Διὸ δει πάντα τετρηφθαί ἔτω γαρ ἐσαι ἀπει ἀλλαγή, έι δε τέτο, κοινωνία. Το δε ρυμόστρα ὥσπες μετεργ συμμετερα ποιησαν ισαζει. Quocirca oportet res omnes habere aestimatas; ita enim semper erit permutatio, fin istud, communio. Numus vero in star mensurac, quae communiter omnia motitur, res omnes exaequat.

Explicatus istud proposuit Paulus I Cetus<sup>s)</sup>: *Origo emendi vendendique a permutationibus coepit. Olim enim non ita erat numus, neque aliud merx, aliud pretium vocabatur, sed unusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum utilibus iniustitia permutebat, quando plerumque evenit, ut quod alteri supereft, alteri desit. Sed quia non semper, nec facile concurrebat, ut, cum tu haberes, quod ego defiderarem, invicem haberem, quid tu accipere velles, electa materia est, cuius publica ac perpetua aestimatio difficultatibus permutationum aequalitate quantitatis subveniret, eaque materia forma publica percussa usum dominiumque non tam ex substantia praebet, quam ex quantitate, nec ultra merx utrumque, sed alterum, pretium vocatur. Enimvero et Plato aliquam agnovit pecuniae necessitatem, eamque civitati sue non interdixit, sed excluso auro et argento ex vili confectam materia voluit, nimirum quam externe nationes non concupiscerent, valeret tandem ad necessarias commutationes inter-*

q) de Num. non euf. p. XXXIX.

r) Ethic. c. 8.

s) Digg. L. XVIII. tit. 1.

artifices, mercenarios, servos, aliosque incolas<sup>1)</sup>.

Perspecta metalli signati utilitate commodisque, nequaquam mirum, ejus usum a populis, moribus ac humanitate magis exultis lubenter receptum fuisse, atque divulgatum. Cum essent Graeci, ut capite proximo dicemus, praeclari hujus instituti auctores, iique per omnes orbis partes coloniarum examina emitterent, facile pecuniae usus in remotissimas etiam terras fuit porrectus. Quo factum, ut non modo Graecia propria, tum et, quae Magna dicebatur, Sicilia, et Archipelagi insulae, et Afiae minoris ora maritima numis abundaret, sed et regiones Ponto Euxino adsitae, Africa Cyrenaica, non nullae adeo Galliae Hispaniaeque urbes. Paullatim etiam vicini his barbari tractandae pecuniae adfueti, aut numos ipsi cooperunt ferire, aut pecuniam ex propinquo peregrinam intulerunt, eaque in commerciorum opportunitatem sunt usi. Raro barbari magis mediterranei a primo permundandi more discessere, sive quod monetae commoda ignorarent, sive propter pertiuaciam, et novandi odium, quod fere barbarorum proprium est, ipsam etiam opportunatem aspernarentur, sive quod, ut inquit Plato<sup>2)</sup>, multo facilius populi mare adcolentes propter frequentiorem cum exteris usum peregrinos mores induunt.

Quae hactenus dixi, cum scriptorum, tum numorum testimonii abunde confirmantur. De Hispanis suae aetatis Stra-

bo<sup>3)</sup>: αὐτὶ δὲ οὐμομάτος ὁ λιαν ἐν βαθείᾳ φρεγτιών ἀμοιρῇ Χεωνται, ἢ τα ἀργυρέα ἀλατότας ἀκοτεμηνούτες δίδοσι, pecuniae loco ii, qui magis mediterranei sunt, mercium permutatione utuntur, aut abscissam argenti laminam rependunt. Ergo qui viciniores mari fuere, ac vel ideo frequentiore cum exteris commercio sunt usi, suam habuere monetam. Atqui et urbium Baeticae, quae maris fluminumque navigabilium beneficio magis fuit ad commatus idonea, non copiosos modo, sed et perantiquos habemus nummos, paucos urbium a Baetica in septentriones vergentium, eosque fere a Romanorum tantum aetate, si Oscensem veterem monetam demas. Alterum de Germanis testimonium illustre Taciti<sup>4)</sup>: proximi, inquit, ob usum commerciorum aurum et argentum in pretio habent, formasque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt, atque eligunt; interiores simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur. Pecuniam probant veterem et diu notam, ferratos bigatosque. Argentum quoque magis, quam aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilior usui est promiscua ac vilia mercantibus. Qua in oratione nomine proximorum intelligit barbaros provinciis Romanis contiguos, nomine interiorum magis inde remotos, nulla aut rara cum his consuetudine, veteri adeo permutationis instituto inharentes. In Britannia, inquit Caesar<sup>5)</sup>, pro moneta aes rude, aut taleae ferreae valuerunt. Daci, quos unus Ister ab ultra-

t) de Legib. L. V. p. 742. u) de Leg. L. IV. p. 704.  
z) Bell. Gall. L. V. c. 12.

x) L. III. p. m. 233. y) de German. c. 5.

que Moesia sejunxit, suam ante Trajani tempora habuere monetam, cuius feriundae modum eos a finitimis Graecis, deinde Romanis accepisse, inde facile apparet, quod typos saepe finitimarum Graecorum, tum etiam gentium Romanarum servilem in modum sunt imitati, de quo monetae genere alibi erit agendi locus. Quo magis mirum, Carthaginenses etiam tum, cum moneta tam Graecorum, quam Romanorum passim et cognita, et in omnium esset manibus, tamen, quod certo norimus, propriam non habuisse monetam. In causa fuerit, quod, cum ea gens non nisi ampla commercia ageret, in quibus, quod hodieque fieri solet, non pecunia rependitur, sed merces mercibus permuntur, suum pecunia usum praestare non potuit, quae vero commoda domi mone-ta signata in minutis promiscuisque mercatibus obtulit, ipsi perpetuo semibarbari, sive moris tenaces admittere detrectabant, nisi forte, quod tradiderunt nonnulli, numis scorteis sunt usi, de quibus agemus infra Capite VI. Romana denique sub imperatoribus moneta per universum orbem cognitum diffusa ultimi etiam, praecipue in orientem, barbari ad moderanda commercia coeperunt uti, fatente ipso Cosma Indopleuste: *ἐν τῷ νομισματι Ρωμαιῶν ἐμπορευονται πάντα τα ἔθνη, οπε μονetae Romanæ omnes gentes commercia agunt*, cujus quidem alibi plura dabimus exempla.

## C A P V T III.

*De inventoribus monetæ, ejusque constitutæ, et finibus.*

Amavit antiquitas, si quid humano generi in commune proficuum repertum esset, ejus gratiam beneficii diis immortalibus acceptam ferre. Neque adeo mirum, egregium istud donum multis fuisse creditum a superiorum benevolentia profectum. Saturnum Jani hospitio suscepimus Italos signare numos aeneos, copiosa sunt veterum testimonia, quae ne frustra longior sim, vide curate collecta ab Elmenhorstio ad Minucii Felicis Octavium cap. XXIII. Janum monetæ aeneae auctorem fecit Athenaeus <sup>a)</sup>, et Macrobius <sup>b)</sup>. Ex iis, qui humanae men-

tis aciem reperiundæ pecuniae ausi sunt non imparem profiteri, fuerunt, qui Cai-num, aut Tubalcainum saltem, ejus auctorem edixere, nota eorum libidine, qui, cum in rei inventæ originem inquirunt, eam orbis incunabulis quam possunt proxime cupiunt admoveri. Lege haec deliria apud Sperlingum <sup>c)</sup>, et Rinckium <sup>d)</sup>. Lydos omnium, quod constet, primos numum aureum et argenteum signasse, perhibet Herodotus <sup>e)</sup>, cum quo conspirat Xenophanes apud Pollucem <sup>f)</sup>, qui et aliorum sententias ibidem commemo-rat, Demodocen Cymaeam, vel Erichtho-

---

a) L. XV. p. nr. 692. b) Sat. L. I. c. 7. c) de numis non cuf. p. 2. d) de vet. nmm. potent. p. 8. e) L. I. c. 94. f) Onom. L. IX. § 83.

nium Atheniensem, vel Náxios pecuniae signatae auctores statuerunt. Aegaeis fávet Aelianus <sup>g</sup>), Lucanus poeta Jono, vel Itono, vetustissimo Thessaliae regi <sup>h</sup>). Numam, saltem apud Romanos, fuisse principem monetae aeneae fabrum, docuere Suidas <sup>i</sup>), eumque secutus Cedrenus, quin et Plinius <sup>k</sup>), qui tamen alibi diferte: pro rege Servio fletit <sup>l</sup>), variatibus scilicet, quas inspexit, auctoritatibus. At plurima inter Graecos suffragia abstulit Phidón Argivus, de quo illustre marmor Parium, et si in nonnullis mancum, haec tamen certa loquitur <sup>m</sup>): ἀφ' οὐ Φέας δων ὁ Αργειος ... ἴσχεντος, και νομίσθαι δέγνυεν εὐ Αἰγινη ἐπομέσον, ἐνδεκάτος οὐ αφ' Ηεράλεος, κ. τ. λ. ex quo Phidón Argivus ... apparavit, et numum argenteum in Aegina signavit, undecimus ab Hercule etc. Similia refert Strabo <sup>n</sup>), et Julius Pollux <sup>o</sup>).

Habes, lector, varias variorum de rei monetariae inventoribus judicia, sed etiam tantum commemorasse satis esto, quin, quis vero dixerit propiora, investigare velim, eodem, quo Pollux, usus instituto, qui cum in eodem argumento versaretur, narrasse variorum sententias satis putavit, addito: ἔ γαρ ἀξιώσει τις ημας εἰ τῷ παρούτι πολυπλαγμονεν, neque enim quis volet, με in praesente causa magis esse curiosum <sup>p</sup>). Enimvero earum rerum, quarum exordia remotissimae aetas tenebris sunt involuta, neque ab iis, qui tum vixerant, memoriae sunt prodi-

ta, velle adsignare auctores, frivolum esse otiosumque existimo, neque hercle existere hominem sanæ mentis puto, qui, quae Plinius de multarum rerum inventoribus tradidit, continuo fidem habeat. Accedit, quod principia multarum rerum, quas sive necessitas, sive sperata ac prævisa commoda repererunt, ceu navis, aratri, vehiculi, tam fuere rudia ac simplicia, ut, si quis deus nostris ea oculis objiceret, eodem ea ne quidem nomine compellaremus, et multorum ipsum etiam usum ignoraremus. Idem de numis quoque sentiendum, quorum sane primitus non eadam fuerit forma, quam serius obtinuerunt ii, quos propriæ numos dicere solemus, neque etiam, sicubi in Genesi factas numis emptiones legimus, continuo intelligendi numi impresso auctoritate publica signo notati, sed aurum argentumve appensum, aut moleculæ vel laminae certum pondus habentes, eaque adeo etiam numeratae, quod genus *numos non curos* solemus appellare. Paucis ut rem absolvam, jam a multis viris eruditis, ac præcipue Sperlingio fuse tractatam, in universo hoc opere eorum tantum numorum habebo rationem, qui non solum metallo ac pondere, sed impressis etiam signis constant, quae tria in veri numi definitione postulavit etiam Isidorus. In numismate, inquit <sup>q</sup>), tria quaeruntur, metallum, figura, et pondus. Si ex iis aliquid defuerit, numisma non erit. Misso igitur omni examine de rei

g) V. H. L. XII. c. 10.

h) Phars. L. VI. v. 402.

i) in Ασσαρια.

k) L. XXXIV. § 1.

l) L. XXXIII. § 13.

m) vers. 45. 46.

n) L. VIII. p. m. 549.

o) L. IX. § 23.

p) L. IX. § 84.

q) Orig. L. XVI. c<sup>r</sup> 17.

monetariae inventaribus, quos nobis numeros antiquissimos memorant scriptores veteres, inquiramus, unde intelligere possimus, qua circiter aetate usus pecuniae saltem communior coepit invadescere.

Istud certum, belli Trojani aetate emptiones omnes sola adhuc mercium permutatione peractas. Sic enim Graecorum apud Trojam commercia describit Homerus<sup>1)</sup>:

*Εἰνθει δέ οὐκέτι σινιζόντο καιρούμοντες Αχαιοί,  
Αλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δὲ αἰθωνὶ σιδηρῷ,  
Αλλοι δὴ χρυσῷ, ἄλλοι δὲ ἀντοισι βοεσσῷ,  
Αλλοι δὲ ἀνδρεποδεσσῷ.*

*Inde vinum emebant comati Achivi,  
Alii quidem aere, alii autem splendido ferro,*

*Alii pellibus, alii ipfis bōbus,*

*Alii mancipiis.*

Alibi idem agens de Euryclea ancilla, ait<sup>2)</sup>:

*Τηρ ποτε Λαερτης τρικοτο κτενεσσιν  
έοισιν,*

*Πρωθηβην ἐτ' ἔνσαν, ἐεκοσαζοια δὲ  
έδωκεν.*

*Quam olim Laertes emit facultatibus  
fuis,*

*Impubem adhuc, pretiumque viginti  
bōum dedit.*

Eodem modo res quaecunque non pecunia, sed rebus comparando aestimabantur. Sic Achilles apud Homerum<sup>3)</sup> proposuit

*Τῷ μὲν τυπουντε μεγαν τριπόδε ἐμπυρι-  
βητην,*

*Τον δε δυωδεκαβοιον ἐνσφισι τιον Αχαιοι.*

*Ἄνδρει δε νικηθεντι γριπαι' ες μεσσες  
ἐθηκε,*

*Πολλα δὲ επιγατο ἱργα τιον δε ε τεσ-  
σαριβοσον.*

*Victori quidem magnum tripodem igni  
aptum,*

*Quem duodecim boum pretio inter se  
aestimabant Achivi,*

*Viro autem victo mulierem in medio  
posuit,*

*Multorum peritam operum, aestima-  
bant vero eam quatuor bobus.*

Si ergo Vlysses apud Euripidem in Cyclope dixit ad Silenum<sup>4)</sup>:

*Πρεσ τῷδε μὲν τοι και νομισμα δωσομεν.*

*Praeter hoc vero pecuniam etiam da-  
bitimus.*

Istud dixit five per jocum, quippe in poemate ludicro, five poetarum more προληπτικῶς, quo modo idem Euripides, atque etiam Virgilius saepe tubas intulere Homero ignotas, et multis post Troica annis repertas. Ex quo apparet, qua veri specie dixerit Plutarchus de Theseo, qui Troica praecessit: ἐκοψε δε και νομισμα βετ ἐγχαριξας, η δια τον Μαραθωνον ταυρον, η δια τον Μινω σεατηγον, η προσ ογεωργιαν της πολιτας παρακαλων. Signavit etiam nummum insculpto bove, five propter taurum Marathonium, five propter Minois ducem, five ut ad agriculturam cives adduceret<sup>5)</sup>. At enim satis constat, Plutarchum in enarrandis remoti hujus ac fabulosi aevi factis, ut ipse saepe profitetur, cum certiora deessent, solam famam secutum.

Ab heroicis temporibus ad inferiora si descendamus, perantiquus esse debuit

1) Il. H. 472.

2) Odyss. A. 430.

3) Il. Ψ. 702.

4) v. 159.

5) in Theseo p. 31.

Lacedaemone pecuniae usus, quia Ly-  
cagus antiquata moneta aurea et argen-  
tea ferream invexit, ut perhibent Plutar-  
chus <sup>y)</sup>, multique alii, quos citabimus  
in numis Lacedaemonis. Ergo moneta

usi jam sunt Lacones ante Lycurgum, qui  
floruit sub primam Olympiadem, aut se-  
cundum alios centum et amplius annis  
ante Olympiadum initium. Tamen dubi-  
tari potest, fuerintne hi numi vere tales,  
quales a nobis requiri supra diximus, et  
non potius pondera. Sane Plato, aut  
quisquis auctor est dialogi, qui *Eryxias*  
inscribitur, diserte ait <sup>z)</sup>: *ἐν δὲ Λακεδαιμονίῳ σιδηρῷ σταθμῷ νομίσσοι.* *Lacedaemone autem ferreo pondere pro pecunia utuntur.* Ergo si ferri pondus potuit pecuniae usum  
praestare, potuit etiam auri argenteique  
pondus. Jam vero Solonis aetate urbes  
Graecas passim pecunia usas, constat ejus  
ipsius legislatoris testimonio, legem pu-  
blice recitantis ab omnibus paene civi-  
tibus receptam, qua mortis poena ir-  
rogatur ei, qui monetam adulteraverunt.  
Docuit me istud Demosthenes <sup>z)</sup>). Floruit  
Solon secundum Petavium Olympiade  
**XLV.**, fuitque coaevus Tarquinio Prisco  
quinto Romanorum regi, et Cyro Persa-  
rum regi, quam aetatem attingere nu-  
mos vetustissimos, quos habemus super-  
flites, facile persuadetur *iis*, qui numis  
vetebibus tractandis sunt adfueti, tum  
patebit ex *iis*, quae de numis vetustissi-  
mis Rhegii, Zancles, Messanae docebi-  
mus. Accedit, ex recepta passim senten-  
tia Servium Tullum Prisci successorem

fuisse primum, qui monetae usum non  
quidem invenit, sed Romam invexit, se-  
cutus haud dubie exemplum vicinorum  
Graecorum, aliorumque Italiae popu-  
lorum.

Quantum igitur in his tenebris vi-  
dere licet, verisimillimum est, metallum  
circa Olympiadum initium numorum for-  
mam accepisse. Qui altius *iis* aevum  
ex numis ipsis adsignare tentaverunt,  
omnium jam judicio planissime falsi sunt,  
quo modo falso certe fuit Carolus Schot-  
tus, qui numum inscriptum ΦΙΔΟ. signa-  
tum a Phidone Argivo, et esse e vetustis-  
simis unum adseruit, ut dicetur in numis  
Boeotiae. Adde Jobertum adserentem,  
reges, urbesque Graecas multis ante ur-  
bem conditam annis ex triplice metallo  
numos summa elegantia et arte signavis-  
se <sup>b)</sup>, quae quidem omnia alibi copiose  
refutabuntur. Numos cum imagine Mo-  
meri, Pythagorae, Minois, Midae, Nu-  
mae, Anci etc. non esse his synchronos,  
sed multo serius in eorum memoriam  
signatos, vel monere supervacaneum puto.

Ad fines rei numismaticae veteris  
quod attinet, eos partim statuimus chro-  
nologicos, partim geographicos. Chro-  
nologici ejus initium, et exitum defigunt.  
Initium continuo definivimus. Exitus se-  
cundum alias classes alias est. Moneta  
vetus Hispaniensis imperante Caio, dicto  
Caligula, definit, aliquanto maturius Gal-  
lica, et Italica, eisque insularum, ut in  
singulis dicetur. Urbes Graeciae cum Eu-  
ropaeae, tum Asiaticae, five quae fu-

y) in Lyengr. z) T. II. p. 400. a) Orat. adv. Timocrat. p. 805. b) Science des Méd.  
T. I. p. 5. et 315.

## PROLEGOMENA GENERALIA.

juris, five quae coloniae fuere, sub Galieno et Claudio, omnibus nimirum tum legibus juribusque perversis, malleo ablinuerunt, rarissimis deinceps compertis numis, qui urbis nomen inscriptum offerant. Exstant numi Aureliani et Taciti Pergae Pamphyliae signati, numus Cæsareae Paniadis cum capite Justiniani, bini aurei Gabalorum Syriae cum capite Justini II., numus Damasci cum capite Leonis IV. Sed haec velut in prodigiis putantur. Aegyptus numorum classem, quos Alexandrinos vocamus, imperante Diocletiano finivit. Regna, ut a Romanis eversa sunt, deinceps moneta quoque caruere, quae tamen diu adhuc constituit sub regibus Bosporanis, Parthis, Persis. Verum haec praelibamus tantum, dilato in tempus suum examine. Haec de moneta populorum et regum. Romana coepita sub consulibus, continuata sub Augustis inde a divo sub Theodosii M. filiis imperio in occidentalem, et orientalem dividitur. Occidentalis cum postremo Occidentis imperatore Romulo desinit, adduntur tamen adhuc regum Go-

thorum numi, qui illi successere. Verum Orientis imperatorum moneta usque ad annum a nato Christo 1453 porrigitur, quo Muhammedes II. capta Constantiopolis et imperio Orientis, et monetae Augustae, quae inde a Julio Cæsare usque ad postremum Constantium Palaeologum annos circiter mille quingentos duravit, finem denique imposuit. Quae deinceps ab imperatoribus Romanis, sed stirpis Germanicae, signata fuit, nostri institut non putamus, sed medii ævi monetae permittimus.

Ad fines geographicos quod attinet, patebit ex parte I. praesentis operis, eas tantum regiones suisse numismaticas, quorsum aut Graeci Romanique pecuniae usum intulere, aut quarum incolis barbaris propter viciniam placuit utriusque populi morem imitari. Moneta ergo caruere populi in Europa magis in Aquilonem, in Asia magis in Orientem vergentes, in Africa omnes ii, qui a mari mediterraneo remotiores fuere, verbo, omnes ii, quorum in parte geographicamentio non iacet.

## C A P V T IV.

*Vocabula monetac in specie.*

Vidimus capite I. vocabula varia, quibus tam Graecis, quam Latinis monetam intelligi placuit. Agendum nunc etiam de appellationibus, quas utraque natione certae cuidam numorum clasti ex variis causis indidit. Lubet illustriores tantum commémorare partim Graecorum alias, rurisque gentium, partim Romanorum,

earumque hoc loco tantum proponere nomina indicatis operis hujus locis, quibus illae latius et ex proposito explicantur. Perfectis his facile quivis intelliget, similes appellationes etiam in nostræ aetatis variarum gentium moneta valere, quarum exempla nemo non facile in promptu habebit.

*I. Ab auctore monetas.*

*Croesii flateres*, a Croeso Lydiae rego. (Pollux.)

*Damaretii numi*, a Damareta Gelonis Syracusarum regis uxore. Vide numeros Gelonis.

*Darici*, a Dario Persiae rege. V. numeros Persiae.

*Philippi*, *Alexandrini*, a Philippo II. et Alexandro M. Macedoniae regibus. V. utriusque numos.

*Ptolemaici*, (Pollux.) a Ptolemaicis Aegypti regibus.

*Berenicii*, (Pollux.) a Berenice Aegypti regina.

*Lucullei*, a Lucullo Sullae quaestore. V. denarios Cornelii Sullae.

Huc pertinent numi ab imperatorum nominibus dicti *Philippei*, *Antoniniani*, *Aureliani*, *Valeriani*, *Saloniniani*, quos passim memorant Trebellius Pollio, et Vopilcus, tum et Romanati a Romano Diogene, *Constantinati*, *Michalati*, *Muelati*, etc. de quibus vide du Cange. (Dissert. de inf. aevi num. § 84.)

*II. Ab imagine numis impressa.*

*Bos*, *noctua*, *Ko<sup>ρ</sup>a*, moneta Athiensis, quam vide.

*P<sup>λ</sup>ω<sup>δ</sup>ος*, *pullus*, nempe Pegasus. V. numeros Corinthi.

*Tefuda*, moneta Peloponnesi. Vide prolegomena ad hujus numos.

*Homerei* ab imagine Homeri. V. numeros Smyrnae.

*Cistophori* ab impressa mystica Bacchi cista. Vide singularem de his tractatum.

*Sagittarii* ab impresso sagittario. V. numeros Pessarum.

Romanae monetae sunt

*Victoriati* ab imagine Victoriae, *Ratiti* a typo ratis, *Bigati*, *Quadrigati*, a nota bigarum et quadrigarum. V. tractatum de numis consularibus.

*III. A loco.*

*Aeginati* ab insula Aegina.

*Cyzicenci*, *Phocaici flateres*, V. numeros Cyzici Mysiae, et Phocaeae Joniae.

*Oscense* argentum, V. prolegomena ad numos Hispaniae cap. IV.

Mitto plures alias a locis nomes fortitos.

*IV. A modo fabricae.*

*Serrati* numi. Vide proleg. ad num. Famil. cap. XVI.

*V. A pondere.*

In Graecis:

*Drachma*, et ab hac composita *drachmum*, *tridrachmum*, *tetradrachmum* etc.

*Obolus*, et ab hoc compositi *diobas*, *tribolus*, *hemiobolus* etc.

*Stater*, cui addendus Hebraeorum *Siclus*.

In Romanis:

*Pondo*, *dupondius*.

*As*, et ab hoc compositi *quincussis*, *decussis*, tum et assis partes, *semis*, *quinx*, *triens*, *quadrens*, *sextans*, *uncia* etc.

*VI. A valore.*

*Denarius*, *quinarius*, *sestertius*, quia asles aereos X. V. II. cum semisse valebant.

Sed haec nomina tantum sunt a pondere, et valore tracta, nam quae ad verum numorum pondus, ipsumque valorem pertinent, expedientur infra cap. IX.

Quae hactenus distavi monetae veteris nomina, veterem etiam habent aucto-

## PROLEGOMENA GENERALIA.

ritatem, nimirum ab antiquis scriptoribus hinc est caput numinis cuiuspiam, illinc usurpata. Superessent commemoranda ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ, typus quadrigae, aut alia, quibus ars nostra varias numorum classes propter varias inhaerentes causas distinxit, cujus generis sunt numi *incusi*, *recusi*, *subaerati*, *contorniati*, etc. verum cum hos unus fabricae modus distinguat, de iis opportunius agemus infra capite XII., quo in mechanicam numorum veterum inquiremus.

Tamen jam nunc explicanda est natura numorum, quos *Autonomos* vocamus, quia frequens eorum deinceps erit mentio. Placuit artis nostrae magistris, hoc nomen imponere numis iis, quos populus, respublica, civitas sic percussit, ut in iis nulla appareant servitutis, aut obsequii indicia. Quamdiu urbēs Graeciae vere fuerunt liberae, sive plene juris, suapte patet, non alias ab his, nisi hujus naturae numos sive signatos. At posteaquam servitium seu sponte, seu per vim accepere, illud in moneta saepe professi sunt inserta principis vel imagine, vel nomine, vel utroque, cujus adeo generis numos jam non *autonomos* dicimus, sed *numos urbium populorumve regios*, vel *imperatorios*, aut generatim *officiosos* propter publicum delati officii documentum. Sic numus Syracusanorum, in quo

ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ, typus quadrigae, aut quisunque aliis, autonomus dicetur, at numus Syracusanorum, qui hinc caput regis diadematum, illinc ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. ΓΕΛΩΝΟΣ exhibet, autonomus non erit, sed propter illatum regis Gelonis nomen et caput regius Syracusanorum. Eodem modo numus inscriptus ΕΦΕΣΙΩΝ, et cum typis Ephesi domesticis erit autonomus Ephesiorum, at si ejus urbis numus contineat nomen aut caput imperatoris Romani, erit numus Ephesorum imperatorius. Fuere multae urbes Graecae, quae, eti imperatoribus R. parerent, multos tamen numos sine imperantibus vel effigie vel mentione, ac vel ideo secundum dicta autonomos, signavere, quin fuerunt urbes illustris famae, ceu Athenae ac Tyrus, quae sub ipsis imperatoribus nonnisi autonomos, imperatorum nullum cuderunt. Vrbes, in quas Romani colonias deduxere, ex lege quidem ordinaria imperantis caput monetae intulere, sed tamen etiam nonnunquam hoc omisso propriis suis typis sunt usae, quos adeo numos ex eadem causa possumus autonomos coloniarum appellare. Ejus generis complures signavit colonia Corinthus,

## C A P V T . V.

*Numi veteres fuerintne vera moneta.*

Sub ipsis artis nostrae incunabulis fuit quantum spondere ea aetas potuit, non Sebastianus Erizzo nobilis Venetus, vir inscitus, qui, quod antehac nemini in versandis numis veteribus indefessus ac impiger, atque in iis explicandis, quantum spondere ea aetas potuit, non

*nos usque pervenerunt, non fuisse veterum turam, sed alios in moneta putandos, monetam, sed ejusdem generis cum iis, excludendos alios.*

*quos nostra aetate Germani Denkmünzen vocamus, Galli Médailles, vel Jettons, in principum, virorumque illustrium honorem signatos eum in finem, ut eorum vultus et insignia facta sera posset posteditas intueri et in memoriam revocare* <sup>c)</sup>. *Ex majoribus nostris, qui eadem studia sectati sunt, unicus fuit, cui παραδοξός, istud adrisit, sed qui et unus idoneus fuisse fuit, qui reperiret, nisi Erizzo occupasset, Joannes Harduinus, miratus insuper, rem adhuc venire in controversiam* <sup>d)</sup>. *Rejouis omnibus ad nostram usque aetatem, si Cl. Fallettum demas in nupero suo opere ejusdem sententiae patronum* <sup>e)</sup>, tam mira haec visa est, et incredibilis opinio, ut eam ne Jobertus quidem, Harduini, etiam cum in avia omnia abiret, fere perpetuus assecla non posset non reprehicare. Nolo commemorandis sententiae hujus absurdis inconcinnisque lectorem morari, quam paucis expositam habes apud Jobertum ejusque censem Bi-mardum, ac praeterea vere solideque refutatam <sup>f)</sup>.

Omissa igitur hac controversia, justam tamen, dignamque, quae curatius tractetur, video quaestionem relinqu, sintne superstites omnes numi veteres in monetæ loco putandi? si minus, in quam singulae numorum classes statu-hem erunt tribuendae? Enimvero in eo viri plerique artis nostrae studiosi consenserunt, non eandem omnium esse na-

Verae monetæ characterem esse existimo, si qua numorum classis perpetuum, ac per plures annos, regna, imperia, quin et per plura nonnunquam saecula porrectum habeat tenorem, si idem pondus, saltem proxime, eosdem typos, eandem fabricae rationem, nisi eam mutavit artis sive perfectio, sive prolapsio, si magno numero, ac saepe incredibili, fuit signata, sic ut nonnullarum provenientis classium certis in regionibus possint fodinis equiparari, si additum pondus, sive expressum notis, ut in numis Italicis, et consularibus, sive scriptura, ut: ΟΒΟΛΟΣ. ACCAPION. etc. Haec, aut saltem pleraque si conspirent, certam putata monetam. A Romanis ut ordiar, jam primum numi aenei sibi plane constant dempto pondere, per vices, ut notum est, imminuto, deinde et argentei, quorum multis annis idem fuit modus, nisi quod eum mutavit vanitas primum IIIvirorum monetarium, deinde Caesarum, qui pro veteribus typis avita gentis suae decora, aut illustria belli domique facta iis insculpsere; denique et aurei inde a Caesaribus, quorum diu duravit aequalis ratio imminutione non nisi lenta. Subinde aurei argenteique numi lege mire perversa, certus iterum ordo Constantii II. circiter aetate fuit constitutus, qui fere usque ad orientalis imperii exitum obtinuit. In Graecorum numis non minus certa et evidenter occurunt exempla.

c) Discorso sopra le medaglie degli Antichi. Audio de preziosi musei dissert. III. Roma 1783.

d) Opera sel. p. 5<sup>o</sup>6. seq. e) Introduz. allo Tom. I. p. 5<sup>o</sup> 68.

Ad reges quod attinet, cui non cognita recitavi, qui negare volet pecuniae usum series perpetua et aequabilis numerorum praefitisse, atque hoc consilio a suis civitatibus signatas, nae is videatur lucidissimo soli velle lucem negare.

veteres mentio nomine Philipporum et Alexandrinorum, et quorum ope iisdem, etiam testibus emptiones sunt peractae? Adde obvios aureos argenteosque Lysimachi Thraciae regis, tetradrachmos Ptolemaeorum, quorum insignis superest numerus, tum regum Syriae, Bithyniae, Pergami, drachmales regum Cappadociae, Parthiae, et Hispanorum indigenarum. Certum etiam pecuniae characterem habent Cistophori Asiae proconsularis, ut dicetur, ubi de his agemus. Ejusdem rationis sunt series numismaticae multarum urbium liberarum populorumque, quas inter notissimi sunt numi tetradrachmi Attici, eodem fere omnes pondere, solo fabricae merito varii, quia inde a vetustissimo aeo saltem usque ad vicina Caelaribus tempora signabantur. Adde tetradrachma Macedonum inscripta ΜΑΚΕΔΟΝΙΩΝ. ΠΡΩΤΗΣ. et Thasorum, infinito utraque numero, tum et tridrachma Syracusarum, Tarenti, Veii, etc. drachmales Dyrrachii, et Apolloniae per copiam viles et fere neglectos, series amplissimas et in tertium saeculum prorogatas numerorum Antiochiae Syriae et Alexandriae Aegypti. Denique variarum numos coloniarum, quas inter insiginem eorum numerum cuderunt Corinthus, Antiochia Syriae, Nemausus, aliaeque. Tam perpetuas ac sibi constantes numerorum series, quas modo obiter

His constitutis facile apparet, eos omnes, qui hos characteres non habent, veram monetam non fuisse, in quorum censum referendi videntur numi maximi moduli cujuscunque metalli cum apud Romainos, tum Graecos, praecipue tum, quando de minore ordinaria cujuspam populi moneta constat. Procedant prius Romani. Omittimus consulares aureos, quia stante rep. nonnisi paucissimi, neque ex lege ordinaria signati sunt, de quo ex instituto agemus alibi<sup>2</sup>). Quae fuerit inde a J. Caesare ordinaria Romanorum moneta aurea, eorum pondus, valor, conformatio, nemini non notum. A Caesare dictatore usque ad Constantini M. tempora aurei max. mod. per paucitatem sunt cogniti vulgatique, inde ab hoc per inferius aevum praeter moduli consueti numos copiosi existant tam pondere quam volumine conspicui. In numis Graecis Lysimachi Thraciae regis praeter aureos ordinarios, qui duos circiter aureos nostrates adpendunt, sunt alii copiosi insignes pondere aureorum 4. 6. 10. et amplius. Igitur similes numi moneta existimandi non sunt, quia communis alia, modulique ordinarii praeflo jam fuit. Minus tuto de aliorum regum aureis maximis, v. g. Ptolemaeorum et Seleucidarum possim arbitrari, quia eorum numi aurei magno numero non supersunt, neque forte magno numero signati sunt.

<sup>2</sup> de num. consular. cap. IV.

Eandem plane rationem me judice sequitur argentum. Ignoravit resp. Romana, deinde etiam Roma imperans argenteos maximaes formae numos usque ad Treboniani circiter tempora. Neque enim Romani comitatis sunt tetradrachmi jam inde ab Augusto signati, inscriptaque Latine v. g. COM. ASI.-ROM. ET. AVG.—PAX.—DIANA. EPHEΣΙΑ. etc. sed plerique hi per Bithyniam, Asiamque proconsularem cusi, ut docebimus in singulorum imperatorum numis, quorum illi capita praefuerunt. In numis Graecis nemo dubitat, multorum regum urbiumque tetradrachmos, quia magna copia signati sunt, habuisse monetae rationem, ut supradiximus. At si qui hoc pondus amplius excedunt, v. g. Syracusani, qui octo drachmas aequant, aut etiam excedunt, non dubitem, alterius fuisse usui destinatos, de quo nonnulla infra monobimus.

Aenei maximaes formae majore numero et varietate supersunt, de quibus ergo curatius et uberioris agendum. Apud Romanos rudes illos ases, eorumque partes, qui causa ponderis auctionis aes grave dicti sunt, veram fuisse pecuniam, nemo ambigit, sed constat etiam, successu temporis fuisse imminutos, sive quaeclusus causa, ut vulgo existimant ii, qui Plinii dictata sequuntur, sive ut exemplo vicinae Graeciae commodior esset manuviatorque pecuniae usus in minus volumen artatae. Certe inde usque ad Hadriani imperium numi maximaes formae Romae signati vix observantur, et si qui

hactenus huc referrebantur, compertis sunt peregrinum malleum perpetuos. Sed etiam ab hoc tempore rarissimi sunt id genus numi, atque vel haec una causa persuadere potest, eos in pecuniae usum percussos non fuisse, tametsi fuerint viri aliquot eruditi, qui habuisse eos pecuniae modum conjecere <sup>b)</sup>). Inferiore imperii aevo nullus jam eorum usus demptis Contorniatis, de quibus infra. Ad Graecos quod attinet, aenei Ptolemaeorum, et si ponderis extraordinarii, et inter alios Graeciae populos inusitati, certa, tamen pecunia sunt putandi, quia incredibili eos copia fuisse signatos ingens eorum, qui ad nos pervenere, numerus credere jubet. Eadem fere aetate, qua Romani, scilicet, ut dixi, Hadriani, urbes Graeciae, populique maximaes formae numos coeperunt ferire. Hos si quis volet monetam putare, licebit interrogare continuo, cur tam rari illi sint, tamque adeo exiguo numero signati, quando Ptolemaeorum, quos modo citavi, abundant majoris ponderis numi, et si hi illorum aetatem ipsis quatuor saeculis praeverant? Cur nonnullae urbes sub certo tantum imperatore, aut certo tantum ejus anno, aut per certam tantum causam hujus naturae numos sint fabricati, abstinerintque post haec, sicut abstinerunt dudum? Sic Paus. popolis Thraciae tales tantum dedit in Domitiani consulatu XIV., rursus intervallo multorum annorum sub Caracalla, Perinthii, Pergameni, Lao-dicenses Phrygiae eorum maximam partem sub Severe et Caracalla. Omissis,

<sup>b)</sup> Buonarroti Offerv. istor. p. 199. Mahudel B. L. hist. p. 266. Mazzoleni Animadv. XV

quas dixi, certis ac singularibus aliis causis, quarum partem infra commemo-rabo, unicam, sed eam evidentem lubet hoc loco adferre. Corinthum coloniam suam habuisse monetam aeneam, eamque constanter minoris formae, nemini non notum. Hac cum inde ab Augusto usque ad Gordianum saltem nulla indueta varietate uterentur, en tibi repente numos aeneos conspicui voluminis cum capite Antinoi, eosque non inscriptos Latine, ut semper alias, sed Graece: ΜΑΡΚΕΛΛΟC. ΑΝΘΩΝ. KOPIN-ΘΙΩΝ. An monetam dicemus numos unius Antinoi causa percussos, et sic a monetae ordinariae et usitatae legibus aberrantes?

Multo minus in monetae modo putabimus numismata illa, in quae effingenda plus operae, et arcessiti laboris impensum est, quam quantum in formandam monetam omni aevo conferri consuevit. Hujus generis sunt numi duplicitis metalli, vel qui numi aenei, re ipsa primae tantum formae, in latum orbem aencum sese porrigunt, vel quos majoris moduli numos aureos quaedam exquisitae artis ornamenta ambiunt, aut qui sui parte aureis argenteisve lamellis ventiuntur. Denique huc refer numos dictos Contorniatos, tesseras, plumbeos etc. quos pseudomonetam jure dicemus, et de quibus ex proposito agitur alibi.

Supereft, ut, quando de monetae usu constat, inquiramus etiam, quae fuerit probabilis similium parandorum numismatum causa. Fuere viri eruditi, qui

cusos maximi moduli numos ad commendanda posteritati illustria facta crediderunt. At enim fateor, ab hac me sententia semper fuisse alienum. Nimirum si istud fuisset Romanis Graecisque propositum, majorem ab iis videremus impensam operam erudienda eorum ope posteritati five legendis typis rerum gestarum testibus, five iis eorumque causis inscriptione explicandis, five adsignandis proxime temporibus. Sed contra factum videmus, typi plerumque vagi, et in religionis cultu occupati, inscriptiones aut nullae, aut vagae etiam atque stili ordinarii, et si qua adeat temporis nota, haec quoque nonnisi vaga et ordinaria. Quantum enim est, quod posteros nos instruat v. g. aeneus maxima formae Hadriani, in cujus aversa graditur Diana Lucifera ne verbulo quidem hujus causam typi dictante? Male sane nobiscum actum foret, si sola haec ad nos numismata pervenissent, et non etiam moneta vetus, quae plerumque spectatis omnibus philologiae causis plus nos instruit, quam superba ea numismata, quorum, paucis demptis, maximum meritum est volumen, ac operis elegantia. Vidi postea, quam haec scripleram, in mea etiam sententia fuisse praestantissimum Barthelemyum<sup>i)</sup>.

Alias alii hujus instituti causas attulere. His enarrandis longius immoratus est Savotus<sup>k)</sup>. Existimat, serviisse in sigillaria, qualia teste Spartiano Hadrianus amicis inopinantibus misit, et ab his acceptit. Crederem istud, si numi hujus aetatis

i) B. L. T. XXIV. p. 34. seq.      k) Num. ant. cap. VIII.

maximae formae essent aurei, et non in munuscula tenui popello distribuenda, aenei. Quis enim sibi persuadeat, Hadriani munuscula vilis metalli aut elongata, aut acceptasse? Vel, inquit; inserti fuere signis militaribus, quam conjecturam multis posita est ad hanc video<sup>1)</sup>. Vel, prosequitur, signati sunt causa felii, solennitatis, congiariorum, donativorum. Quam equidem postremam conjecturam, quando certam causam ex veteribus eruere non possumus, omnium maxime verisimiliter existimo. Atque ad aureos quod attinet, certum est, hujus metalli nummos, sed levioris utique ponderis, fuisse inter res missiles, quas spargere imperatores inferioris aevi in processu solenni consueverent. At enim Julianus<sup>m)</sup>: *Soli autum spar gere damus imperio, cui soli etiam contumere praestat fortunae fastigium. Argentum vero, quod mos post aurum pretiosissimum est, et aliis consulibus largiri decens. Si majoris fuere ponderis, quam ut missarium esse loco potuissent, digna certe fuere res, qua principes suorum aut fidem, aut quaecunque alia merita remunerarentur, qui mos hodieque in viris principibus obtinet. Quin narrat Gregorius Turonensis, Chilpericum regem sibi ostendisse nummos aureos librae pondere, quos illi dono miserat Ti. Constantinus, qui Justino II. successerat, in cuius una parte erat ejus imperatoris inscriptio. et caput, in altera: GLORIA ROMANORVM, et typus: quadrigae triumphales<sup>n)</sup>. De aeneis maximae formae difficilius judicium. Si enim cessasse in munera dicamus, cur ex vili metallo?* si

io munuscula tenui popello distribuenda, cur tanta elegantia elaborati sunt, ac quidem, ut numi duplicitis metalli, tanta solertia? Forte non magnopere fallos, si existimem, senatus auctoritate fabricatos hos nummos, cum pro imperatoris salute vota publice conciperet sive causa adventus, sive profectionis, sive triumphi, sive annis singulis post kalendas Januarias, sive solennitate quacunque alia, erogatos, que publice in omne hominum genus, a propria exquisitius, et majore cura elaboratos. Quocirca non mirum, si aenei tantum sunt, quia, ut alibi dicitur, in aesi tantum senatui potellas fuit, et omisla in his plerumque videtur nota S. C., ne cum moneta temere miscerentur.

A Romanis hunc morem videntur traxisse Graeci. Etenim observo, Hadriani etiam aetate apud hos maximae formae aeneos feriri coepisse. Observo etiam, perinde in his tantum causas religionis, ludorumque ac rituum sacrorum agi. Secundum Jones, Bithyni, Thraces convenienter, ut rebus suis in commune considererent, offerrentque sacrificia pro patriae salute, eis tibi nummos maximi moduli cum epigrapha KOINON. ΙΩΝΩΝ. vel BIΘΝΙΑC. vel ΘΡΑΚΩΝ. At cum primis huc faciunt nummi Philippopolis Thraciae: KOINON. ΘΡΑΚΩΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. ΠΤΟΙΑ. EN. ΦΙΛΙΠΠΙΟΠΟΔΙ, unde docemur, inde gues hos maximi moduli nummos non fuisse signatos, ut essent monetae ordinariae loco, sed occasione acti ibi conventus et ludorum; non enim inscriptum est ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ, sed EN ΦΙΛΙΠ-

1) B. L. T. XXXV. p. 299.

m) Novell. tit. VI. §. 2.

n) L. VL a. 2.

(Vol. I.)

**ΠΟΠΟΛΙ.** Ejusdem naturae sunt numi cusa reperiuntur, quod signorum genus testes initiae cum una pluribusve urbibus concordiae, semper tactis aris, sacroque ritu celebrari solitae, cujus deinde mutui foederis causa insignes id genus numi non sine ostentatione signati sunt. Adde numos frequentes inscriptos ΑΝΕΘΗΚΕΝ, sacri etiam ritus formula, de quibus ex instituto agemus alibi. Item numos Antinoi, maximi plerosque moduli, signatos etiam ab urbibus, quae nunquam alias numos hujus formae cuderunt, certo arguento, non fuisse eos in monetae ordinariae loco, sed erogatos occasione festorum, quamdiu observandi ejus catamiti insania duravit. Denique addendi numi Syracusanorum argentei voluminis insoliti, quorum quatuor repraesentavit Princeps Turris Mutiae tabula LXXII. Siciliae suae numismaticae. Exhibent hi, ut in hujus populi numis dicetur, scriptum juxta panopliam vocabulum ΑΘΑΑ, id est: *victoriae praemia*. Quoniam numi hi ordinariam Syraculanorum monetam nimio excedunt, oppido mihi videtur verisimile, το ΑΘΑΑ referendum ad ipsos hos numos, et fuisse signatos, ut iis in praemium cederent, qui vive in sacris certaminibus, vive verius in belli alea insigniorem navarunt operam.

Qui Graecos maximae formae numos veram monetam credunt, eo nituntur potissimum, quod frequenter in iis figura in-

esse mutati vel permitti valoris indicium plerique existimant. At enim incusorum ejusmodi sigillorum nondum satis exploratam habemus rationem, et forte certius quis probaverit, signa illa ad monetae valorem non pertinere, quia numis, qui moneta non fuerunt, inserti sunt, quam probaverint alii, numos maximi moduli in monetae loco putandos, quia his sigillis onerati sunt. Bimardi de his numis sententia fuit, revera eos, qui numos hos feriundos curavere, non intendisse, ut in monetae loco essent, at posteaquam semel distributi in vulgus fuere, in commercii negotium fuisse admissos constituto valore pro ponderis et metalli ratione <sup>e)</sup>). Judicet lector.

Quae de numis maximi moduli hactenus disputavi, eos rationem verae pecuniae non habuisse, forte etiam ad partem magnam numerorum etiam minoris formae, qui inde ab Antoninis per urbes Graecas signati sunt, possunt extendi. Ab hoc enim tempore in his quoque frequentissimum argumentum sunt ludi, sacri ritus, et similia alia, quae supra memoravi. Atqui moneta domestica provinciis opus non fuisse, ex quo magno numero importata fuit Romana, docent exempla Galliarum, Hispaniarum, Africæ, quas inde ab Augusto, vel saltem Caligula moneta nonnisi Romana uelas certum est.

---

e) ad Jobert. T. II. p. 59.

## C A P V T VI.

*Materia numorum veterum.*

**Aurum, argentum, aës,** ut aetate nostra, sic et vetere aëvo ordinariam fuisse feriundae pecuniae materiam, inter omnes constat, neque adeo nostris probari commentariis postulat. Fuit tamen tempus, quo populi, regna, urbes metallo uno praeter altero uti maluerent, aut triplice hoc metallo varie mixto, sed quod examen in proximum caput differimus. Hoc loco tantum variam alteram materiam commemoramus, ex qua perhibenter antiqui signavisse nummos, aut qua ajunt fuisse pecuniae loco usos.

**Ferrum.** Ignobile istud metallum a Spartanis praecipue ac Byzantiiis in pecuniae materiam fuisse lectum, plurima extant veterum testimonia, quae in utriusque populi numis dabimus. Virumque populum conjungit Pollux<sup>p)</sup>: *υορωμα σιδηρου, το Δακεδαιμονων και Βυζαντιων. numus ferreus, Lacedaemoniorum et Byzantiorum.* Idem infra de utroque agit copiofius<sup>q)</sup>. Praeter hos etiam Clazomenios aere alieno pressos cudiisse monetam ferream tradit Aristoteles<sup>r)</sup>, et Romanis usum ferreæ monetæ fuisse a Numa institutæ, refert Suidas<sup>s)</sup>, et Cedrenus. Auctoriibus Plutarcho<sup>t)</sup>, et Pollice<sup>u)</sup> Lycurgus monetæ ferreæ apud Spartanos auctor ferrum ad eam feriendam destinatum ope aceti ad alios quoscunque ulus fecit inhabile. Etsi

vero abundemus testimoniis signatae a veteribus monetæ ferreæ, nemo tamen hactenus, et si cupidissimus, gloriari potuit, sibi hujus metalli numum aliquem vere antiquum oblatum. Neque istud magnopere mirum, quia metallo isthac non aliud gratius est malæ aerugini pabulum.

**Stannum.** Ex hoc Dionylium Syracusanum signasse numos, auctores sunt Aristoteles<sup>v)</sup>, et Pollux<sup>w)</sup>. Legimus L. XLVIII. digl. tit. 19.: *Eadem lege exprimitur, ne quis numos stagneos, plumbeos emere, vendere dolo male velit.* At enim numos hos spurius fuisse liquet. Numum quempiam stanneum vere veterem in aliquo museo adservari, me legere non memini, atque eti demus, olim ex hoc metallo culos fuisse numos, aetatem non tulissent, quia, ut observat Savotus, qui de vario veterum stanno copiose disseruit<sup>x)</sup>, stannum facile sub terra, ac praecipue calce corrumpitur. Sed lege etiam de numis hujus metalli, quae differit Rinckius<sup>y)</sup>.

**Plumbum.** Numorum plumbeorum saepè meminerunt poetae, quorum testimonia vide apud Rinckium<sup>z)</sup>. Eorum aliqui in omnibus fere etiam museis habentur. Vtrum ii veræ monetæ usum praefixerint, infra examinabimus paucis, sed latius in tractatu de pseudomoneta.

p) L. VII. §. 106. q) L. IX. §. 78. 79. r) in Oeconom. L. II. c. 2. s) in Astagia.

t) in Lycurg. p. 44. u) L. IX. §. 70. x) Oeconom. L. II. c. 2. y) L. IX. §. 79.

z) Num. ant. Part. II. c. 2. seq. a) Cap. V. p. 38. b) Cap. V. p. 34.

*Corium*, factique ex hoc numi dicti mus, numus ex ferro antiquus nullus ad scortei, Graecis σκοτίνοι. Frequens eorum apud veteres mentiq. Fuere, qui Carthaginenses iis usos adfirmarent, quorum testimonia dabimus id eorum monetae. De Spartanis idem narrat Seneca <sup>c)</sup>, cuius locum dabimus infra, de Romanis Suidas <sup>d)</sup>.

*Lignum*, Numis ligneis Romanos usos apud Cedrenum reporio.

*Testa*. De iisdem Romanis refert Suidas, nummos illis olim testaceos (*δοτραχεῖς*) fuisse <sup>e)</sup>.

\* \* \*

Enarrata varii generis materia quaeritur, fueritne his quoque, petinde auro, argento, aeri, impressa vel insculpta publico consilio atque auctoritate nota; sic ut monetae conditiones omnes, quas a nobis requiri supra diximus, videantur implere. Ad ferrum quod attinet, ait Pollux <sup>f)</sup>, monetam ferream apud Byzantios sic erogatam, sicut alibi aeneam, ὡς τε ἀπό τοῦ: πριν μοι τριῶν Χαλκῶν, λέγειν: πριν μοι τριῶν σιδηρῶν; ut pro: emi mihi tribus aeneis, dicerent: emi mihi tribus ferreis. Sed non addit, fuisse iis impressam aliquama notam. Tamen ex Helychios <sup>g)</sup> cui potest, deorum formas in iis tuisse signatas, si modo hujus grammatici dictatis velimus habere fidem. Forte ferrei hi numi aliud non fuere, quam resectae laminae in hunc usum paratae, aut minuta quaedam ac rudia pondera. Sed inutile est, in his nimio esse curiosum, cum alioqui ob causas, quas dixi-

mus, numus ex ferro antiquus nullus ad nos pervenerit. Neque propter similes causas certius quid possumus de numis itanneis referre. Plumbeorum ratio magis est expedita, quia eorum plures variis in museis adservantur. Hi duplicitis sunt generis, alii sunt animae humorum, quos vetus frons tenui argenti lamina vestivit, qua dilapia patuit denique plumbeum, atque una dolus malus. Ejus generis insigne Syracusum praegrandis moduli, cuius modi quatuor, sed argentei, existant in Principis Turris Mutiae Sicilia numismatica tabula LXXII., ostentat museum Caelareum, alium item Antiochi VII. Syiae regis ejusdem voluminis ac typi, quos praeferunt vulgo ejus regis argentei tetrachmi. Alii sunt plumbi nulla fraude, sed ex instituto, quorum insignem numerum edidit Franciscus Ficoronus <sup>h)</sup>, quos tamen veram nunquam fuisse monetam, sed aliis usibus destinatos, dicemus in tractatu de pseudomoneta, quorum jure pertinent. Scorteis imaginem aliquam fuisse impressam, nonnulli veterum prodiderunt. Seneca <sup>i)</sup>: Aes alienum habere dicitur, et qui aureos debet, et qui corium forma publica percussum, quale apud Lacedaemonios fuit, quod usum numeratae pecuniae praefiat. Et Hiderus <sup>k)</sup>: De corio enim pecudum riuni incidencebant, et signabantur. At enim vereor, ut scriptoris utriusque auctoritas cordatum quemvis continuo ad asseum impellat, atque haud dubie uterque, audito, non nullis populis pecuniam olim scorteam

c) de Benefic. L. 5. c. 14. d) in Ασσαρίᾳ. e) in Ασσαρίᾳ. f) L. IX. §. 78.

g) in Σιδηροῖς. h) in Piombi antichi. i) de Benefic. L. V. c. 14. k) L. XVI. c. 17.

placuisse, continuo eadem signatam ratione crediderit, qua sui aevi numeros signatos vidit. Fortasse ventilata illa moneta scortea aliud non fuit, quam pelles bovinæ, si qua regio pascuis abundavit, pro aliis mercibus repensae. Sane scholastica Aristidis ad eum locum, quo orator hic Carthaginienenses pecunia scortea usus narrat<sup>1)</sup>, haec habet: τέτοιο δε λεγειν  
σχόλιον σκυτανα νομισματα είχον, ἀλλα ρυρος παρειχον, οις πολυθηροι σώματες χωριστον, και οιωσ ο ἐβαλοντο, ἐδεχοντο. Illud vero dicitur non quasi scorteos nummos habuissent, sed quia pelles obtulerunt, quippe regionem animalibus resertam habitantes, et hoc modo, quod visum fuit, redemerunt. Vide de hoc arguento plura apud Sperlingum cap. XXXIII. Ceterum iniciari plane neque volo, neque possum, ferrum, stannum, plumbeum in nonnullis civitatibus pecuniae vicem praetitisse, atque etiam corium non potuisse sic apparari, ut in similem usum serviret. Suadere istud poterant causae civiles, exempli causa, ut privatis descendendi amputetur opportunitas. Ac propterea quidem, ut supra dimicimus, Lacedaemonii ferrum in pecuniam repraesentarunt, atque etiam illud ad quoscunque alios usus ineptum reddiderunt. Plato, cum in sua civitate privatis

aurum et argentum interdiceret, permisit tamen pecuniam, sed ejus naturae, quae civitati esset in pretio, ab externis vero contemneretur<sup>m)</sup>. Eius materiam non quidem nominat, sed ex ipsis ejus verbis patet, fuisse intentam ignobilem. Sin istud, moneta haec non tam pecunia fuit, quam pseudomoneta, et pecuniae quoddam signum, atque ejus naturae, qua hodieque communitates quaedam, ceu ptochotrophia, nosocomia, xenodochia laminis quibusdam certa nota signatis pro pecunia utuntur, quae tantum intus suum habent valorem, foris autem prorsus sunt inutiles. Quapropter nequaquam mirum, similes pecuniae species ob materiae ignaviam aevi injuriis resistere non potuisse.

Ad mentionem humorum ligneorum et testaceorum nihil amplius addendum censeo, quia quocunque illi modo monetæ munere functi sunt, etiam ut Suidam et Cedrenum, testes parum idoneos, verum esse locutos demus, ad nostrum tamen argumentum non pertinere, quivis intelligit. Mogolitanos Asiae nostra quoque aetate conchyliis, five testis, quas Coros vocant, pecuniae modo uti, res nota, de quo instituto lege differentem Sperlingum<sup>n)</sup>.

1) Orat. Platon. p. m. 145. m) de Legib. L. V. p. 742. n) Num. non cul. cap. XXXIX.

## C A P V T . VII.

*De auro, argento, aere, eorumque varia in numis veteribus mixtione.*

Numi veteres aurei, argentei, aenei non idoneis auctoribus collecta, haec has-  
solum habentur ex metallo puro, quan-  
betō.

tum scilicet arte humana metallum purum

impertrari potest, sed etiam impuro, sive  
natura illud sic miscuit, sive hominum  
arbitrium ex puro fecit impurum. Ex hac  
utriusque generis mixtione factum, ut  
spectata metalli probitate varium sit nu-  
morum veterum meritum, sive operae  
preium, in variae ejus mixtiois modos,  
causas, nomina adcuratius inquirere. Est  
quidem disquisitio haec ejus generis, quod  
ab artis chemicae subtiliis, orbisque sub-  
terranei experimentis fere tantum pendet,

ad quae studia non facile philologorum  
vulgaris solet applicare animus, quorum  
que me quoque esse in numero ab omni-  
bus volo intelligi. Factum tamen fortuna  
propitia, ut hanc quoque provinciam vir-

quidam praecclare eruditus in se susci-  
ret, institutisque secundum artis praecepta  
experimentis diversam metalli numisma-  
tici naturam in examen vocaret, ex quo  
plerique reliqui, cum argumentum postu-  
lare videbatur, praecepta hauserunt. Et

is *Ludovicus Savot Gallus*, cuius de hoc

argumento opus inscribitur: *Discours sur*

*les médailles antiques*, Paris 1627., quod

deinde latine redditum Graevius Tomo XI.

Antiquitatum Romanarum inleruit.

Jam igitur, quae ad triplicis hujus

metalli varios modos pertinent, ex evadat obryzum, quod iisdem verbis

## A V R V M.

Aurum in numis veteribus sive Per-  
sarum, sive Graecorum, sive Romanorum  
semper fuit tantae probitatis, quanta per  
artem humanam haberi potest. Facto ex-  
perimento didicit Barthelemyus, in aureo  
Persarum numo, dicto Dario, nonnisi  
XXIV. alieni metalli partem inesse <sup>o)</sup>. Hos  
tamen puritate adhuc superant aurei Grae-  
corum et Romanorum. Teste Patino <sup>p)</sup>  
puritas auri in numis Philippi II. ejusque  
filii Alexandri M. ad caratia XXIII. gra-  
na XVI. pertingit. Aureum Vespasiani cum  
explorarent aurifabri Parisini, nonnisi par-  
tem septingentesimam, octogesimam octa-  
vam metalli heterogenei admixtam repe-  
rerunt <sup>q)</sup>. Ejusdem bonitatis est aurum  
in plerisque numis veteribus urbium ac  
regum.

Aurum ope ignis solerter excoctum,  
obryzum dixerunt veteres. Plinius <sup>r)</sup>: *Auri-*  
*que experimentum ignis est, ut simili co-*  
*lore rubeat, ignescatque; id ipsum obrus-*  
*sam vocant. Suetonius vocat aurum ad*  
*obrussam* <sup>s)</sup>. Illud Graeci dixerunt ἀτερθόν,  
excoctum, nempe ope ignis. Scholia ita  
verba Thucydidis: Χευσίς ἀπερθεῖ <sup>t)</sup> sic  
explicat: πολλαχις ἴψεστος, ὥστε γενε-  
σθαι ὄφευσον, saepius cocti, ut densius

<sup>o)</sup> B. L. T. XXI. hist. p. 24. <sup>p)</sup> Hist. num. cap. 7. <sup>q)</sup> Savot P. II. cap. 6.

<sup>r)</sup> L. XXXIII. §. 19. <sup>s)</sup> in Neron. c. 44. <sup>t)</sup> L. II. c. 13.

habes etiam apud Suidam <sup>u)</sup>). Aliter sentit impulerit, ut a scholiaстae interpretatione Spanhemius <sup>x)</sup>, cui aurum ἀπερθον est il- lud, quod jam in venis purum est reper- tum, nulla vilioris metalli mixtione de- pravatum, neque adeo ignis ope indi- gens, et quod propterea ab aliis dictum fuit ἀπυρον, vel ἀυτορατον; at Latinorum obryzum esse statuit illud, quod ignis ad- miniculo puritatem nactum est, reprehen- ditque adeo Petavium, qui verba The- mistii στεφανον Χεισον ἀπερθοс vertit: coro- nam auri obryzi. Quid virum sumnum  
vit <sup>z)</sup>).

u) in Απερθοс. x) Césars de Jul. preuv. p. 16.

¶ Dubium non est, Χεισον ἀπερθοн, ceterioribus Graecis δέργυσον, (v. *De Cangit Glossar.*) non fuisse aurum natura purum, sed omnino aurum excoctum, coctione depuratum, plane ut ὑδωρ ἀπερθοн spud Athen. (*Deipn. I. III. p. 122. F.*) non est aqua ignem non experta, sed aqua decocta. Videelicet adjectivum ἀπερθοс compositum est ex ἀπо et ἐρθοс, idemque adeo significat, quod ipsum verbum ἀφεψω, verum quia graecae aures asperitatem vocabuli ἀπερθοс non tulissent, solita mutatione abiit in ἀπερθοс. Eodem modo si quis hodie uti vellet noristo 1. partic. pass. verbi ἀφεψω, non utique ἀφερθειс, sed ἀπερθеис ei foret scribendum. Nota lex est Graeci sermonis, duas asperatas in vocabulo simplici in duabus syllabis, unica simplici vocali interjecta se subsequentibus, non concurrere, sed alterutram mutandam esse in suam tenuem: tamen ad hanc legem non videntur animum advertisse, praeter Spanhemium, Salmafius (*ad Solin. p. 757. 762. 791.*), Dalecampius (*in interpretatione latina Athenaei p. 232. A. et in notis ad eam p. 741.*), Acciajolus (*in interpretatione Theodozeti I. I. Therapeut. v. fin.*), quin immo ipse magnus Lexicographus (*in Thes. Ling. Gr. vol. III. col. 624. G.*), qui tamen alibi (*vol. I. col. 1278 B.*) verum vidit docuitque; et novissime Niclas (*ad Aristot. Admir. p. 88. ed. Göting. 1786.*). Itaque existimantes ἀπερθοс formatum esse ex απεργυтюх et κερθос, aurum ἀπε- ρθοн idem esse crediderunt, quod ἀπυροн, ignem non expertum, natura purum, alias quoque ἀυτορατοн et ἀυτοροвес dictum, cuius meminerunt Herodotus (*I. III. c. 97.*) Aristotleles (*in Ad- mirand. c. 45.*), et ex Agatharchide Diodorus Siculus (*I. II. c. 50. I. III. c. 45.*). Verum si, uti dixi, ὑδωρ ἀπερθοн certo certius apud Athen. est aqua decocta, ipsumque verbum ἀφεψω apud Hippocratem, Dioscoridem, Aristophanem aliosque excoquendi significatione occurrit; equis jam negare auit, cognatum ἀπερθοс eodem sensu esse intelligendum? De verbo ἀφεψω, quem de auri decoctione usurpatur, insignis est locus Strabonis (*I. IV. p. 319.*), ubi ex Polybio narrat juxta Aquilejam inveniri aurum natura tam praestans, ut partim protinus fiat purum octa- vacae solum partis decoctura, τα ὄγδοα (μερες) μονον ἀφεψωθεντοс, partim maiore quidem, sed tamen valde lucrofa confitatura indigere, τοι δε δεισθαι μεν Χωνειας πλειονος, σφодра δε λυσителег. Ceterum non in Lexicis solum recepta est haec vocabuli ἀπερθοс interpretatio, sed et plurimum graece doctissimorum virorum auctoritate firmata, inter quos Jungermannus ad Polluc.

Tradit Savotus, aurum ope aquae fortis ab argento separandi modum veteribus plane fuisse ignotum, neque novisſe eos aliam rationem, qua aurum purum impetrarent, nisi deſtruuerent admixtum argentum. Cum tamen ipsae auri veteris reliquiae magna copia ſuperſtitē certum praebant teſtimonium, veteres orbis in colas auro puriſſimo abundaſſe, hanc ille copiam tribuit auro natura ſua puro, ſeu virgineo, quod liberaliter ſuppeditarunt live fodinae, live ſluviorum areuae. Haec Savotus <sup>y)</sup>). At enim haec vii praeſtantis dictata, quae vereor, ut ſecundum omnes partes virorum noſtrāe aetatis artis metallurgicae peritorum ſuffragia ferant, live adprobare, live refellere, neque mei inſtruti eſt, neque mearum virium. Mearum tantum eſt partium commemorare, partem numorum aureorum veterum, eamque longe maximam, ex puriſſimo auro conſtarē, quod hactenus factum, partem ex auro mixto, quod deinceps exequemur.

Aurum impurum eſt, ſeu natura, ſeu noſtro arbitrio, admixto, ut libuit, alterius generis metallo. Ex utroque modo conficitur *electrum*, de quo, quia revera exiſtant numi veteres electrei, explicatiuſ agendum. Plinius agens de auro, cui na- tura argentum vario pondere iminiſciuit, continuo addit <sup>z)</sup>): *Vbicunque quinta ur- genti portio eſt, electrum vocatur. --- Fit et cura electrum argento addito.* Et alibi

idem <sup>1)</sup>: *Juvat argentum auro confundere, ut electra fiant.* Clarius electri naturam explicavit Iſidorus <sup>b)</sup>: *Electri tria ſunt ge- nera, unum, quod ex pini arboribus fluit, quod ſuccinum dicitur, noſum resinæ ge- bus, ſed quod huic non pertinet, alterum metallum, quod naturaliter invenitur, et in pretio habetur, tertium, quod fit de tri- bus partibus auri et argenti una, quas par- tes, etiam ſe naturam reſolvat, invenies.* Vnde et nihil intereft, natum ſit, an fa- ctum, utrumque enim ejusdem naturae eſt. Nativi deinde electri virtutem ad depre- hendendum in calice venenum depraedi- cat, quod jam praeſtitit etiam Plinius <sup>c)</sup>, aliquique, quos ad hunc locum citat Har- duinus, apud quem, ut et apud Rinc- kiūm <sup>d)</sup>, et Spannemium <sup>e)</sup> plura reperies, quae de metalli hujuſ natura ac pretio prodiderunt veteres.

Ex hoc electro signatos olim fuſſe numos, teſtem habemus Lampridium de Alexandro Severo in hujus vita haec per- hibentem: *Alexandri habitu numos pluri- mos figuravit, et quidem electreos aliquan- tos, ſed plurimos tamen aureos.* Cum di- cat: *plurimos*, et tamen ex his plurimis ne unus quidem ad nos pervenerit, per- missum mihi puto, hanc Lampridii narra- tionem in dubium vocare. Ad haec nullum potest adferri exemplum aliud, imperato- ris cujuspiam juſſu numos cum exteri re- gis fuſſe effigie culos. Miſta igitur Lam-

III. 87. Non coctus, live crudus graece dicitur ἀνεψητος, ανεψης, quod, eti lexicis ignotum, tamen legitur in Geoponic. X. c. 67. et ap. Xenocr. de alment. in Fabrici Bibl. gr. vol. IX. p. 465. ubi live librarii, live hypothetae errore excusum eſt ἀεροι pro ἀνεψησι.

y) Part. II. c. IX. z) L. XXXIII. §. 23. a) L. IX. §. 65. b) L. XVI. c. 23. c) l. c. d) de yet. num. pot. c. XI. §. 7. e) Celsars de Julien p. 18, 19.

pridii auctoritate numos ipsos nobis super-  
litites inspiciamus. Ex electro sunt numi  
plerique regum Bospori Cimmerii, ut et  
ii, qui vulgo Panormitanis tribuuntur, ty-  
po equi itantis vel palmae. Ex Syracusa-  
nis electrei sunt minuti illi, qui una parte  
caput Apollinis, altera lyram, vel tripode-  
m exhibit, alias maximi moduli Si-  
des Pamphyliae, quam vide, non pauci  
potremorum orientis imperatorum, pae-  
cipue gentis Comnenae. Numi item III.  
formae, qui Gallici putantur, multique  
barbari ejus generis, qui in Dacia repe-  
riuntur. Addit Jobertus numos regum in  
Italia Gothorum <sup>f</sup>). En tibi justum numo-  
rum ex hoc metallo numerum. Reliquum  
examen iterum in me non recipio, sintne  
numi electrei signati propterea, quia, ut  
supra dixi, aurum ab argento separare  
non noverunt veteres, an ex proposito  
aliqua argenti portio auro fuerit sociata.  
Verisimile est, a nonnullis populis, pae-  
cipue qui artis metallurgiae minus periti  
fuere, ad signandam pecuniam adhibitum  
aurum, quale ex fodinis fuit eratum, li-  
ve purum, sive quomodocunque mixtum.  
A nonnullis tamen etiam aliquid datum  
fuisse instituto, colligo ex numis Syracu-  
sanorum, qui, eti numos sive autonomos,  
sive suorum regum praefectorumque ex  
purissimo auro cuderunt, tamen numis  
nonnullis, v. g. Apollineis, quos modo  
memoravi, nonnulli electrum admensis sunt.

Fueritne praeter argentum monetae  
veteri aureae aliqua alia vilioris metalli  
portio admixta, non moror, cum cau-  
sa instituti nostri sufficiat novisse, numos

aureos generatim ex auro optimo fuisse  
signatos. De Alexio Comneno refert  
Zonaras, eum in expensas monetam ex  
aequalibus auri aut aeris partibus mixtam  
adsignavisse.

### ARGENTVM.

Agemus primum de argento Graeco-  
rum, deinde Romanorum.

Graecorum monetam inde, ex quo  
feriri coepit, fuisse tantum argenteam,  
rarissimis tum adhuc aureis, obiter dixi-  
mus capite I., et infra prolixius docebi-  
mus capite VIII. Graecos argenteos, quo  
sunt antiquiores, tanto esse argenti pro-  
bioris, magisque nitidi, ipsa docet expe-  
rientia, neque hactenus a numis ipsis,  
quos remotissimum aevum nobis non in-  
vidit, confirmari vidi, quod teste De-  
mosthene adfirmavit Solon legislator, esse  
civitates non paucas, quae propalam aes  
vel plumbum monetae argenteae admi-  
scerent, et sic eam adulterent <sup>g</sup>), nisi for-  
te hoc nomine intellexerit numos pellicu-  
los, de quibus alibi. Et vero diu haec  
in numis Graecis sive regum, sive urbium  
argenti probitas duravit. Soli Syriae re-  
ges eam maturius corruerunt; nam po-  
tremorum regum argentei cum pae-  
centium numis comparati pejoris esse no-  
tae facile convincuntur. Caesaribus orbis  
imperio potitis aut cessavere urbes Grae-  
cae ferire argentum, aut illud ignobile  
reddiderunt admixta metalli vilioris par-  
te. Non tamen istud factum repente. Ex-  
stant enim usque ad Hadrianum Antio-  
chiae Syriae numi ex argento purissimo,  
et ejusdem praefiantiae sunt numi inscri-

f) T. I. p. 96. g) adv. Timocrat. p. 305.

(Vol. I.)

pti ETOYΣ. NEOT. IEPOT imperantiibus Flaviis potissimum signati, multa etiam tetràdrachma, didrachma, drachmae per varias Graeciae Asiaticae urbes, sed suppresso earum nomine, potissimum cum Trajani capite percussae. Amisus Ponti sub Hadriani fere tantum imperio copiosas ex argento nitido drachmas emisit. Contra ex argento minus puro sunt numi imperatorii Caesareae Cappadociae, Tarsi etc. tum et tetradrachma regum Parthorum, ac pleraque tetradrachma Antiochena inde a Severo, raris probe argenteis, in plerisque sic mixto argento, ut denique vix aliquod nobilis hujus metalli indicium appareat. At maxima perversitas in numis imperatorum in Aegypto signatis, quos Alexandinos vocamus, quorum, et si copiosum sit agmen, paucissimos habemus, qui ab argenti bonitate sese commendent, jam inde a Claudio aliqua aeris parte admixta, ac paullatim, ut de Antiochenis diximus, in aes definente argento. Quod vero maxime mibi mirandum visum, est, quod in hac Antiochenorum numorum classe praeter numos ex vitorio argento signatos, eosque ordinarios reperias etiam numos cum ejusdem imperantis imagine, qui ex probo sunt argento. Exemplo in moneta Antiochena sunt numi Philipporum. Quaeſo, an usque eo coexecutivit populus Antiochenus, (idem de Alexandino etiam dici potest) ut perinde putaret, an purum sibi, an impurum argentum quaesitor porrigeret?

An ferri arbitaria haec mixtio poterat? an etiam populus ad acceptandos numeros sic vitiatos a magistratibus adiungere gravissima mutui commercii perturbatione, et certissimo reip. damno?

Quoniam incolumi Graecia, aut saltem nondum magnopere attrita maxima pecuniae pars fuit argentea, fecit consuetudo, ut opes quaecunque, atque ipsum etiam aurum ad argenti modum aestimarentur. Sic cum Diodorus Siculus repertam ab Alexandro M. Persepoli aurum enarrat, ait, illud fuisse talentorum centum viginti millium, scilicet ἐν τοῖς ἀργυροῖς λογοῖς ἀγομένη τε Χερσόνησος, auro ad argenti valorem redacto<sup>b)</sup>. Vide apud eundem aliud ad fine exemplum<sup>c)</sup>.

Romanorum in moneta argentura varias est vices passum. Ex quo numorum esse materia senatusconsulto coepit, numerum inde ab anno V. C. 485., fuit purum, et si nunquam, contra quam apud Graecos fuit, purissimum, quod instituto in numis consularibus examine fuisse compertum, tradit Jobertus<sup>d)</sup>. Livium Drusum in tribunatu plebis octavam partem aeris argento miscuisse, tradidit Plinius<sup>e)</sup>, idemque alibi<sup>f)</sup>, Antonium III virum argento ferrum illigasse. Vtrumque testimoniū experientia numorum confirmatum nondum est, forte a pravis animis repertum, et libenter creditum, quia in homines publice exoscos conjectum erat. Ab Augusto usque ad Severi imperium argenti probitas utcunque constituta sed sub hoc multum defecit. Caracalla

b) L. XVII. c. 71. i) L. XX. c. 79. k) Tom. I. p. 40. l) L. XXXIII. § 13.  
m) L. XXXIII. § 46.

novum monetae argenteæ genus invenit, majore illud quidem modulo, sed argento deteriore, quod adcuratius descriptum dabo in numis hujus Augusti, non tamen propterea veteris instituti numos ferire neglexit, ut neque proximi successores dempto Alexandro Severo, qui hanc novae formae monetam abjecit quidem, sed veteris formae argenteos sic corrupit, ut, et si pondere a veteribus non differant, tamen nonnisi tertiam argenti portionem in iis inesse expertus sit Savotus <sup>a)</sup>. Sub Gordiano maxima monetae argenteæ pars Caracallae institutum sequitur, ac deinceps quoque Imperante Gallieno ejus facies tristissima. Ex quinque partibus fuisse quatuor admixti aeris, proficitur Bimardus <sup>b)</sup>, quod mixtionis genus Galli *billon* vocant, *aerofus* Latini <sup>c)</sup>, et forte etiam *incōctiles* cum Plinio <sup>d)</sup>, auditque, quod expertus et ipse sum, a Claudio Gothicus usque ad Diocletianum sic exulare argentum, ut nonnisi rarissimi sint numi argentei, siue impuri, a mediis inter utrumque imperantibus signati. Interim cum detraheretur monetae argentum, placuit tamen nobilis hujus metalli saltem color. Magnam enim numorum aeneorum partem involverunt stanni lamina tam tenui, quam aranearum tela esse potest, eosque sic opertos malleo subjecerunt, quo factum, ut colore vel argentum mentiantur, vel si pluribus locis abstitit stannum, tralucente cupro speciem praferant, tanquam argenti pulvere essent conferti. Numos hoc modo

fabricatos, solis Romanis cognito, atque hoc tantum aevo, habemus inde a Claudio Gothicus per proximos successores, desiverunt sub Diocletiano, primisque ejus collegis, nimirum tum, cum antiquatis his mendaciis ex argento puro ferire monetam instituit Diocletianus. Quare id genus numi vix amplius reperiuntur in moneta Constantii Chlori, Maximini, Maxentii etc. Fucatos hos numos Galli appellant *médailles saudées*, id est: *numos tinctos*, improprie istud, neque enim inducto stanno liquefacto hunc nacti sunt colorem, sed malleo percussi ea ratione, quo istud factum dixi. Argentum ergo purum revocavit Diocletianus, illudque constanter deinceps recentum fuit, ita tamen, ut sub imperatoribus orientis major feriretur aureorum numerus, quam argenteorum.

Observandum adhuc vocabulum *Potin* Gallis antiquariis in veteris monetae causa valde familiare. Savoto metallum istud compositum est ex cupro, orichalco, (*laiton*) plumbō, et paucō stanno, vocaturque *potin*, sive aes ollarium, quia ollae (*pots*) ex hac mixtione confici solent. Ergo ex Savoti judicio hunc metallo argentum admixtum non est. Tamen Robertus materiam, ex qua numi argentei impuri consistant, passim ait *potin* vocari, *on l'appelle communement potin* <sup>e)</sup>. Quod quidem disPLICUIT, ac forte non injuria, Rinckio <sup>f)</sup>, aliisque, quia secundum Savotum metallum, quod *potin* dicitur, argentum non continet. Bimardus ad citā-

a) P. II. c. 12.

b) ad Job. T. I. p. 60.

c) Leg. 102. D. de solutio.

d) L. XXXIV. § 48.

e) P. II. c. 17.

f) Tom. I. p. 42.

g) cap. VII. p. 53.

tum Joberti locum nomen *potin* non reculeretur moneta aenea, quae flanneae spuit, sed adserit, teteres in fabricandis numis materiae, quae *potin* dicitur; addidisse circiter quintam partem argenti. Sin istud, mixtio haec ex Gallorum lingua *potin* amplius non est, et non satis video, cur ad indicandos numos ex argento impuro non perrexerint Galli uti vetere nomine *billon*, quo modica argenti portio aeri addita notatur. Sed nolo persequi litem de nomine, cum videam, recentissime id genus numos a Rellerino quoque vocari *potin*<sup>a)</sup>.

Jure hoc lacus quaeri potest, quad causa fuerit, cur Romae moneta argentea sive paullatim in pejus ruerit, sive plurium annorum intervallo plane feriri desiverit, cum tamen interea monetas aurea non modo semper esset illibata, sed et in ea ferienda nunquam cessaret malleus. Conjectit Bimardus<sup>x)</sup>, factum istud forte propterea, quia magna pars pecuniae, quae fisco principis debebat, auro numerari consuevit. Sane multa titubata, sive imperata, sive, ut vocant, gratitata a solo auro nomen esse fortissimum, ut *aurum vicefimorum*, *aurum coronarium*, *aurum lustrale* etc. Ergo principis intererat, auri probitatem non corrumphi. Contra cum princeps in faciendis sumptibus, moneta argentea, vel aenca viceretur, quanto plus argento vel aeri sive probitate, sive pondere decebat, tanto plus fisco accessisse lucri, quia secutum istud metalli detrimentum valorem non mutavit, et quia minore auri portione comparari aeris massa potuit, ex qua

pelliculae, ut supra diximus, involuta numi argentei valorem haberet. Remedium istud, ut ut imperio denique peraciolum, necessitate fuisse advocatum, cum non haberent principes, quo stipendia solverent. Haec Bimardi conjectura sitne vera sive secundum omnes causas, sive aliqua sui parte, ignoro, neque mearum esse virium intelligo, eam aut approbare aut abdicere. Commemorandum tamen duxi, ut in mea inopia avidum lectorum ex alieno inge pio pascam. Constitutio Arcadii et Honori<sup>y)</sup> Bimardi conjecturae non magnopere favet: *Iubatus*, ut pro argenti summa, quam quis thesauris fuerat illatus, inferendi auri accipiat facultatem, ita ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. Adde narrantem Zonaram, Alexium Comnenum nonnisi auream monetam ex vestigalibus collectam fisco intulisse, et in expensas monetam aereum; vel ex aequalibus auri et aeris partibus mixtam assignavisse. Si idem placitum jam fuisse imperatoribus praecedentibus, necesse non fuisse, istud de uno Alexio commemorate.

Numi ex aere Cyprio tam Graecorum, quam Romanorum, sive cupro puro constent, sive varie mixto, *aenci* vel *aerei* in arte nostra solent vocari, a Gallo *bronze*, ab Italico *rame*, nulla habitatione, quot partes materiae heterogeneae cupro sint admixtae, quo sit, ut numeri hujus classis collecti multum inter se

<sup>a)</sup> Mel. I. p. 225.

<sup>x)</sup> ad Jobert. p. 61.

<sup>y)</sup> Cod. Juff. L. X. tit. 76.

colore differant, aliis rufis, flavis aliis, aliis colore inter utrumque mixto. Nos, qui numos veteres cum plerisque aliis ex solo fere tantum fructu, quem in philologiam conferunt, metimur, variam hujus metalli mixtionem chymicis relinquimus, numosque nullo discrimine omnes, quomodocunque sive puros, sive compositos, *aeneos* appellamus. Qui magis in hac parte instrui cupit, adeat insiguo opus Ludovici Savot, qui institutis multis, quae ars metallurgica praefat, experimentis veteris monetae aeneae natram penitus exploravit, et descripsit<sup>2)</sup>. De unis numis, quos multi ex aere Corinthio confectos dixerunt, aliquid necesse video hoc loco commemorare.

Si Plinium audimus, *aes Corinthium* casus conflavit. Aes istud, inquit<sup>3)</sup>, *casus miscuit, Corintho, cum caperetur, incensa*. Latius Florus de Corinthi agens existit<sup>4)</sup>: *Quantas opes et cremaverit, hinc scias, quod quidquid Corinthii aeris toto orbe laudatur, incendio superfluisse comprimus. Nam et aeris notam pretiosiorem ipsa opulentissimae urbis fecit injuria, quia incendio permixtis plurimi statuis atque simulacris, aeris, auri, argenteique venae in commune fluxero*. Vide similia apud Orosium<sup>5)</sup>, Petronium<sup>6)</sup>, Isidorum<sup>7)</sup>. Sed enim hanc Corinthii aeris originem in fabulis putat Plutarchus<sup>8)</sup>, et ipse Plinius manifeste docuit<sup>9)</sup>, jam ante Corinthi excidium elaborata fuisse a praeclaris factoribus signa ex pulcherrimo hoc

metallo, quod aes Corinthium dicitur. Indubitatum adeo, illustrem hanc, ac a veteribus tot laudibus celebratam metallorum mixtionem, quae propria fuit aeris Corinthii natura, ab arte profectam.

Quidquid erit, ad nostrum institutum istud unum pertinet nosse, fuerintne unquam ex aere, quod Corinthium vocabatur, signati numi. Primus forte fuit *Aeneas Vicus*, qui istud adfirmavit<sup>10)</sup>, cuius deinde dictata cupida ampliari sunt alii. Telle Savoto numi, qui ex aere Corinthio conflati creduntur, sunt ex aere inaurato<sup>11)</sup>. Sed jam peritiorum vix aliquis huic sententiae fidem adhibet. Veteres enim, qui aeris Corinthii meminere, illud quidem in signa, vase, tripodes, candelabra, paropisides etc. impensum tradidere, at in monetam nemo omnium. Praeterea instituto in similibus numis experimento compertum est, ne minimam quidem auri partem iis esse immixtam. Vide de his plura apud Savotum<sup>12)</sup>, Jobertum<sup>13)</sup>, ejusque censorem Bimardum<sup>14)</sup>.

Ceterum quaecunque sit numorum aeneorum spectato metallo ignobilitas, atque ut iidem dicantur Martiali *nigræ fortes monetæ*<sup>15)</sup>, plurimum tamen nos, qui scientiam, non metalli nobilitatem spectamus, illis obstrictos profitemur, quia maxima monetae veteris pars aenea tota est, et inde ab Augustorum aetate in Graecia, et generatim extra urbem fere unica.

2) Num. ant. P. H. c. 17. a) & XXXIV. § 3. b) L. H. c. 16. c) L. V. c. 3.

4) Satyr. c. 50. e) L. XVI. c. 19. f) de Pyth. orac. sub init. g) l. c. h) Discorso sopr. le med. L. I. c. 7. i) l. a. P. I. c. 2. fin. et P. IV. c. 8. k) l. c. P. II. c. 17.

1) T. I. p. 43. m) Ibid. p. 62. n) L. I. ep. 100.

## C A P V T VIII.

*De vario veterum triplicis metalli ad monetae negotium delectu.*

Articulo praecedente diversam triplicis metalli probitatem peregrimus. At modo, ne quidem demptis Cyrene Africae, Massa quoq; populis, urbibus, regibus varia aetate ad feriundam monetam probatum fuerit metallum, obiter intueamur. Neque enim omnis populus, aut eodem tempore triplex metallum in numos formavit, sed, ut patet, vario usi sunt in ejus delectu instituto. Prava hac in causa judicia, quae in plurimum insignium virorum operibus propagata reperias, hanc quoque disquisitionem iure imperare videntur.

Adfirmare non dubitavit insignis Jo- bertus, reges et urbes Graecas diu ante urbem conditam perelegantes ex triplice metallo numos cudisse <sup>a)</sup>). Magis diserte Passerius, antiquissimam ubique semper fuisse monetam aeneam <sup>b)</sup>). At enim omnes rei monetariae veteris causas penitus rimanti facile patebit, antiquissima aetate urbibus Graecis non fuisse monetam, nisi argenteam, rarius auream, at urbibus Italicis nonnisi aeneam.

Atque hanc ego sententiam antequam probatum eam, quaedam necessario video esse praemonenda. Antiquissimam aetatem cum dico, intelligo eam, quae a primo rei monetariae exordio usque ad vicina Philippo II. Macedoni tempora fluxit. Cum urbes Graecas nino, non modo Graeciam propriam intelligo, sed et urbes omnes Graecae ori-

ginis per tres orbis cogniti partes sparsas, ne quidem demptis Cyrene Africae, Massa filia Galliae, Emporiis et Rhoda Hispaniae. Cum urbes Italicas dico, Italianum intelligo medium, Romam cum Latio et adjacentibus regionibus, tum Etruriam, Vmbriamque, nam Italia superior Gallis habitata numorum fere sterilis semper fuit, inferior dempto Samnio fere tantum urbes Graecae prosapia complexa est. Denique monendum adhuc, criteria numorum remotae antiquitatis consistere in ratione picturae, in modo inscriptio- nis, et literarum forma, in concavo partiis aversae, sive quadratum informe illud sit, sive certus quidam typus, inque aliis causis, quas nunc προληπτικῶς paucis attigisse satis fuerit, sed olim copiosius persequemur.

His, ut oportebat, praemissis, nullum ajo exstare monetae Graecae numum aeneum, qui ex similibus causis longam praeferret senectam, et si quis forte alibi repertus est, vereor magnopere, ne amissa argenti bracteola, cuius ope argentum olim est mentitus, aeneus evaserit, nam vetustam eam fuisse fraudem, alibi docebimus. Inspice, si lubet, longum monetae aeneae Syracusanae agmen, in qua nullum sane reperias numum, qui sive inscriptione SVRA. pro ΣTPA., sive picturae ratione vetustissimo tantum aevo propria, remota sibi tempora possit vin-

a) Tom. I. p. 5. b) Paralip. ad Dempft. p. 157.

dicare; omnes, qui hac sunt inde, argentei sunt etiam. Eodem modulo metire monetam Tarenti, Rhegii, Athenarum, et aliarum, quasunque velis, urbium Graecarum. Deinde sententiam meam invicte stabiliunt numi urbium partim earum, quae serius eversae fuere, partim earum, quae aliud sibi nomen indiderunt, sed quarum tamen cum utroque nomine numos habemus superstites. Naxus Siciliae a Dionysio seniore eversa V. C. 351. nullios nobis reliquit numos aeneos, argenteos omnes, et magno quidem numero. Atqui si vetustissima urbium moneta fuissest aenea, contrarium potius debuerat accidere. Ergo Naxus citius esse desit, quam moneta aenea per urbes Graecas valere coepit. Eodem modo Cauloniae per Pyrrhi bellum dirutae non habemus nisi argenteos, eosque omnes operis perpetuus aevum testantis, aeneum nullum. Fuit Sybaris urbs Lucaniae clara, et numerum antiquissimae fabricae fertilis. Eversa a Crotoniatis V. C. 243. instaurata denuo a Graecis circa annum V. C. 310. partim ex veteri nomine Sybaris, partim Thurium dici coepit, et deinceps perrexit aliquamdiu utroque nomine ferire numos, donec Sybaris nomen plane esset abolidum. Necesse est ergo, qui numi Sybaris nomen inscriptum habent, hujus urbis esse antiquissimos. Atqui certum aeneum cum mentione Sybaris nullum hactenus reperi, posterioris Thurii cum argenteos, tum aeneos. Zancle Siciliae expugnata a Messenis Peloponnesi circa annum V. C. 273. Messana a novis incolis coepit appellari. Jam vero et Zancles nomine nullum habemus numum, nisi argenteum. Ex eodem

metallo sunt numi omnes Messanae nomine inscripti, quicunque certos habent remotioris aevi characteres, at quicunque artem recentiorem produnt, partim argentei sunt, partim aenei. Eadem urbs a Campanis circa annum V. C. 475. occupata, pro Messana aliquanto post Mamertina, seu Mamertinorum dici coepit, ac continuo, rariore jam tum per Graecas urbes argento, numos omnes Mamertinorum nomine notatos habemus aeneos, nullum certae fidei argenteum. En ab his exemplis monetam Graecorum, perinde ac saecula, a metallo nobiliore ad ignibile prolapsam, non contra. Sed ne solis Graeciae magnae, vel Siciliae exemplis inhaereamus, etiam Graeciae propriae institutum inspiciamus. Praecipuum ad causam meam argumentum dabunt clarissimae Hellados Athenae. Vetustissimam earum monetam fuisse argenteam, praterquam quod istud ejus fabrica manifeste docet, ab ipso etiam Atheniensium plebisito eruditur. Nam cum circa annum V. C. 340. induci coepisset moneta aethea, paullo post ejus usus fuit antiquatus, nunciante praecone: ἀργυρῷ γαρ Χεωνεῖος argento enim utimur, de quo vide plura in numis Athenarum. Eodem modo perlustra numos urbium Astae, insularum, ac Cretae praesertim, quos omnes, si modo ex certis causis remotiori aevi debebuntur, non reperies, nisi argenteos. Dici nequit, aes adversus aeruginem non satis validum tantam aetatem ferre non potuisse. Etenim urbium Italicarum antiquissimos habemus aeneos, et, quod saepe factum, numi aenei vernice, ut aimus, operti quamcunque aetatem ferunt.

Ab urbium numis ad regios deflectamus, iis in judicium vocatis, qui ante Philippi II. regnum signati sunt, nam inde ab hoc omnium fere regum numos habemus aeneos quoque. Habemus ante istud tempus cognitos ex numis reges Macedoniae, Siciliae, Cariae, Cypri. Omnes vero horum numos esse argenteos, aeneos vero, qui iis tribui solent, aut regibus, quorum nomina inscribuntur, non esse synchronos, aut ad posteriores ejus nominis reges pertinere, aut esse incertos, aut dubiae fidei, nolo hic longius disputare, quia haec omnia peti possunt ex eorumdem regum numis, in quorum enarratione singula haec capita adcurate enucleabuntur.

Dixi principio, in antiquissima Graecorum moneta etiam auream putandam. Revera ex hoc metallo extant numi antiquissimi, sed urbium tantum, nam aureum regium, qui Philippum II. praeverteret, demptis Persarum Daricis, non novi. Exempla aureorum omnibus canae yetuflatis notis insignium habes apud Pellerinum <sup>q)</sup>, tum quae sparsim per opus suum recitavit, ut in moneta Cyzici, Per gami &c., quae exempla, et si rara sunt, et paucissimarum tantum urbium, satis tamen valent ad comprobandum monetae aureae antiquitatem. Teste Herodoto <sup>r)</sup>. jam Polycrates Sami tyrannus numos aureos signavit, magnam vim monetae patriae e plumbo feriens (*ἐπιχωρίον ρυμπα νόψας*), eamque auro obducens Lacedaemoniis obtulit, et si ipse auctor facto huic fidem non adstiruat. Fuit Po-

lycrates aequalis Cambysis, floruitque annis ante Christum D. et amplius.

Altero loco dixi, antiquissimos urbium Italicarum numos non fuisse nisi aeneos, quod quidem argumentorum agmine comprobare necesse non est, cum nemo, opinor, sit, qui istud in dubium vocet, et cui cogniti non sint Italicarum urbium alles aut ejus partes remotissimis temporibus fusi. Paucae in hoc tractu urbes argentum in monetam conflatunt, neque praeter Populoniam et Faliscos aliam novi, illa haud dubie commercii cum Graecis causa, quia maritima, Falisci, quia ipsi origine Graeci etiam in hoc Graecorum institutum servarunt. Romanorum monetam antiquissimam fuisse aeneam cum scriptores veteres omnes, tum et numi ipsi docent, et docebimus liberaliter in prolegomenis ad numos consulares. Quapropter de Italica tantum moneta intelligendum est, quod dixit Isidorus <sup>s)</sup>: *Antiquissimi, nondum auro argentoque invento, aere utebantur. Num prius aerea pecunia in usu hominum fuit, post argentea, deinde aurea subsecuta, sed ab ea, qua coepit, nomen retinuit. Unde et aera, rium dictum, quia prius aes tantum in usu fuit, et ipsum solum recondebatur, auro argentoque nondum signato, ex quorum metallis quamvis postea facta fuisse pecunia, nomen tamen aerarii permanit ab eo metullo, unde initium sumpsit.* De eadem Italica intelligendus est locutus D. Augustinus, cum ait <sup>t)</sup>: *cur habendus honor deo Aesculano et filio eius Argentino, ut habeant aeream argenteamque pecu-*

q) Rec. III. tab. 115. r) L. III. c. 56. s) Orig. L. XVI. c. 17. t) de civit. Dei L. IV. c. 21.

niam? nam ideo patrem Argentini Aesculanum posuerunt, quia prius aerea pecunia in usu esse coepit, post argentea. Additque lepide: miror autem, quod Argentinus non genuit Aurinum, quia et aurea subsecuta est, quem deum isti si haberent, sicut Saturno Jovem, ita et patri Argentino et avo Aesculano Aurinum preeponerent.

Quaeri hoc loco potest, utrum constet de certa aliqua causa, cur Graeci ab argento et auro, Itali ab aere rem monetariam auspicearentur, alteris argentum et aurum, alteris aes unam mercis rationem haberet. Ago, de solo mihi utriusque gentis constare instituto, non tamen de certa causa. Et vero non paucis Graeciae populis ipsa loci natura argentum in monetam liberaliter preeparavit. Ejus copiam reperere Athenienses in fodiinis suis Laureoticis, Thasi in Scaptesyla, Damasteni Epiri in vicino træctu. Argentum igitur in monetae usum a populis locupletioribus antiquitus constituto, alii quoque partum commerciis argentum incudi emmiserunt. Atqui turpe Graecis fuisse vilium, a moneta argentea ad aeneam transire, memoratum supra Atheniensium exemplum affatim docet, a quibus invecta recens moneta aenea paullo post iterum fuit abrogata. Alibi causae civiles fecerunt, ut metallum ignobile in monetam preeferretur. Apud Spartanos Lycurgus, ut privatorum luxum, ambitionem, potentiam, magna in liberis civitatibus pericula averteret, antiquata moneta aurea atque argentea ferreae usum instituit, quod tradidere scriptores copiosi alibi a nobis citati. Ac forte Italiae civitates eadem cum Lycurgo pericula veri-

tae in moneta aenea acchievere, atque opse etiam Servius Tullius, monetae Romanæ auctor vulgo creditus. Quod deinde civitatibus evenire solet, quae non contentae aviti agri finibus foras cupiditatem evagari patiuntur, ut, non sufficiente ad meditatos sumptus aere, nobilorem, ac propterea magis validam cogantur monetam auxilio vocare, istud Spartanis, Romanisque evenisse compirimus. Illi instituti, quod a Lycurgo accepterant, in speciem tenaces a feriundatum quidem argento abstinuerunt, sed tantam per bella externa auri, argenteaque signati vim thesauro publico intulerunt, quantam teste Platone per reliquam Graeciam reperire non fuit. Romani nulla lege adstricti, liberaliore deinde per Pyrrhi bellum cum civitatibus Graecis commercio junoti, affluecere etiam moetae argenteae coepere, cumque paullatim regionibus transmarinis inhiarent, ex argento etiam ferire nummos ad propositum suum magis valituros.

Graeci primum regum Alexandri successorum, deinde Romanorum bellis attriti impellente penuria aes etiam in monetae consortium admittere sunt coacti. Sed est verisimile, a plerisque civitatibus in monetae consortium vocatum etiam aes causa usus commodioris, cum leviores sumptus id foro rerum venalium faciendi essent, ad quem finem in argento obtinendum necesse fuit tam tenues, levisque ponderis ferire nummos, ut tractati e dignis facile elaborerentur, et saepe elapsi reperiri amplius non possent, cuiusmodi numeros obvios habemus in moneta Attica, et magnae Graeciae. Enimvero ex illis,

tam frequens in minutissimo argento ja- jugum perfserre jussi Graeci aut nullos am-  
cturae non modo periculum, sed jacturam plius signavere numos, aut maximant ipsam in causa frisse, cur exsisterent Athe- partem nonnisi aeneos, argento nonnisi  
nis jam antiquitus oratores, qui monetae paucissimis permisso. Aureos imperatorios,  
aeneae usum suasere, de quo agemus late eosque rarissimos non habemus nisi Cae-  
in moneta Attica. Denique Romanorum sareae Cappadociae, et Gabalae Syciae.

## C A P V T IX.

*De pondere ac valore monetae veteris.*

**N**umis veteribus cujuscunque metalli cer-  
tum fuisse publice praescriptum pondus, et a pondere suum illis stetisse valorem, actam videar rem agere velle. Sed quae fuerit ponderis veterum natura atque conditio, en tibi materiam vastam, et si qua alia salebrosam, inde ex quo tenatae sunt literae, magna contentione disputatam a viris summi ingenii et eruditio- nis, Agricola, Budaeo, Hotomanno, Jos. Scaligero, Gamerario, Snellio, Gronovio, ut praeterea eorum, qui hos scienti fuit, commentarios. Si ex horum laboribus indefessis vigiliisque istud obtinimus, quod in rebus multis ad hoc argumentum spectantibus multo magis expeditam habemus rationem, saepe etiam manifestam et evidenter, at fatendum est etiam, multa esse adhuc in hac causa dubia atque incerta, multa Cimmeriis adhuc noctibus involuta, quod satis ex eruditiorum, quos citavi, litibus atque dissidiis appetit.

Difficultates, quae hanc causam circumstant, multiplicis sunt generis, ac

tantae, quas nullum vel ingenium, vel tempus posse ampliri cordatus quisque facile mecum intelliget. En earum prae- cipua nonnulla capita. Multi auctores veteres, qui de pondere ac valore scripsere, quorumque nos auctoritati tribuere multum solemus, aut in transcursu tantum hanc causam attigerunt, aut, etiam cum ex proposito eam tractare sunt ag- gressi, rationem nobis mire confusam im- peditamque reliquere. Plinius, qui cau- fas monetae Romanae inde ab ejus exordio enarravit, tam ambigua istud, im- peditaque oratione peregit, ut, qui verum ejus sensum elicere sunt conati, ple- rique nihil adferrent, quod non alii re- probandum ducerent. Livius, qui magnam historiae partem ex aliorum commentariis conscripsit, tam saepe miras ponderis, va- loris, appellationum rationes contulit, ut satis appareat, eum scientiae hujus vel fuisse rudiorem, vel operae pretium non putasse, magnam ad hoc examen exiguerat conferre. Enimvero quod de monetae At- ticae valore scripsit <sup>1)</sup>, imperite hercle, si scriptorum omnium consensus, atque

<sup>1)</sup> L. XXXIV. c. 52.

ipsam etiam experientiam contendas, dif-  
fidere praestantissimi auctoris in hac causa  
testimoniis jubet. Non leve etiam malum,  
quod auctores veteres pondus ac valorem  
saepe non perscriperunt, sed notis arith-  
meticis indicarunt tantum, quas deinde  
non intellectas rudes librarii turpiter cor-  
rupere. Alias ars critica, ut oportuit, re-  
stituit feliciter, aliis alii formam dedere,  
qua suam opportunius juvari sententiam  
viderunt. Accedit grammaticorum infe-  
rioris aevi mira sive ignorantia, sive per-  
versitas, quando, non servato temporum  
discrimine, vetera monetae vocabula,  
denarios, festertios, asses &c. aetatis suae  
monetae applicant, quae tamen spectato  
sive pondere, sive valore nihil jam cum  
antiquata illa habuit commune. Quam  
tum licentiam fuisse communem, et pro-  
miscaum, ex eo patet, quod Justiniano  
etiam singulari constitutione reprimenda  
visa fuit, in qua legimus <sup>x)</sup>: *Verba super-*  
*flua, quae in donationibus poni solebant,*  
*scilicet festertii, numi unius, assium qua-*  
*tuor, penitus esse reficienda consensus.*  
*Quid enim verbis opus est, quae rerum*  
*effectus nullus sequitur?* Accedit etiam,  
quod pondera in singulis fere civitatibus  
fuere varia, neque illa a scriptoribus,  
parum in hac parte plerumque religiosis,  
ut oportuerat, discreta, ac denique,  
quod ad definieadum humorum valorem  
unum ex praeципuis est, quod ignoramus,  
quae quavis aetate fuerit auri ad argen-  
tum, hujusque ad aes ratio, quae, ut

hodie, sic olim quoque, varia fuit. He-  
rodoti actate fuit aurum ad argentum, ut  
1. ad 13. <sup>y)</sup>, Platonis, ut 1. ad 12. <sup>z)</sup>,  
Menandri poetae, cuius testimonium citat  
Pollux <sup>1)</sup>, ut 1. ad 10. Apud Romanos  
initio fuisse ut 1. ad 15., at brevi post  
majore copia auri Romam translata ad  
imitationem Graecorum fuisse ut 1. ad 10.  
exilitat Gronovius <sup>b)</sup>. Posteriorem hanc  
rationem colligunt eruditii ex pacis legi-  
bus cum Aetolis initiae, perhibente Li-  
vio <sup>c)</sup>: *Pro argento & aurum dare mallent,*  
*darent, convenit, dum pro argenteis dt-*  
*cem aureus unus valeret.* Praeeunte Suetonio <sup>d)</sup>  
visum nonnullis, per Julii Caesaris  
in provinciis rapinas adeo viluisse aurum,  
ut esset ad argentum, ut 1. ad 9., quin  
secundum alios, ut 1. ad 7<sup>1</sup>. Vide Ar-  
buthnotium <sup>e)</sup>. Sed Cl. Dupuy Gallus Gro-  
novii dictata refellens adserit, fuisse apud  
Romanos auri ad argentum rationem fere  
duodecuplam <sup>f)</sup>.

Ac veterum quidem artis magistro-  
rum, quos supra memoravi, Budaei, Ho-  
tomanni &c. tanto magis incerta, flu-  
ctuansque debuit esse doctrina, quod uni  
fulti veterum testimoniis, tam saepe, ut  
diximus, vagis, mendosis, tam perfur-  
ctorie prolatis agere rem suam institue-  
runt, omisso omni humorum ipsorum ex-  
amine, quorum ipsis, justa copia praelato  
non fuit, sed qui utique, spectato pon-  
dere, metallo, ejus varia mixtione, mul-  
tisque aliis causis, plurima docent, quae  
auctores veteres ne verbo quidem attige-

x) Cod. L. VIII. tit. 54. l. 37. y) L. III c. 95. z) in Hipparcho p. 232. a) L. IX. §. 16.  
b) de festerc. L. III. c. 4. init. c) L. XXXVIII. c. 11. d) J. Caef. c. 54. e) Tab. ant. nuo.  
Dulf. I. c. 6. f) Bell. Let. T. XXVIII. p. 687. seq.

te. Istud vero examen, quod ex praecipuis unum erat, fuisse ab iis omissum, uno occupatis eruditionis apparatu, prius conquesti sunt Eisenachmidius in <sup>pr</sup>claro suo commentario de moneta vetera, et Khellius noster <sup>g</sup>). Cautius saeculi nostri philologi, ac praecipue in commentariis suis erudit Galli audiendos quoque nummos in hoc judicio voluerunt, et partim perperam ab illis tradita correxerunt, partim ab ipsa experientia docti novas solidasque leges in hanc scientiae partem invexerunt. Sed etiam in hoc trahite cum multis difficultatibus luctandum fuit, saepe desperato remedio ad conjecturas denique configiendum. Non enim raro scriptorum testimonia a captis ex moneta experimentis dissident, aut modus defuit, illa cum his conciliandi. E. g. Passim docent veteres, drachmam Atticam cum denario Romanorum ejusdem fuisse ponderis, et valoris; at constat experientia, inter utrumque numerum spectato pondere intercessisse discrimen non contempnendum, de quo agemus explicatius in diatriba de numis consularibus. Memorant auctores non pauci nummos Atheniensium aureos, Demosthenes stateres aureos Cyzicenos, Thucydides Phocaicos, Plinius Victoriatos argenteos ex Illyrico advectos, sed omnes hos nobis hactenus incompetitos. Nihil vero incertius testimoniis illis, quae inferioris aevi scriptores nobis obtrusere. Eruditi non pauci subtiliter explicuerunt nummos aureos solidos, semisses, et tremisses, quos ab Alexandro Severo fuisse signatos

tradit Lampridius, verum hi aequo nobis sunt ignoti, ac aurei illi, quos ab eodem cum Alexandri M. habitu magno numero fuisse cudos idem refert, aut aurei, quartuor, sex, octo, viginti drachmas appendentes, quin et bilibres CXC. drachmarum, et adeo centenarios duarum minarum pondere, quos ab Elagabalo fuisse signatos tradidit Lampridius <sup>b</sup>). Quo deinde loco putabimus testimonia Trebellii, aut Vopisci, aeneos nobis denarios, et septuaginta propinuantum, tum et Philippeos aureos, Philippeos argenteos minutulos, Philippeos aereos, atque etiam trientes Salonianos &c.? Virum dignam hanc mercem existimabimus, in qua explicanda velimus crimin nostram occupari, quando eam ignorat experientia, nobis vero cogita non est, nisi ex oraculo scriptorum, qui, ut communis fert opinio, ipsam eam historiam, quam scriperunt, ignorare? Omitto hic Zonaram, Cedrenum, aliosque ejusdem meriti, tum et lexicographorum, et chronographorum gregem, qui veteris monetae pondus ac valorem aut suomet judicio inique, aut ex veterum scriptis male intellectis definire, a quorum dictatis hausta ex numis ipsis doctrina longissime abit. Atqui si missis scriptorum testimoniis cum solis rem agere numis instituas, quam molestam habeo quoque ipsi, impeditamque offerunt rationem! Pondus in aureis non modo minus dispar, sed etiam ejus modi, ut, qui leviores sunt, certam et aequabilem ad graviores rationem non sequantur. Ejus exemplum dabunt aurei Lysimachi, Philippo-

<sup>g</sup>) Adpendic. II. p. 16. <sup>b</sup>) in Alex.

Alexandri M., quorum quidem aurei ordinarii pondere sunt satis aequali, at qui his vel graviores multo, vel leviores sunt, incertos nos relinquunt, quo minus veram eorum ad ordinarios rationem possimus definire. Non minor in moneta argentea ponderis varietas. Etsi enim alicubi, v. g. in tetradrachmis Atticis, Thasiorum, Macedonum &c., in didrachmis Velitarum, Tarentinorum, Metapontinorum &c., in drachmis Dyrrhachenorum, Apolloniatarum &c. pondus satis juste congruat, arduam tamen si sibi provinciam imponet, qui volet monetae argenteae; v. g. Syracusanorum, pondere mirum differentis certam secum rationem reperire. Tempora, inquies, esse distinguenda, atque aliis aliud pondus adfigandum. At enim quis noverit haec apte tempora distinguere? Quae deinde ponderis in moneta Romanorum argentea deminutio? Non enim sub sequentibus imperatoribus tanta fuit ponderis in hac aequalitas, quanta sub primis. Refert Plinius<sup>i)</sup>, regem Tarpanes, cum in captiva pecunia, quam apud Romanos tempestate in eam insulam compulso reperit, pates pondere denarios videret, cum diversae imagines indicarent, a pluribus fuisse signatos, admixtum Romanorum justiam legatos ad Claudiu milisse, per quos amicitiam peteret. Minor fuisse regis admiratio, si fortuna eos illuc adegit et aetate impatorum, qui successere, qua pondus paulatim coepit imminui. Adde monetam argenteam inde a Severo non Romae modo, sed etiam in provinciali, si qua ad-

huc in his signata fuit, vilioris metalli admixtione pessime corruptam, de quo jam alibi egimus, unde necesse fuit, veterem monetae argenteae cum aenea rationem perverti. Adde, inde a Gallieno veterem monetae aeneae modum plane immutatum, ac deinceps in ea ferienda nullum amplius certum pondus, atque, ut videri possit, mero arbitratum obtinuisse. Adde denique, cum pondere ipsa etiam monetae vocabula fuisse mutata, quorum significationem magnam partem difficile est definire.

Atque cum his difficultatibus confundendum fuit illis, qui hanc sibi philologiae partem, quae de pondere ac valore monetae veteris agit, enucleandam explicandamque sumptuere, neque adeo mirum, si in veterum dissensu cogereantur dissentire et ipsi, et si quid illi confuse et implexe tradidere, in his evolvendis nondum nobis hactenus plene satisfecere. Jam vero ad eorum consulendas lucubrationes omnes eos, qui dignum ex molesto labore fructum se consecuturos sperant, sic hortamur, ut permisum nobis putemus, in nostro hac opere ab implexo hujus argumenti examine abstinere. Cujus equidem propositi facilem merebor veniam; non modo, quod haec aliunde peti possunt, sed etiam quia plerique illi, qui numeros veteres comparant, iis fere tantum ad historiae, geographiae, mythologiae, sacrorum profanorumque rituum, et quae sunt id genus alia, cognitionem utuntur, parum solliciti, quod fuerit eorum pondus legitimum, quis eorum valor

i) L. VI. §. 24.

sive secum ipsis, sive cum nostrae aetatis moneta comparatus. Quae causa fuit, cur ii, qui artis nostrae praecpta tradidere, aut ad explicanda numorum veterum argumenta incubuere, hanc ejus partem aut penitus negligendam duxerint, aut non nisi leviter, ac quantum causa postulare est vila, tractaverint. Quin et illustris Barro Bimardus, qui Joberti opus scientiam numismaticam complexum in severum examen vocavit, tantum absuit, ut doctrinam hanc ab auctore praetermissam aegre ferret, ut propter allatas causas excusaret etiam, neque ejus defectum, quod alibi facere instituit, supplendum existimaret<sup>k)</sup>.

Sunt tamen cause, quae argumentum istud penitus a nobis negligi artis ipsis numismatice ratio vetat. Nam sunt numi non pauci Graeci aequi ac Latini, qui sive pondus, sive valorem aut perscribunt, aut notis indicant. Varios hos modos cum coram proponi praesentis operis institutum plane exigat, necesse erit etiam, ut recte intelligantur; de monetae veteris pondere et valore non nihil attingere. Dabimus ergo primum catalogum numorum, qui utriusque manifestas notas ostentant, deinde, quae ad earum explicationem servire possunt, in medium proferemus.

*Ponderis aut valoris indicia  
in numis Graecis.*

ΔΙΔΡΑΞΜΟΝ, vel ΔΙΔΡΑΓΜΟΝ cum capite Neronis, verilimiliter Caesarea Cappadociae signati. Sunt argentei, quorum is, qui est in museo Caesareo,

appendit paullo plus duabus drachmis Dyrrhachenis. Pembrockianus grana Anglicana 113. Hi pumi copiosius describentur in moneta Neronis commatis peregrini, quos vide.

ΔΡΑΧΜΗ. ΕΤ. E., pro quo alii legunt ΔΡΑΓΜΗ. ΕΦΕ. in numis Neronis. Sunt argentei, et telle catalogo Pembrockianō adpendunt grana 59. Vide hos quoque eodem loco latius descriptos.

ΔΙΔΡΑΞΜ. vel ΔΙΔΡΑΞΜΟΝ in aeneis I. et maximi moduli Rhodiōrum, tam autonomis, quam Tiberii etJuliae, Nervae et Trajani. Vide numos Rhodi.

ΔΡΑΧΜΑ in autonomis Byzantiorum aeneis III. formae.

ΑΚΑΠΙΑ. ΤΡΙΑ. et ΔΤΩ. in aeneis autonomis Chiorum, quos vide.

ΑΚΑΠΙΟΝ. in iisdem.

ΑΚΑΠΙΟΝ. ΗΜΙΤ., vel ACCAPIN. ΗΜΙΤΓ. (sic) in iisdem.

ΤΡΙΩΒΟΛΟ. in autonomo aeneo Samothraciae, quam vide.

ΟΒΟΛΟΣ. in aeneis Metaponti, et Chiorum.

ΗΜΙΟΒΕΛΙΝ. (sic) ΑΙΓΙΟΝ. in autonomo aeneo Aegii Achaiae.

ΔΙΧΑΛΚΟΝ. in aeneis autonomis Chiorum.

ΧΑΛ. ΧΑΛΚΟΤΣ. in autonomis aeneis Antiochiae Syriae.

ΣΙΚΛΟΣ, vel ejus. ΔΙΜΙΔΙVM, vel ejus. ΚΥΑΔΡΑΝΣ charactere Samaritano inscripti numis principum Hasamonaeorum Judaeae.

*Signa valoris aut ponderis minus certa.*  
XIII. in argenteis Syracularum.

k) in praefat. ad Jobert. p. XXXI.

Adde globulos, vel lineolas in numis Rhegii, Catanae, variarumque Siciliae urbium.

*Ponderis aut valoris indicia in numis Latinis.*

I nota assis, S semissis, o forma globuli nota unciae in moneta *aenea* Romae consularis, urbium Italicarum, coloniarum Romanarum magnae Graeciae, quia et nonnullarum Hispaniae, ut Carteise, Cordubae.

X vel XVI. nota desarii, Y, vel Q quinarii, IIS vel HS festerii, in moneta *argentea* consulari Romanorum.

↓ X. XXXX. XX. in moneta *aurea* magnae Graeciae jam Romae subjectae.

Omnes has monetae Latinae consularis notas vide explicatas in diatribe de numis consularibus.

II. I. S. in *aeneis* Neronis.

Hos numos adcurate descriptos additis meis observatis reperies in moneta Neronis.

I. K. M. X. XX. XXX. XXXX. et signa familia, quae sunt obvia in numis imperatorum Orientis, sed de quibus ex instituto agetur alibi.

Repraesentavimus ponderis valeris vocabula omnia, notasque certas aut saltem verisimiles in universa re numismatica veterum occurrentia, quae ut rite intelligentur, aliqua de ponderis apud Graecos recepti ratione sunt praecipienda.

Maximum Graecis pondus *talentum*. Fuere talenta Atticum, Aegineum, Alexandrinum, Aegyptium, Corinthium &c. solo pondere diversa, sic ut singula con-

tinerent 6000. drachmarum, ponderis utique ad talentum suum analogi. Sed observatum eruditis, cum talento nihil adjicitur, intelligendum talentum Atticum. Continet istud 60. *minas*, mina 100. *drachmas*, ergo talentum 6000. drachmarum. Ex quo suapte sequitur, talentum pecuniam non fuisse, sed pecuniae congeriem. Cum nobis de pondere drachmae Atticae ex obviis tetradrachmis Atticis conflet, et conflet praeterea, spectato valore drachmam fuisse denario Romanorum aequatam, facile est talenti valorem eruere. Sed nolo in hoc argumento esse lon-

gior, cum de eo ex instituto acturi simus in diatriba de numis Romanorum consularibus, eorumque in festeriis numerandi ratione, tum et paullo infra valorem talenti argentei ex numis Atticis, quoad ejus fieri poterit, simus fixuri.

*Mina*, sexagesima talenti pars, et 100. drachmarum potens, ut dictum. Haec quoque pecunia non fuit, sed pondus tantum, et congeries. Lubet in eorum gratiam, qui veteris ponderis rationes explorant, citare insigne pondus Chiorum ex plumbō in ipsa Chio repertum, illudque duarum minarum teste inscriptione ΔΤΟ. ΜΝΑ:, quod adcurate pictum fitit Comes Caylus<sup>1)</sup>.

*Drachma* centesima minae pars, ut diximus. Hujus ponderis copiosos habemus numos Graecos argenteos, praecipue Apolloniae et Dyrrachii Illyrici urbium, Massiliae, Chiorum &c., tum et Alexandri M., regum Cappadociae, Partiae &c., adde ejusdem fere ponderis

1) Rec. Tom. II. p. 143.

denarios Romanorum praecipue stante scriptum numis Neronis argenteis, mīni adhuc republica, et imperatorum usque rum ΔΙΔΡΑΞΜΟΝ, vel ΔΙΔΡΑΓΜΟΝ, ad exitum secundi saeculi. Ad hanc clas- sed quemadmodum aeneae quoque ex- sem pertinent numi inscripti ΔΡΑΞΜΗ, stant drachmae, sic et aenea didrachma vel ΔΡΑΓΜΗ, quos in catalogo dedimus. testibus citatis Rhodiorum numis.

Cum drachma esset moneta argentea, *Tridrachmum*, seu trium drachma- invaluit serius, ut drachmae dicerentur rum, numis inscriptum non reperitur, vo- etiam numi aenei, ut vidimus in citato cabulum tamen istud apud Pollucem ex- Byzantiorum numo ΔΡΑΞΜΑ, et vide- stat<sup>o</sup>), et haud dubie inter numos Grae- bimus in sequentibus ex drachma com- cos multa erunt tridrachma, quia eorum positis. Videntur ergo nonnullae civitates in multi duas drachmas Atticas justo exce- monetae suae appellationibus non metal- dunt, et a tetradrachmis justo deficiunt, lum, sed unum pondus spectasse. Aliae sed quod in hac urbium Graecarum va- nomine drachmae argenteam tantum pe- riitate ponderis difficile est definire. cuniam intellexere, capto haud dubie ab *Tetradrachmum*, drachmarum qua- Atheniensibus more, sed quios constat tuor, numus argenteus, memoratus item etiam, quamdiu res ebrum fuerit inter Polluci. Nota, et passim in museis obvia grae, non aliam, quam argenteam, si- Atheniensium tetradrachma, de quibus gnaesse monetam.

#### *Composita ex drachma.*

*Didrachmum*, sive duarum drachma. *Didrachmum*, sive duarum drachma vocant. Et Cicero<sup>q</sup>): *Nam jam rum.* Ejus mentio aliquoties apud veteres occurrit. Apud Matthaeum<sup>m</sup>), accesserunt ad Petrum, οἱ τα δίδραχμα λαμπεον- ternis tetradrachmis triticum apud Dolae bellam est. Tetradrachma insigni numero runt ad Petrum, οἱ τα δίδραχμα λαμπεον- ad nos pervenere. Philippi II. et Alexan- reg, qui didrachma accipiebant. Etiam dri M. illustre est agmen, et deinde mul- Polluci memoratur δίδραχμον<sup>n</sup>), aitque, fuisse veterem Atheniensium monetam bo- titorum regum ejus successorum. Deinde vis imagine insignem, sed quam ignorat antiquiorum experientia. Didrachmotum civitatum, ac praecipue maritimorum veteris monetae Graecas ingens superest numerum vilescant tetradrachma Thasio- numerus, eorumque illustris series in nu- rum, et Macedoniae iam Romanae. Com- mis Syracusarum, Veliae, Tarenti, &c. mode hoc loco nobis dicetur varia tamen, si pondus species, ad drach- Stater, numus Graecorum argenteus et aureus. Argenteus idem cum tetra- mā Atticā ratione, sive quod pro- drachmo habitus, drachmarum scilicet prium suum habuere pondus, sive aliter quatuor. Hero Alexandrinus; δέ στατης monetam suam dividere. δράχμας δέ ἔχει, stater drachmas 4 habet.

Vocabulum didrachmi vidimus in Christus pro se, et Petro soluturus singula

<sup>m)</sup> XVII. 24. <sup>n)</sup> L. IX. §. 60. <sup>o)</sup> l. c. <sup>p)</sup> L. XXXIV. c. 52. <sup>q)</sup> ad Fam. L. XII. ep. 12.

didrachma census imperat Petro, ut maximum in mare jaceret, et inventum in capto pisce *staterem* pro se ac Petro publi- canis daret<sup>1</sup>). Stateri etiam Hebraeorum *sclus* a nonnullis aequiparatur, sed de quo agemus in numis Judaicis.

Stater *aureus* frequentius a veteribus memoratur, et ait Pollux<sup>2</sup>), si dicatur *aureus* (*Xeuros*), subintelligi staterem, sed si *stater* solum, non semper intelligi sta- terem aureum. Varii generis stateres aurei memorantur, a principibus vel populis appellationem nacti, scilicet: Croesii, Darici, Philipei, Alexandri, tum Corinthii, Phocaitae, et, qui aliis frequentius occurruunt, Cyziceni. Atticos citavit Har- pocratio. Aureos hos stateres fuisse qua- rum drachmarum pondere, inter veteres convenit. Reversa facto tum bilance ex- perimento didici, aureos ordinarios Phi- lippi, Alexandri, quibus adde et Lysi- machi, proxime didrachmis Atticis re- spondere, atque ejusdem ponderis est etiam Daricus musei Caesarei; et qui vulgatus exstat in Pembrockiano<sup>3</sup>). Re- cete igitur omnes hi stateres valere dicun- tur XX. drachmas, minima secundum decuplam auri ad argentum rationem. At sunt in museo Caesareo et alibi numi Alexandri M. non pauci, qui solidas 4 drachmas adpendunt, quos adeo jure di- stateres possis appellare.

Quaeritur, fuerintne omnes hi Grae- corum stateres aurei, quos citavimus, vera moneta, et non potius imaginaria? De nonnullis, scilicet Daricis, Philipeis,

Alexandrinis dubitari nequit, nam mani- bus eos tractamus, et postrema duo ge- nera incredibili numero, et habent etiam pondus a veteribus stateri aureo pree- scriptum, ut diximus. At enim an extin- terunt etiam stateres Corinthii, Phocai- tae, Cyziceni, Attici? Si veterum lo- quendi modum spectes, dubitari neque de his posset, nam perinde de his accep- tis, expensisque loquuntur, quam de Daricis, et Philipeis. De statero Phocaitae vide testimonia Thucydidis et Demosthe- nis, quae dabimus in numis Phocaeae Ioniae. Frequentior mentio stateris aurei Cyziceni. Juvat audire Demosthenem<sup>4</sup>): Φορμίος δε φύγει, παραδίδει Δαριπίδη ἐν Βόσ- πορον ἀπόταξε καὶ ἔκρητο στατεράς Κυζίκηνας . . . δε Κυζίκηνος εὐθύνατο ἔκρητο καὶ δύτῳ δεικχήματα Αττικας. Ait Phormio, Lam- pidi se in Bosporo reddidisse centum et vi- ginti stateres Cyzicenos . . . Valebat vera illuc Cyzicenus viginti opto drachmas At- tiicas. Hoc vetustior Xenophon laepe sta- teres Cyzicenos memorat in militum Il- pendia erogatos, et tanquam monetam regionibus et urbibus Euxino adlitis fa- milizarem<sup>5</sup>). Ait Lysias<sup>6</sup>): ἐπει δε οὐσιώ- ώρισλογηκειν εἴχεν, ἀλλα τρει ταλάντα ἀργυρού εισ, και τετρακοδις Κυζίκηνες, και ἔκατον Δαριπίδης, και φιαλας ἀγγυφτευσαέις, cum autem non haberet, quantum professus sum, sed tria tale ita argenti, et CCC. Cyzice- nos, et C. Daricos, et phialas argenteas quatuor &c. Tam certa virorum gravissi- morum et coaevorum testimonia de Cyzi- cenorum stateribus possunt hercle fidem-

<sup>1</sup>) Matth. XVII. 24. seq. <sup>2</sup>) L. IX. §. 59. <sup>3</sup>) Part. I. tab. 1 n. 2. <sup>4</sup>) in Phormion. p. m 913. E.

<sup>5</sup>) de exped. Cyri L. VI. et VII. <sup>6</sup>) in Eratosth. sub init.

(Vol. I.)

facere, veram eos fuisse monetam, et paucim in vulgus erogatam. At enim cur eorum nullus in hunc usque diem repertus? Non agitur moneta quaepiam vetustissima, cuius exempla omnia propter ipsa longi temporis spatia potuerint forte interire, sed aguntur numi, qui Alexandri adhuc aetate valuerent, nam hoc jam regnante orationem supra citatam adversus Phormionem dixit Demosthenes; agitur moneta, quae spectatis testimonis mox adductis magno esse numero debuit. Quocirca mirum sane videri possit, horum staterum ne unum quidem nostram aetatem tulisse, cum tamen ejusdem aevi habeamus innumeros stateres Philippeos, et Alexandrinos, neque desificant etiam Darici a remotissimis Persis signati. Novi, Suidam non modo dicere, Cyzicenos stateres fuisse signatos, et eleganter quidem, sed eorum etiam typos describere, nimirum una parte esse faciem muliebrem, altera leonis protomem<sup>2)</sup>, ex quo confequitur, habuisse eos verum monetae modum. Verum respondeo; Suidam non addere, eos fuisse aureos, et cum existent Cyzicenorum stateres argentei ejusdem rationis, quam Suidas dictaverat, ut dicetur in eorum numis, nulli vero, quod hactenus constet, aurei, jure possumus arguere, Suidae stateres tantum argenteos fuisse intellectos. Neque enim secundum citatum supra Pollucem, cum stater dicitur, aureus continuo est putandus. Quod si propter gravitatem scriptorum necesse putabimus veros ejus populi stateres aureos admittere, ex eadem causa

necesse erit etiam, admittere stateres Phocaitas, Corinthios, Atticos. At ne horum quidem etiam populorum vel unus repertus est aureus, et Corinthiorum quidem nullum omnino habemus numum certum ex quoconque metallo, antequam Romanam coloniam receperint, ab Atheniensibus vero unquam signatam fuisse monetam auream, jure, cum de hac agemus, negabimus. An ergo, inquires, falsum dicent auctores tot graves? Nequaquam illud affirmaverio, sed caute, et in vera significacione eorum videntur verba esse capienda. Namvero eodem illi modo narrant accepta expensaque talenta, aut minas, quo stateres horum populorum aureos, neque tamen hactenus repertus est eruditorum quispiam, qui talenta aut minas signatos fuisse numeros dixisset, et non potius *ἀριθμούς*, seu congeriem numerorum. Ergo si in his, et si revera non extarent, tabulae confici poterant, et rationes pecuniariae subducunt, cur non etiam in illis? Romani in sextiis numerare perrexerunt etiam postea, quam nullus ab illis ex longo tempore sextius fuisse signatus. Dicimus supra, apud varios populos varium fuisse pondus. Graecorum stater aureus ordinarius adpendit drachmas duas, valuitque drachmas Atticas viginti; ergo, qui viginti drachmas possedit, tantumdem habuit, quantum qui staterem verum, seu Daricum, seu Philippeum, seu Alexandrioum. Eodem modo qui drachmas Atticas XXVIII. habuit, is dictus est habere staterem aureum Cyzicenum, quia is, ut diximus, tot va-

2) in Κυζικηνοι στατηρες.

Iuit, eum tamen non verum, sed imaginarium, quod perinde est. Non est mihi animus inquirere, quae causa fuerit, cum his numis, ut videtur, fictitiis uti placuerit Bosporanis, aliisque ponti Euxini accolis. Novimus, recepta consuetudo quantam ubique, et omni aetate vim exerceat, quae effecit etiam, ut hodieque Europae gentes pleraque in dicta moneta pecuniarias rationes peragant. Ceterum si quis nondum his rationibus persuasus, stateres hos, ac praecipue Cyzicenos volet veram monetam putare, non magnopere repugnavero, mirum tamen semper videbitur, ejus nullas superesse reliquias.

*Pentadrachnum*, seu drachmarum V. memoratum Polluci<sup>a</sup>, quo pondere noui pauci habentur numi Graeci, at quod idem eodem loco in numis recenset etiam πενταδράχμον, seu drachmarum L., istud profecto mirum; tanti enim pondoris numerus argenteus vereor, ut aliquando in Graecia signatus sit.

*Obolus* secundum Pollucem drachmae Atticae pars sexta<sup>b</sup>). Fuit igitur saltem Athenis, in quibus, quamdui sui juris et integrae fuere, nonnili argentea pecunia valuit, numerus argenteus. Generatim tamen Vitruvius obolos monetam aeneam vocat<sup>c</sup>), ex eo etiam videntur ciuitates Gracorum secessisse, uti, quemadmodum cubitus est sex palmorum, ita in drachma quoque eo numero uterentur; illae enim aereos signatos ex aequo sex, quos OBOLOS appellant, constituerunt. Ad

numos quod attinet, vocabulum OBOΣ ΔΟΣ hactenus aeneis tantum, ut supra in catalogo vidimus, inscriptum reperiatur.

Ex obolo componuntur

*Diabolus*, *triobolus*, *tetrobolus*, quae Polluci quoque in ordinaria Atheniensium moneta memorantur<sup>d</sup>). Denique huc pertinet *semiobolus*, Graecis ἥμιωζολιον, teste Polluce hic quoque monetae Atticae pars, ex Aristophane item confirmata<sup>e</sup>). Cum hujus comici aetate moneta apud Athenienses, nisi argentea, non fuerit, ut in horum numis docebimus, necesse erit, semiobolos quoque, duodecimam nempe drachmae partem, argenteos putare. Atqui, quod gravissimum est, ipsam quoque experientiam possumus in testimonium vocare. Etenim Atheniensium moneta argentea bilancis ope explorata non modo tetradrachma, didrachma, et drachmas insigni numero suppeditat, sed et tetrobola, triobola, diobola, obolos, semiobolos, quin et dinidium semioboli, seu oboli partem quartam, ut latius exponamus, in ejus populi numis. Aliud docent aliorum populorum numi, nam ΤΡΙΩΒΟΛΟΣ et ΗΜΙΟΣΕΛΙΝ, perinde ac ΟΒΟΛΟΣ, aeneis tantum numis inscripta reperiuntur, ut supra in catalogo vidimus.

*Chalcos* oboli pars octava. Aeneum fuisse numum, ipsum nomen profitetur, et Dionysius rhetor, quia suafit Atheniensibus, ut pecunia aenea uterentur, propterea Χαλκες, aeneus, fuit appellatus<sup>f</sup>). Revera et aeneis tantum inscripta

a) L. IX. §. 60. b) L. IX. §. 60. c) L. III. c. 1. d) L. IX. §. 62-63. e) L. c. §. 64.  
f) Athenaeus L. XV. p. m. 663.

legimus ΧΑΛΚΟΤΣ, et ex hoc compoſitum ΔΙΧΑΛΚΟΝ, leu duo chalci. Vide catalogum, et quae de hoc numitorum genere in moneta Antiochiae Syriae notabimus.

Praetereo λεπτον, chalci partem septimam, aliaque minimi valoris nomina, quia numis inscripta non reperiuntur, et qui haec nosse volent, petere possunt ex rei monetariae veteris magistris, qui hanc partem ex proposito tractaverunt.

*Affarius*, Graecis ἀσταριον, tractum ex Latinorum asse, qui et *affarius* dictus. *Ασταρις* autem nomine intellectum Graecis Latinorum assem, arguitur ex collatis utriusque linguae scriptoribus. Nam quod de Camillo dixerat Livius <sup>g</sup>): *absens quindecim millibus gravis aeris damnatur, id est: totidem assibus*, dixit Plutarchus: *τημηκια μυριων και πεντακισχιλιων ασταριων* <sup>h</sup>). Sed de *assarii* valore apud Graecos, et ad numeros alias ratione lege differentem Cl. Dupuy <sup>i</sup>).

Cum Romanorum *assarius* fuerit aeneus, verisimile est etiam, *assarios* Graecorum, qui vocabulum illud in linguam suam transtulere, non fuisse, nisi aeneos, praeципue cum ab eo tempore, ex quo Graeci hoc vocabulo uti coepere, *vix amplius in Graecia numi aliis, quam aenei; eis fuerint*. Memoratur etiam a grammaticis *assarius* argenteus, sed vel in istar ponderis, vel cum respectu ad monetam Romanorum. Vide laudatum Dupuy. Ceterum, ut in catalogo vidimus, *assarii* nomen solis aenisiis, et Chiorum tantum, inscriptum legitur, nimirum AC-

CAPION, *assarius unus*, deinde ACCAPIA. ΔΤΩ, vel TPIA, *assarii duo*, vel tres, denique ACCAPION. HMICR. *assarius dimidiatus*. Hujus postremi meminit etiam Polybius, cum narrat <sup>k</sup>), hospites, in Italia peregrinantes in diem ἡμασταρις, *asse dimidio*, vivere, additque, τέτο δε εότι τετραγρον μερος ὀβολς, hic vero (semissis) valet quartam partem oboli. Τετραστης, sive *numi quatuor assium* Nero, nis vel Trajani meminit obiter Epictetus apud Arrianum <sup>l</sup>), quo haud dubie intelleguntur numi horum imperatorum I. formae, ut aliquando explicatius in numis Neronis docebimus.

Khellius noter in Appendix II. p. iij. de Chiorum obolo et *assariis agens*, contentis omnibus his numis. qui sibi innotuere, eorumque explorato pondere, cum istud nimium differre videret, tabellaris proposuit, qua probare aggressus est, Chiorum *assarium*, perinde atque Romanorum assem, per gradus quosdam deminutionem passum. Vereor, ut vir eruditus hoc tentamine dignum operae fructum tulerit. In hoc enim examine ut tuto procedi possit, necesse ante omnia foret, de cuiusvis numinibus esse aetate certos, quod utique a numis omni nota chronologica destitutis, cuius generis sunt omnes hi ponderum numi, obtineri nequit. Accedit, quod monetarii veteres, qui jam in exigendis ad justum pondus nobilis metalli numis parum saepe fuere diligentes, multo minus religionis ad feriundos justo pondere aeneos attulere.

g) L. V. c. 32. h) in Camillo p. m. 135. i) B. L. T. XXVIII. p. 698. k) Hist. L. II. c. 15.

l) L. IV. c. 5. p. m. 602.

XIII. in citato Syracusarum argenteo. Vide, quae de incerta hac nota, quae pondus haud dubie, aut valorem notat, paucis observabo in hujus urbis moneta. Eodem incerto laborant globuli, vel linoleae, quas dixi impressas variis urbium magnae Graeciae, vel Siciliae numis.

Hactenus indicia, quae in Graecorum moneta comparant, peregrimus, sequuntur altera Latinorum, sed quibus explicandis possum supersedere, quia istud indicatis in catalogo locis opportunius tractabitur.

Restat inquirendum, quis fuerit monetae veteris valor comparate ad monetam nostram. At enim examen istud incertum est admodum, quia causae, quibus nititur, incertae. Oporteret enim nosse, quae fuerit dato quovis tempore certa auri ad argentum, et hujus ad aes ratio, nosse, quae in singulis numis metalli probitas, nosse denique, quod fuerit quavis aetate rerum in foro venalium pretium, quae quoniam certa quadam ratione erui ex veteribus non possunt, fieri non potest, ut comparari vetus moneta cum nostra sine abnormis erroris periculo queat. Quare id unum supereft, ut, quantum monetae nostre pro singulis numis veteribus rependi possit, inquiramus.

Molesti examinis curam in se suscepit vir summus Barthélémy in praeclaro opere nuper vulgato, quod *Voyage du jeune Anatolus* inscribitur, in illutoque

in tetradrachmis Atticis experimento, quia horum ingens copia explorandi pondus facultatem sublevat. Celeberrimi hujus viri experimenta tanto majorem merentur fidem, quod is nou modo, quidquid in examen vocat, magno cum judicio, rerumque perfecta cognitione agreditur, ad haec majoribus, quam ego, ac quisunque aliis subsidiis ad propositum est instructus, verum etiam, quia, quod professus ipse est, viros artis chemicae, et metallurgicae peritissimos ad argumenti hujus enucleationem in consilium vocavit.

En instituti ab eo examinis capita praecipua <sup>m)</sup>).

Tetradrachmorum Atticorum veteriorum, qui, ut dicetur in moneta Attica, sub Pericle, certe non multo post desivere, medium pondus est 324 grana librae Gallicae. Argenti in iis probitas est 11 deniariorum, 20 granorum, ex quo conficitur, paene purum illud esse, absque fere illa metalli vilioris admixtione, quia 4 tantum grana ad summam argenti puritatem deficiunt. Ergo tetradrachmum unum valet in hodierna moneta Gallorum 3 librás, 14 solidos, monetae Austriacae 1 florenum, 24 Kreuzer, cum interim valor intersecus 324 granorum ejus argenti, ex quo conficiuntur hodierni scutati Gallici, sit tantum 3 librarum, 8 solidorum, tametsi huic licet vilioris argenti pecuniae aliquod addendum pretium causa sumptuum in officinas monetarias impensis, et aliquod demendum pretium numis veteribus, quia hodie moneta amplius non sunt, neque in praesente causa

<sup>m)</sup> I. c. Tom. IV. p. LXI.

alio, quam quo argentum rude, loco gentum in depario integeriuno Augusti ex monetae hodiernae usu valere mon. Austr.

Tetradrachma recentiora aliquantum a prioribus differunt et pondere, et argenti probitate. Eorum pondus medium est 316 grana, argenti bonitas intrinseca 11 denariorum, 12 granorum. Ergo tetradrachmum hujus legis unum valet in hodierna moneta gallica 3 libras, 12 solidos, monetae Austriacae 1 florenum, 21½ Kreuzer, et drachma 18 solidos, m. A. 20½ Kr.

Perspecto adeo drachmae valore talenti quoque valorem facile reperimus. Continet illud, ut altius diximus, 6000 drachmarum. Hic ergo numerus multiplicatus per 18 dabit numerum solidorum aequivalentem pretio talenti unius, nimis 5400 libras Gallicas, mon. Austr. 2040 fl.

Atqui ad traditum hunc a viro gravissimo monetae Atticae valorem olim sati prope accessi, cum in valorem denarii Romani, et drachmae Atticae inquirerem, ut docebitur in tractatu de numis consularibus cap. III. §. 2. et 6., tum et in moneta Attica. Cum nimis experirer, ar-

gentum in depario integeriuno Augusti ex monetae hodiernae usu valere mon. Austr. 18 Kr., instituto deinde examine viderem, denarium Augusteum esse ad drachmam Atticam, ut 8 ad 9, proinde drachmam Atticam valere 20 Kreuzer, reperi valorem talenti Attici in moneta nostra 2000 florenorum, quae summa in moneta Gallica respondet 5294 libris, 2 solidis. Ergo secundum examen Barthelemyi talentum Atticum valet 5400 libras, m. A. 2040 florenos, secundum meum 5294 libras, m. A. 2000 florenorum, cujus excessus librarum 106, sive florenorum 40 haud dubie inde proficiuntur, sive quod Barthelemyus majorem ad hoc examen ἀριθμον attulit, sive quod argentum denarii Augustei minus purum est, quam ex quo moneta Attica firi confuevit.

Cum aureus communis veterum Graecorum fuerit pondere duarum drachmarum, facile etiam ejus valor reperitur, si modo constet, quae fuerit certo tempore auri ad argentum ratio. Quod si decupla fuit, aurei valor in singulas drachmas decuplus quoque erit. De valore aurei Romanorum vide tractatum de numis consularibus.

## C A P V T X.

### *De magnitudine numorum.*

Hactenus monetae veteris pondus ac valorem spectavimus, dignum sane argumentum, si perspicue et ἀξιόως posset tractari, omnesque ejus leges ac modi sic expediri, ut non restarent denique graves sive ambigendi, sive dissentendi causa. Superest doctrina de magnitudine numero-

rum veterum, inutilis, hercule, si artis numismaticae verum usum spectes, nimis quae varias philologiae partes opportune illustret, explicetque, sed quae tamen docet, quae fuerit spectata hac causa variis populis, et varia quidem aetate praefixa ratio, modusque. Monendum, nomine

magnitudinis a me non semper unum volumen magis minusquam porrectum intelligi, sed una saepe etiam majus minusve pondus a majore vel minore numi crassitie profectum.

Cum non eadem sit in moneta vetera magnitudinis ratio, sed ea varie secundum metallum triplex consideretur, necesse est, eam singillatim tractare.

A E S.

Ad distribuendos in varias magnitudines numos aeneos multo plus diligentiae et argenteis contulere monetae veteris cupidi, quam ad argenteos, aureosque, non modo quia majore numero superflunt, sed quia magis etiam variant magnitudines. Secundum has varia sunt eorum nomina:

*Numi maximi moduli*: vel *maximae formae*. Eos Itali vocant *Medaglioni*, unde Gallorum *Médaillons*. Sed et horum varia est magnitudo. Jam ii, qui numos I. formae, de quibus mox aliquantum excedunt, in maximi moduli numis numerantur. Qui eos non quidem excedunt, propter majorem tamē crassitatem ponde- re superant, *Medaglioncini* Italos vocan- tur. In aliis per varios gradus ex crescit volumen, eo usque, dum eorum dia- meter duos pollices Parisiis aequet, aut superet etiam.

*Numi I. II. III. formae*. Horum vo- lumen ex Augustorum numis vel tironi- bus lati cognitum.

Non pauci dubiae sunt inter I. et II. tum II. et III. magnitudinis, quam defini- nre cujusvis facile arbitrio permittimus. Ad intelligendum eorum volumen, qui forma tertia inferiores videntur, sunt, qui modulum etiam IV. et V. suppetias vocant.

Ad variarum nationum usum quod attinet, non volumine modo, sed et pon- derē maxime conspicui fuere vetustissimi Romanorum, et generatim Italiae mediae popolorum numi aenei, dicti decusse, dupondia, asses, semisses &c., de quibus ex proposito agetur in moneta Italiae me- diae, et in tractatu de numis cōsulari- bus. Eorum forma fere globosa, et utrin- que turgens, ac propterea ponderis auctio- ris. Alle subinde imminuto inde a bello Hannibalico in dictis tribus formis res eorum monetaria acquievit, duravitque sic usque ad imperium Hadriani, etiā in ordinaria Neronis moneta aenea reperiuntur non pauci, qui aeneorum I. formae volumen nonnihil excedant. Imperante demum Hadriano aenei maximae formae in urbe cudi coepit, quorum volumen aeneos I. formae plus minusve excedit, nonnullis etiam, iisque rarissimis, de qui- bus mox egeram, in latissimum orbem porrectis, de quorum extraordinaria fab- rica agetur infra capite XII. Sub Decio copiosi prodire numi, qui aeneos I. for- mae justo excedunt, et tamen ordinariae monetae habuisse rationem, omnis eorum conformatio et adstitutum constanter S. C. dubitare non patiuntur. Ab eo tempore si qui signati sunt maximae formae numi aenei, plerique inscriptum offerunt MONETA. AVGSTI., suntque saepe artifi- cii plus, quam monetarii, ut dicetur ca- pite XII. Deinceps vix jam comparent aenei, quos maximi moduli jure dicere possis demptis Contorniatis inde a Con- stantino M. feriri coepitis, quorum volu- men maximae quidem formae numos fa- cile aequat, sed qui, quia tenuis sunt la-

mina, pondere multum deficiunt, de quo numerorum genere agemus in tractatu singulari. Postremus Julianianus incredibili numero hujus rationis numos ferri curavit. Haec de numis maximae formae Romanorum, et populorum Italiae mediae.

Inter exteris nationes numos hujus classis in remota antiquitate ne quaeras, quia, ut alias dixi, ab his tum numi signati non sunt, nisi aurei et argentei, ac deinceps quoque diu iis caruere, si demas Ptolemaeorum numos notos aeris praegrandis ac solidi. Vix credam, ante Augusti tempora reperiri aeneum maximae formae. Sub hoc, et aliquanto deinceps tempore cusi id genus infliges, in quorum aversa est ROM. ET. AVG., quos multi numos Romanos putavere, sed quos verisimilius est Lugduni Galliae signatos, ut dicetur in numis Augusti. At posthac diu adhuc numi maximae formae per Graecas urbes rari. Ut Romae imperante Hadriano cooperunt invalescere, sic et eodem tempore in urbibus Graecis, tellibus praeter non paucos Hadriani iis, quos Antonii honori consecraverunt. Maximum eorum numerum Asiae minoris ac Thraciae urbes fuderunt, raro tamen soliditate ample volumini respondente. Paullo post Gallienum cum universa Graecorum re monetaria hi quoque desiverunt.

\* \* \*

Aenei III. formarum Romae induci coepi, ex quo post imminutum assēm, ac propterea pondus mansuetior ejus coepit esse moneta. Tum enim assēs ad volume I. formae, semisses II., reliquae partes III., aut inter has medium sunt redactae. Aenei I. et II. formae illustrem constituunt seriem

ab Augusto usque ad Gallienum, sic tamen ut paullatim eorum decrecat volumen, quod facile patet aeneos I. formae Gordiani cum Neronianis conferenti. Aeneorum III. formae non tam aequabilis, et tam interrupta series. Hujus generis numum sub Augusto et Tiberio cusum, qui esset commatis Romani, non reporio, si demas aliquot numulos IIIvirorum monetarium, ut Betilieni Bassi, tum et alios inscriptis in aversa notis arithmeticis, tesseris magis, quam numos, tum et si his adnumerare voles creditas Tiberii spintrias. Signati deinceps sub Caligula et Neroni, non tamen magno numero, aut varietate. Frequentius subinde, et variantibus typis se distentant sub Domitiano, Nerva, Trajano, Hadriano, Antonino. Longus post hos hiatus usque ad Decium, quo imperante comparent iterum addita S. C. nota, sed etiam cum hoc definunt. Gallieni monetae maxima pars hujus est formae, atque illa deinceps tam ambigua est voluminis, ut saepe dubitetur, qui numi secundae, qui tertiae, saepe qui tertiae, vel quartae sint tribuendi. Inde a Theodosio M. usque ad Palaeologos vix jam habentur numi hujus formae, multo magis parabilibus aureis, quam hujus classis aeneis. Haec de numis commatis Romani.

Numi aenei commatis peregrini, ac praecipue Graecorum omnes etiam has tres formas offerunt, sed temporum in his ratio est spectanda. Ex quo illi aes in monetae consortium accepere, tertia fere forma contenti fuere, rarioibus formae II., rariissimis I. Necesse non puto, haec exemplis stabilire, quod haec pallium fere

offerunt. Et duravit hic modus in ipsam quos mirum hercle est causa tam contracti voluminis cupidorum oculos fallere non potuisse. Vide hujus generis numulos in moneta Atheniensium et Tarentinorum. Quod de tetradrachmis dixi, ad eos quoque, qui inferioris sunt ponderis, valet, quorum ut qui sunt antiquissimi, sic etiam magis solidi, figurae globosae, aut oblongae, sed quos deinde cultius aevum magis explicavit, et ad formam magis planam ac rotundam adegit. Fuere tamen etiam inter Graecos antiquissimos populi, qui in numorum usum argentum in tenues laminas coegerunt. Hujusmodi sunt omnes ii, quos *incusos* appellamus, quique omnes, ut alibi docebimus, in Lucaniae huicque vicinis urbibus signati sunt. Adde numos urbium Sicularum, praecipue Syracusarum, Naxi, Abacaeni. Sed hic modulus Graeciae magnae, et Siciliae fines vix est egressus. Praeter hos aevi vetustissimi numos etiam moneta regum Persiae Sasanidarum, qui anno P. X. 226. everso Parthiorum imperio regnare coeperunt, tenuis est laminae.

*ARGENTVM.*

Graecia late sumpta, eaque five libera, five regnans variis moduli numos habuit argenteos. Pauci sunt, qui pondere quatuor drachmas excessere, unde et dicti tetradrachmi, atque horum antiquissimi solidi magis sunt, quam in amplius volumen diducti, quae deinde posterior forma Graeciae magis cultae placent. Confer tetradrachmos Atheniensium antiquissimos cum posteris. Horum insignem copiam suppeditant Athenenses, Thasi, Aradii, Maronitae, aliique, tum et Philippus, filiusque Alexander M., et plerique ejus successores reges. Pauci in Graecorum argento exstant, ut dixi, ponderis auctioris. In praesens non occurruunt alii praeter illustres illos Syracusanos tam soliditate, quam volumine conspicuos pondere drachmarum octo, et amplius, quos suo loco dabimus. Ab his tetradrachmis variis deinde sunt deminuti five ponderis, five voluminis gradus, quos definire molesti esset laboris, atque inutilis. Istud memorasse suffecerit, numos argenteos Graecorum nonnullorum haberi ad minimam moleculam reductos, et ne grana quidem tria adpendentes,

Romani cum primum argentum ferire cooperunt, ejus tam volumen, quam crassitatem ad cultioris jam tum Graeciae modum accommodavere, et tum denarius, qui drachmam fere adpendit, temperata fuit ad volumen crassitie, et sic quinarius quoque, ac sextarius. Nulli hic didrachmi, aut his graviore, saltem quos certo constet in urbe signatos, de quo explicatus agemus in tractatu de numis consularibus. Eadem deinde lex in moneta argentea sub Augustis quoque usque ad inferius eorum aevum duravit. Neque vero in moneta urbis putandi sunt argentei

## L

## PROLEGOMENA GENERALIA.

tetradrachmi , vel tridrachmi copiosi M. Antonii, Augusti, Claudi, Hadriani, aliorumque, et si Latine inscripti, qui vel cistophoris in provincia Asia signatis adnumerandi sunt, vel per varias urbes Graecas, saltem in his numis Latine loquentes fuerunt signati, ut latius comprobamus in horum ipsorum Augustorum nummis. Inde a Treboniano usque ad Carum habentur numi maximi moduli ex argento in nonnullis satis probo, typo trium Monetarum lantium, rarioribus aliis, qui haud dubie in urbe signati sunt, et quorum justus numerus est in museo Caesareo. Sub Constantini M. filiis coepерunt signari numi argentei conspicui quidem voluminis, sed metalli tenuis, sed post aliquot imperia iterum desiverunt, reliquis Augustis vix amplius consuetam monetae argenteae mensuram egressis.

*A V R V M.*

Moneta Graecorum aurea spectata fabrica et soliditate ejusdem, cum argentea fuit rationis, sed generatim arctioris fuit voluminis, quia metalli rarioris. Ordinarium numi aurei pondus fuere duae drachmae, sed tamen isto multo inferius, et secundum varias quidem divisiones, multi habent aurei tam urbium, quam regum. Quatuor drachmarum extant non pauci Alexandri M., ut altius dictum. Ponderis hoc gravioris aureos pauci tantum reges signaverunt. Inter hos facile eminuit Lysimachus Thraciae rex, cuius superant numi ex hoc metallo, qui octo, decem, duodecim aureos Hungaricos appendunt, et spectabilis adeo pro hoc auri

pondere sunt voluminis. Hos deinde sequuntur insignes aurei regum, reginarumque Aegypti, ac denique nonnulli regum Syriae, sed qui ex hoc metallo, ac praecipue, cum amplioris sunt voluminis, inter rarissimos habentur.

De Romanorum moneta aurea stante rep. multa dici nequeunt, quia paucissimos ex ea aetate habemus residuos. Qui inde a Julio Caesare signati sunt, ejusdem fere sunt ponderis, ac voluminis, cuius Graecorum. Philippei, et Alexandrini. Duplicis ii fuere generis, alii *denarii*, alii *quinarii*, καταχειρων sic dicti. quod denariorum et quinariorum, qui moneta argentea fuerunt, magnitudinem habuere. Rarissimi sunt, qui horum denariogum pondus excedunt, et quos revera extare in principum thesauris, viri fide digni procidere. Binos Commodi esse in museo regis Galliarum, testatur Jobertus <sup>n)</sup>), unum Domitianus Cl. Beauvais, sed hic pondus non addidere, quod negligendum sane non fuerat. Omnes vero hactenus cognitos pondere ac volumine superat aureus Augusti, anno 1759. repertus in ruinis Herculaneis, adpendens unciam  $\frac{1}{2}$  ponderis Neapolitani, cuius imaginem habes ad calcem præfationis ad Tomum II. picturarum Herculaneum. Fuerintne id genus numi in urbe signati, an foris, quemadmodum supra diximus, argenteos imperatorios majoris moduli esse commatis peregrini, item fuerintne denariorum aureorum dupli, tripli, quadrupli, ii arbitrentur, qui eorum et fabricam et pondus possunt explorare. Mo-

n) T. I. p. 77.

nendum adhuc , denarii aurei pondus paullatim fuisse deminutum , cuius progressum diminutionis potes videre in catalogo musei Pembrockiani , in quo , praeclaro sane consilio , singulorum etiam aureorum pondus notatur. Interim cum minueretur pondus , duravit tamen auri justa soliditas.

Inde a Constantini M. temporibus numus aureus coepit in laminae modum attenuari , ac sensim communis moneta aurea eo fere esse pondere , ac valore , quo sunt aurei nostri Hungarici. Ajebam moneta communis. Nam quemadmodum supra diximus , ab ea aetate coepisse signari numos argenteos ampli quidem voluminis , sed metalli tenuis , sic idem in auro quoque factum residua ejus non exiguo numero exempla demonstrant. At in aevi hujus numis , spectatis ponderis ac voluminis meritis , principem locum obtinent aurei bini , quorum unus Valentis Aug. servatur in museo Caesareo , et secundum veram suam magnitudinem expressus exstat in Khellii Supplemento ad Imp. Vaillantii. Adpendit is aureos Hungaricos 51 $\frac{1}{4}$  , secundum libram Norimbergensem uncias sex , et drachmam semis , justaeque est praeter amplum volumen soliditatis. Alter Justiniani , quem ex museo regis Galliarum conspicendum dedit Cl. de Boze <sup>o)</sup>. Aequat is ponderis Parisini uncias 5 , drachmas 2 vel 3. Exstant adhuc alii ejus aevi voluminis insolentioris , sed quod non tam ipsorum numerorum est , quam ab additis margini ornamentis profectum , de quo numorum

genere agemus infra cap. XII. Postremus , qui causa voluminis mentionem meretur , est numus Constantini Palaeologi , inter imperatores Byzantios postremi , qui magnitudine aeneos maximae formae aequat quidem , sed propter metalli tenuitatem bracteatis potest accenseris : nam eti ejus est , quod dixi , voluminis , tamen non amplius binis Hungaricis adpendit. Haec spectato excessu supra pondus ordinarium monetae aureae fuerunt observanda ; sed sunt etiam copiosi aurai aevi Augustorum inferiore cusi , qui pondere a moneta ordinaria vario discrimine deficiunt , quorum archetypa singula musea magno numero suppeditant.

Haec de numorum magnitudine , con juncto etiam pondere , abunde dicta sunt , ex quibus praeterea capere experimentum quisque poterit , non posse in singulis magnitudinibus patari numorum veterum seriem justam , aut certe dignam , utilemque. Fuere enim , et sunt hodieque , rei veteris numismaticae studiosi , qui in parandis veteris monetae opibus certae tantum magnitudinis numos sibi praefigunt. Quantopere hi laborent , ut aequalibet quandam eorum seriem possint instruere , in comperto est. Quoniam non omni aevi eadem magnitudo placuit , hinc tot lacunae , et turpes hiatus , quos , quia materia deficit , nullis sumptibus expreas. At in nullam magis seriem , quam quae numos maximi moduli complectitur , incensa cupidorum studia , sed in quam , ut minus videretur interrupta ,

<sup>o)</sup> B. L. Mem. T. XXVI. pag. 523.

admissi numi omnium nationum, omnis metalli, et omnis naturae, ne exclusis quidem contorniatis, qui nimurum Nero-nis, Trajani, aliorumque hiatus tegerent. Fecit explendi agminis cupiditas, ut indulgentiores vulgo essent, sive cum in illud admitterent numos, qui aeneorum I. formae modum non excedunt, sive cum approbarent, quos tanto liberi adfectu reprobando semper duxissent. Sed ne quidem in hoc instruendo agmine justa voluminis ratio est habita. Nam cum jam in numis maximi moduli putentur aurei et argentei, qui ordinarium volumen ac pondus etiam tantillo excedunt, aut quodammodo accedunt ad volumen, cuius esse solent numi aenei II. formae, suapte patet, quantopere in hoc instituto diver-gant magnitudines, et quam parum sic juvetur oculus, cuius tamen fere unius causa hae solent series adornari, quem praeter metallum dispar etiam inconcina haec voluminis varietas jure offendit. Qui veram spectant ex collectis numis veteribus utilitatem, has sive metalli, sive magnitudinis blanditias ut non asper-nantur, tamen in postremis habent, et in iis comparandis magis philologiae incre-menta, quam extraneam numorum for-tunam respiciunt. Sed argumentum istud

tractabo iterum; cum agam de modo, qui in disponendis numerorum classibus magis videatur ad omnes artis nostrae causas admodum.

\* \* \* \* \*

Postremum hoc loco opportune com-memorabimus veteris monetae vitium quoddam saepe non molestum modo, sed et damnosum. Non raro enim factum, ut matrix majore esset volumine, quam orbiculus monetae feriundae destinatus. Ex quo evenire necesse fuit, ut hic partem tantum sive typi sive inscriptionis potuerit recipere, facta adeo partium extre-marum jactura. Hoc vitio moneta Romano-rum immunitis est, sed in numis Graecis non paucis perquam incommodum, prae-cipue in autonomis Antiochiae Syriae, et tetradrachmis regum Parthiae, in qui-bus plerumque maxima pars inscriptio-nis orae vicinior pessum ivit. Similis ty-porum jactura, sed ex diversa causa, monetariorum nempe negligentia, pro-fecta est, cum hi matricem non medio orbiculo imponerent, sic ut centrum cen-tro responderet, sed foras aberraret, ex quo factum, ut orbiculus saepe parte typorum non exigua, nonnunquam di-midia multaretur.

## C A P V T XI.

### *De numis veteribus satis percussis.*

Res vetus monetaria metallo flando fe-riundo peragebatur, ejus fidem facienti-bus non modo certis veterum testimoniis sed etiam certis indiciis ex ipsa veteri-moneta captis. In numis obviis Roma-nis produntur III. viri auro, argento,

aeri *Flando Feriendo*. In marmore Gru-  
teri p) M. Vlp̄ius dicitur FLATVRARIVS.  
AVRI. ET. ARGENTI. MONETAR. et  
alibi apud eundem q) leguntur MALLEA-  
TORES. MONETAES. CAESARIS. Exem-  
pla ex ipsis numis monetae flatae percus-  
sae ip̄i praebeant numi inspecti, et dabi-  
mus infra. Noti denarii gentis Carisiae ha-  
bent in una parte caput Monetae scripto  
juxta MONETA, in altera artis ipsa in-  
strumenta, incudem, malleum, forcipem,  
addito pileo Vulcani, nempe qui artis  
fabrilis rex et praeeses fuit habitus, quor-  
um pertinet illud Plauti r).

*Tace sis faber, qui cudere soles numos  
plumbeos.*

Numi veteres aut sunt fusi tantum, aut fusi, deinde percussi. De utrisque sig-  
gillatim agendum, quo tamen in argu-  
mento magis utar alienis praeceptis, ju-  
diciisque eorum, qui practicae huic arti  
majorem operam impenderunt, quam  
propriis meis, additis tamen, ubi opus  
erit, monitis, observationibusque, ut  
spero, non inutilibus.

Numos veteris aevi tantum fuses  
haud dubie habemus, quos inter nume-  
randam esse vetustissimam monetam aut  
sic dicta pondera populorum Italicorum  
praegrandia, et insigniter crassa, nemo  
est, qui aut ignoret, aut possit dubitare.  
Ut praeteream certa fusionis indicia, quae  
oculum in hac parte vel leviter eruditum  
effugere non possunt, utriusque partis  
figurae altius extant, quam ut quacun-  
que mallei vi sic potuissent effungi. Lege

de hoc argumento plura apud CL Oli-  
vieri s). Atqui et repertas fuisse Romae  
formas lapideas fundendis his ponderi-  
bus destinatas, refert Passerius t). In nu-  
mis fusis putat etiam Cl. Beauvais notos  
Aegyptiorum numos gravis aeris, in quo-  
rum una parte est caput Ptolemaeorum,  
(praestabat dicere, Jovis Ammonis), et  
quos adfirmsat ponderis loco, perinde  
atque Italicos illos fuisse, neque nisi fu-  
sionis ope, potuisse fabricari, quibus ad-  
dit maximam partem numerorum, quos  
Alexandrinos vocamus, sive aeneos, sive  
qui mixto argento (potin) constant. Addit  
item numos Graece inscriptos coloniae  
Antiochiae, aliarumque Graeciae colo-  
niarum, denique ex numis Latinis ma-  
ximam partem numerorum. Postumi ex aere  
I. et II. formae. Adserit idem, horum  
fidem numerorum nequaquam esse suspe-  
ctam, nam facile convinci oculum erudi-  
tum, hanc horum numerorum fusionem  
veteris esse operis, non moderni u). Haec  
ejus viri dictata sic esse vera existimo, ut  
tamen dissentire in nonnullis cogar. Ne-  
que enim persuaserit, crassos illos, pon-  
derisque insolentis aeneos Ptolemaeorum  
numos fusione, non malleo, fuisse elabo-  
ratos. Nam primum typi in his non tam  
alte turgent, sicut in ponderibus Italicis,  
sed sunt operis magis humilis, cuique  
peragendo facile malleus par fuit. Dein-  
de quacunque adhibita opera observare  
nondum licuit praetensta illa fusionis in-  
dicia, quin certa mallei testimonia prae-  
bet non modo foramen, quod in horum

p) pag. 638. 4. q) pag. 1070. 1. r) in Mostellaria Act. IV. sc. 2. s) della fond. di Pe-  
farò pag. 26. t) Paralip. in Dempst. pag. 162. u) Hist. abreg. T. III. pag. 418.

## PROLEGOMENA GENERALIA.

numorum centro utraque parte introrsum hiat, sed etiam literae ex repetito ictu geminatae, quae in similibus numis mallei Caesarei manifeste apparent, quam utramque causam esse certum mallei argumentum, infra docebitur. Ceterum non inficiar, plures classes, quas nominat, numeros fusos revera continere, addo numeros imperatorios non paucos sive Graecos, sive coloniarum inde a Decio usque ad Claudium Gothicum, ac praecipue Antiochiae Pisidiae, Cremnae, Sagalassae, Sami, Ephesi &c., qui fusos sese, nullumque expertos malleum non difficulter profitentur. Adde numeros autohomos Galliae adhuc liberae, quorum aes ea est metallorum temperie, ut nisi fundi non potuerint <sup>x)</sup>.)

Impensiore cura in examen istud incubuere viri eruditii, ex quo variis in locis detectae fuerunt non paucae veterum formae fundendis numis olim delinatae. Constant hae lamellis rotundis ex terra cocta, quae offerunt imperatorum variorum partes cum anticas, tum posticas introrsum expressas, quae deinde in cylindri modum sic coaptabantur, ut una fusione plures numi, quot libuit, nimirum pro cylindri longitudine, potuerint effigi. Unversum hunc modum, cum difficilius verbis possit explicari, eleganter ac perspicue aeri incisum proposuit eruditissimus in mechanica veterum Comes Caylus <sup>y)</sup>). Sed ad praesentis argumenti cognitionem magnopere pertinere existimo, commemorare auctores, qui similes formas se vidisse sunt teltati, et quae deinde varia fuerint eorum judicia spectatis

modis, quibus veteres in formandis numeris suis sunt usi.

*Antonius le Pois cap. III. operis sui: Discours sur les Médailles antiques, narrat, in monte, qui Lugduno imminet, repertum fuisse magnum numerum formarum ex terra cocta, quae sicut sunt capita et figurae variorum imperatorum, Severi, Domnae, Getae, Alexandri, aliorumque.*

*Menetrier in similibus, in agro item Lugdunensi repertis vidi imagines Severi, Getae, Alexandri. (Mem. Trevoux 1704. Julio p. 1213.)*

*Comes Caylus plures a Cl. Menetrier obiter indicatos aeri incisos sicut in opere et loco mox supra laudato. Continent autem Domnam, Caracallam, Getam, Maesem cum suis averfis.*

*Henricus Harscher in suis prope Augustam Rauracorum (hodie Augst) repertis vidi Getam, Alexandrum, Maximimum. (Beschreibung von Münszmödeln.)*

*In museo Pembroke sicutur matrix argillacea cum capite Severi, ejusque averfa. (Part. III. tab. 107.)*

*Museum d'Ennery continebat hujus generis formas XXII. ejus moduli, cujus sunt numi argentei, aut cujus sunt aenei I. magnitudinis. Exhibuere capita Domnae, Caracallae, Plautillae, Getae, Juliae Paulae, Soaemiidis, Mamaeae, Maximini, Gordiani Pii. (Catalogue d'Ennery p. 661.)*

*In museo Com. de Vitzai sunt formae XVIII. in agro Colonensi repertae a Domna usque ad Mamaeam.*

*Ipse ego possideo formas V. hujus materiae. Typi in his sunt capita Severi, Domnae, Caracallae, Getae, cum parti-*

x) Caylus Rec. T. VI. p. 330. y) Rec. d'Ant. T. I. tab. CV.

bus averfis. De his infra adhuc redibit corruptione operae jam pretium visum, mentio. Repertas fuisse in Austria inferiore constat, non tamen satis de loco ipso.

Jam igitur etiam, quae fuerint eruditorum de his judicia, inquiramus.

Le Pois<sup>a</sup>), Bouteroue<sup>b</sup>), Savotus<sup>b</sup>) credidere, a monetariis numos primum fuisse fusos, deinde malleo iubjectos, ac quidem fusione eos accepisse formam quandam rudimentam, malleo perfectionem. Has ergo, de quibus agimus, numorum formas argillaceas fundendis hoc modo numis fuisse delinatas.

Mahudelius per causas, quas infra memorabimus, ab hac alienus sententia, eas in instrumentis, quibus uli sunt falsarii ad clandestinam numorum fabricam, putavit. Vide praecaram ejus hoc de argumento dissertationem<sup>c</sup>).

Comiti Caylus neutrum judicium adserit. Existimat<sup>d</sup>), fuisse apud Romanos constitutum, ut promiscue numos aut funderent tantum, aut malleo ferirent, idque monetariorum fuisse arbitrio permisum. Quam quidem causam ut manifestius illustraret, observat I., neque sibi conspectas, neque ab alio fuisse memoratas id genus formas, quae essent Severo anteriores. II. Has formas nonnisi fundendis numis argenteis servivisse. III. Inde a Severo argenti in moueta probitatem coepisse corrumpi, ac deinceps semper in pejus prolapsum. Ex quo factum, ut malae fallitorum artes in monetae argenteae fabrica graviter affligerentur. Neque enim in publica ea monetae argenteae

singulis privatim numis vix sperando aliquo laboris fructu capitum periculum adire. Ait porro, nequaquam obstat, quod in hac sententia, quae numos argenteos a monetariis passim etiam tantum fusos statuit, sequeretur, multos superesse debere imperatorum numos cum manifestis fusionis indicis, qualia sunt pondus levius, in margine vestigium reflecti colli ex fusione protuberantis, Gallis *la barbe*, vel *l'excédant de la matière*, cavitates per numi aream &c. Neque enim, respondet, post elapsa plura saecula numos fusos a percussis facile discerni posse. Nimurum longiore in commerciis usu, et injuriis terrae, sub qua latuere, plerasque vulgo disperdi fusionis notas, margines aequari, multo frictu, aut salis subterranei vehementia aboleri poros, aut cavitates areae a fusione profectas, ponderis vero examen etiam in numis ejusdem imperatoris admodum esse incertum et fluctuans.

Exposuimus viri praestantis doctrinam, jam vero etiam quam sit solida, et quantum in ea insit ad persuadendum momenti, investigemus. Jam primum ex ejus dictatis continuo appetet, persuasum sibi fuisse, licuisse monetariis fusione numos argenteos formare, idque palam ab iis, quippe auctoritate publica, peractum. Quaero, fueritne iis etiam publice permisum, fundere numos cum notis chronologicis, quae ad annos praeteritos pertinent, aut fundere numos imperatoris

<sup>a</sup>) l. c.    <sup>b</sup>) Recherh. cur. p. 106.    <sup>c</sup>) Num. ant. P. I. c. 6.    <sup>d</sup>) B. L. Tom. III. hist. p. 200.

d) Rè. d'Ant. T. I. p. 288.

jam vita functi? Negabit istud haud dubie, nam res monetaria praeiens tantum tempus respexit, neque ad principes mortuos se porrexit, si numos consecrationis, aut quos restitutionis numos vocamus, demas, sed qui huc non pertinent. Quae-  
ro deinde, formae illae septem, quae cylindrum suum constituant, fueruntne destinatae ad peragendam uno eodemque tempore fusionem? Imo vero, inquiet, nam septem hae formae jam sic antiquitus in cylindrum unitae sibi obtigerunt. Quin, quia cum formis, quae exhibent capita Domnae, et Caracallae, conjunctam etiam reperit formamJuliae Maesae cum titulo Augustae, inde putabat conjici posse, Maesam non tandem ab Elagabalo, quae communis est sententia, sed jam a Caracalla dictam fuisse Augustam, quia secus inter formas ad fundendos numos imperante Caracalla adhibitas reperi non potuisset illa, quae Maesam diceret Augustam<sup>a)</sup>). Creditum ergo fuit illustri auctori, omnes has formas ad unam eandemque fusionem valuisse. At vero hanc viri praeclari sententiam suae ipsius formae in suo cylindro unitae redarguant. Inter numos ex argillaceis his orbiculis expressos unus est: ANTONINVS. PIVS. AVG. Caput Caracallae laureatum juvenile imberbe. ¶ VICT. PART. MAX. Victoria gradiens. Esse hunc numum anni V. C. 954. vel sequentis, olim docebitur. Alter est: ANTONINVS. PIVS. AVG. BRIT. Caput Caracallae laureatum barbatum. ¶ PON-TIF. TR. P. XIII. COS. III. Mulier se-  
dens. Ex notis chronologicis certum est,

hunc numum pertinere ad annum V. C. 963. En utriusque numi aetatem ipsis IX. annis divergentem. Concedendum ergo erit, monetarios publice constitutos adhuc V. C. 963. fudisse numos ejus argumenti, quod fuit anni 954. Eodem modo differt aetate orbiculus ejusdem cylindri, in quo Geta dicitur TR. P. III. COS. II., quae sunt certa indicia anni V. C. 964. Quid deinde de conjuncta illis Maesa dicam, quam, nullo certe auctore, jam a Caracalla dictam fuisse Augustam, con-  
jicit? At multo apertius auctoritatem his formis publicam abnegant orbiculi similes, quos ipse possideo. Horum unus in una parte habet: SEVERVS. PIVS. AVG. Caput Severi, in altera: P. M. TR. P. XVIII. COS. IIII. P. P. Serapis stans d. elata. Haec averfa ad Caracallam pertinet, et ad annum V. C. 969., cum quadeo sociandus fuit orbiculus impressum habens caput Caracallae, qui et ipse inter hos meos est. An ergo Caracallae adhuc aetate et V. C. 969. fusi publice fuere numi cum capite Severi jam ante annos V. mortui? Quid quod inter hos ipsos meos orbiculos unus est cum capite Getae nondum Augsti. An verisimile est, imperante Caracalla, qui fratri sui nomen ex fastis, monumentisque jussit eradi, publice ausuros fuisse monetarios, ejus Caesaris nomine numos flare? Denique ex ipsis his orbiculis, quos pae ocu-  
lis habeo, manifeste apparet, imagines non ex matricibus, sed ex numis obviis malleo percussis in argilla fuisse expressas. Indicant istud imagines loco motae, quod

a) l. c. p. 287.

certum est aberrantis, aut male applicatae matricis indicium, minime vero a fusione effici potest. Vtrum verisimile, imperante jam Severo, solidis tum adhuc, et necdum afflictis imperii rebus tantam fuisse in munere publico monetario seu egestatem, seu perversitatem, ut ne quidem certae justaeque matrices praefecto essent, sed a numis, quos fors obtulit, imagines mutuari oportet?

Ex omnibus ergo his causis suapte patet, tantum abesse, ut formae hae argillaceae putari debeant serviisse operi publica auctoritate imperato, ut tribuendae potius videantur operi tumultuario, inconsulto, tenebrarum, et malae fidei, rectiusque adeo videatur censuisse Mabudelius, qui falsae monetae fabros his usos instrumentis credidit, quod quidem judicium etiam Cl. Bimardo probatum<sup>f)</sup> possum conjecturis aliis, solidis, ut reor, ac plane probabilibus confirmare. Quamdiu sua monetae argenteae probitas constabat, utile ac quaestuosum fuit falsariis, numeros aeneos tenui argenti bractea multa ac subtili arte vestitos pro vera argenti moneta obtrudere. Ex his officinis prodire tot subaeratorum agmina, quorum major pars male commissis cum parte antica aversis, aut in notis chronologicis, aut inscriptionis picturaeve lege turpiter peccat. Vel ex his opus in tenebris peractum intelligeres, parum solicitis fabris, ut verum eloquerentur numi sui, modo externa specie imponerent. Corrupta, quod inde a Severo majore licentia factum, argenti monetarii bonitate operaे

utique pretium amplius non fuit eandem vitiatis sic numis curam impendere, sed respiciendus labor, qui minores sumptus et assiduitatem postularet, qui ope numi obvii, molli primum argillaē impressi, deinde subditio igne excociae, infuso denique metallo peragi facile potuit. Istud si paulo fuit vilius, quam ex quo tum fuit moneta ordinaria, non poterant tamen falsarii in hoc laboris compendio non justum capere lucrum. Dubium non est, tot jam repertis per varias regiones id genus formis argillaceis, justum etiam hodieque numerorum sic fusorum extare numerum, perinde ac extat subaeratorum, quos si a numis malleo percussis non satis discernimus, istud fit propter causas has ipsas, quas supra ex Comite Caylus, idoneo in similibus dubiis judice, dedimus, aut quia non defuere dexteris hominibus suae artes, quarum ope fusionis indicia potuerint occultare, et quas, ut plures veteris aevi alias, ignoramus. Moneta argentea inde a Philippis propter admixtam aeris copiam misere vilescente, factum, ut horum etiam imperatorum fundendis numis nihil lucri posset sperari. Quare pon mirum, nullius inde a Gordiano imperatoris reperiri formam argillaceam.

Haec ergo five exempla, five auctoritates influere nos possunt, majorem superesse copiam numorum tantum fusorum, nullumque malleum expertorum, quam credi vulgo solet. Quare nequaquam continuo in adulterinis putandi sunt numi, quia tantum fusi, quod sibi nos pauci per-

f) ad Jobert. T. I. p. 356.

(Vol. I.)

suasere. Possumus tamen legis instar, quae forte nonnisi rarissime fallat, tenere, in Italicis urbibus, ac Romae antiquissimo aevo non fuisse numos nisi fusos, de quibus egimus supra, reliquam urbis monetam sive consularem, sive imperatoriām cujuscunque metalli malleo formatam, si argenteam demas inde a Severo usque ad Philippos propter memorata mox exempla. In Graecia latissime sumpta inde ab exordio rei monetariae usque ad alterum imperatorum saeculum non occurrere numeros tantum fusos, etiā aurei non pauci Lysimachi regis modum habeant ambiguū, de quibus infra. Ceterum ex iis, quae hactenus diximus, satis appetet, non tam facile ac proclive esse fusionis veterum criterium, quam illud professus est Cl. Beauvais <sup>2)</sup>). Eam sane dexteritatem nondum fateor mihi potuisse impretrare.

A fusione ad malleum, seu modum feriundae monetae transeamus. Sed tamen et hunc modum necessario praecessit fusio, quae orbiculos malleum experturos praeparavit. Orbiculi hi, seu laminae rotundae varia crassitie saepe certa offerunt fusionis indicia, quae inter evidentissimum est refecti colli, quod, ut dixi, *barbam* Galli vocant, *vestigium*. Hoc non modo manifeste appetet in notis ponderibus Italicis, quae sola fusione sunt formata, sed et in numis non paucis variarum nationum argenteis aeneisque etiam III. magnitudinis, quos malleo fuisse finitos indubitatum est. Comes Caylus numum

Massiliae aeneum pictum silit, in quo collum istud a fusione residuum, nimirum a numo nunquam resectum, satis alte protuberat, aitque, simillimos alios omnino octo ejusdem urbis sibi viros. Ex quo arguit, antiquissimo aevo, apud Romanos aequē ac Graecos, monetam promiscue, nulla certe lege, *indifféremment*, jam flatam, jam cusam fuisse, fusione in formis argillaceis eodem modo peracta, quo supra diximus <sup>3)</sup>). Haec a viro gravissimo incautius adfirmata tanto magis merentur in examen vocari, quia vetera artis nostrae praecepta planissime revertunt, et ambigua reddunt criteria, quibus numos vere antiquos a fictitiis novae artis solemus discernere. Accedit, quod metus est, ne artis nostrae studiosi alii tanti viri inconsultius secuti oracula eidem involvantur errori, quod ipsum accidisse video illustri Gallo S. Vincent <sup>4)</sup>). Haec fusionis indicia, quae non negamus, sed ipsi saepe advertimus, nequaquam probant, numum esse fusum, sed tantum orbiculum, seu laminam malleo destinatam. Quis ignorat, metallum, antequam feriri contingat, fusione varias, ut libuit, formas accipere? Antiquissimo aevo hae nullam legem habuere, partim globosae, partim in ovi modum porrectae, aut denique, ut casus tulisse videtur. Confer vetustissimos Athenarum numos. Cultiore aevo metallum in formam magis rotundam cogebatur. Hos fundendi orbiculos duplcem video placuisse modum. Vel enim fundebatur metallum in binas for-

) His. abreg. T. III. p. 418. 419. b) Rec. d'Ant. T. V. p. 159. i) Mémoire sur les Méd. de Marseille p. 7.

mas variae materiae arcte conjunctas, ex quo modo enafci contigit collum exuberantis metalli, vel illud fundebatur in parvas scrobes formae rotundae in argilla factas. Collum illud aut curatius sicut resectum, ejusque vestigium lima abolitum, aut negligentius, sic ut ejus certum remaneret indicium, aut relicturn intactum si-  
ve incuria, sive etiam alicubi ex propo-  
sito, quod major similiūm, ut dixi, nu-  
morum Massiliensium copia suspicari fa-  
cit. Reliquum deinde opus malleo per-  
missum. Quo igitur pacto adserere illustris  
Comes potuit, numos, in quibus haec  
fusionis indicia apparent, esse flatos,  
quando haec fusio ad orbiculos tantum  
pertinuit? Habeo prae manibus aeneum  
tertiae magnitudinis ex eorum genere,  
quos a Carthaginiebus in Sicilia cūsos  
vulgo credimus, ex quo collum eodem  
modo, quo in citatis Massiliensibus, pro-  
tuberat. In eo utriusque partis typi tam  
nitide sunt expressi, quam a sola fusione  
impertrari nunquam potest. Adde ejusdem  
classis tetradrachmos ab operis elegantia  
passim cognitos, laudatosque, tum et Sy-  
racusanos argenteos aeneosque similis me-  
riti, in quorum multis certissima observa-  
vi resecti colli indicia. Quod si et hos  
propter eandem causam fusos statuemus,  
tum hercule nullus jam relinquetur nu-  
mus, quomodo cumque affabre elaboratus,  
literisque et figuris ad omnem apicem  
expressis, quem non licebit totum fulum  
suspiciari. Exstant numi coloniae Nemausi  
solitae magnitudinis, et cum solitis utrin-  
que typis. Solum discrimen facit, quod

ex numi orbiculo pes hinuli bene longus  
protuberat. Horum unum videre est in  
*Saggi di Cortona*<sup>b)</sup>, alterum stitit Comes  
Caylus<sup>c)</sup>, tertium vidi in museo Apostoli  
Zeno, nunc S. Floriani Austriae superio-  
ris, multosque alios hujus generis sibi  
comptertos ibidem docet illustris Comes.  
Cum eruditus hic vir ipse fateatur ultro,  
orbiculos hos una cum pede primum fla-  
tos, deinde malleo subditos, nescio, cur  
non eundem fabricae modum agnoscat  
etiam in numis, in quibus causa promi-  
nentis colli certum deprehenditur fusionis  
argumentum. Quocirca sic recte arbitra-  
bimur, si qua sunt in numis nitidis, ele-  
gantibusque fusionis vestigia, ea non nu-  
mos ipsos, sed eorum orbiculos fusos in-  
dicari.

Non possum absillere ab hoc argu-  
mento, quin aliam adhuc Comitis Caylus  
sententiam in judicium vocem. Ait <sup>m)</sup>),  
facile ex formis his argillaceis explicari  
posse, quo pacto principis alicujus intra  
perexiguum tempus, quo imperium obti-  
nuit, tanto numero feriri numi potuerint.  
Earum enim ope formarum brevi tempo-  
re tantam existimat potuisse copiam facili  
negotio fabricari. At enim vel intelligit  
principes, qui Romae confedere, aut qui  
foris per vini imperium invasere. In urbe  
effugium istud necessarium non fuit, in  
qua praefecti semper fuerant operae mone-  
tariae et peritia et copia spectabiles, quo  
factum, ut intra tempus exiguum numi  
cum Galbae vel Vitellii imagine incredi-  
bili numero potuerint parati. Sin princi-  
ples foris per tumultum intrulos intelligit,

<sup>b)</sup> T. VI. p. 80. <sup>c)</sup> Rec. T. II. p. 341. <sup>m)</sup> Rec. T. I. p. 289.

## PROLEGOMENA GENERALIA.

sciendum, tyrannorum numos spectato  
opere esse conditione, ut facile appa-  
reat, exiguum iis feriundis curam fuisse  
impensam. Quin non desunt exempla certa  
et evidenter, alios tum accelerandi operis  
modos fuisse adhibitos, atque istud non  
fusione, sed malleo. Nimirum numis pree-  
cedentium imperatorum novos, suosque  
impresserunt typos. Evidenter istud do-  
cent numi Regaliani et Druantillae, quo-  
rum plerique duplicem offerunt typum,  
ac veterem quidem Caracallae, Maesae  
&c. ex residuis literis ac figuris agnoscen-  
dum, novicium eorum ipsorum. Vide suo  
loco utriusque numos. Atqui suapte pa-  
tet, modum hunc fusione peragi nullo  
pacto potuisse.

Viri eruditii non pauci, cum viderent  
in numis veterum opus altius extans, et  
ad surgens, quam ut unius mallei ope po-  
tuisse peragi, quamcumque velimus ma-  
trici spectata duritie tribuere praefstan-  
tiam, qualia plerumque sunt capita par-  
tis anticae, in animum suum induxerunt,  
a monetariis primum numos in formis ex  
ipla matrice captis fusos, deinde cum  
matrice ad curate commissos mallei ictibus  
supremum nitorem ac perfectionem ade-  
ptos. Modum hunc curatius descriptum  
vide apud Savotum, qui cum plerisque  
aliis in eadem fuit sententia<sup>n</sup>). Ulta  
progressus est Jobertus, qui eandem ope-  
ram impensam dixit etiam numis minoris  
moduli, neque tam alte prominentis ope-  
ris, quales sunt denarii Romanorum. Cau-  
sam, cur istud sibi persuaderet, praeclaro  
auctori dederunt repertae formae argilla.

ceae, de quibus altius egeram, fusioni  
scilicet destinatae<sup>o</sup>). Posteriori huic sen-  
tentiae refutandae non diu inhaerebimus.  
Quis enimvero sibi persuadebit, hanc ma-  
tricis cum numo fuso commissuram, quae  
non nisi justo temporis impendio peragi  
poterat, porrectam fuisse ad numos singu-  
los, et quidem ad eos quoque omnes,  
quibus propter typos humiliores hac lo-  
lertia et sedulitate opus non fuit? Etenim  
si numi, quos *subaeratos* vel *pellucidos*  
vocamus, absque fusione, quae utique  
locum habere non potuit, solo malleo  
tam saepe eleganter formari potuere, et  
quidem inclusi saepius intus ferro, quod  
ipso aere durius est, cur idem obtineri  
non potuisse a monetariis publicis omni-  
bus artis suae adminiculis apprime instru-  
ctis? Deinde causa ex formis argillaceis  
capta huic argumento male adcommoda-  
tur, ut supra demonstravimus. Quod ad  
numos majoris voluminis attinet, non  
ausim negare, si qui fuere magnitudinis  
extraordinariae, eos primum fusos, de-  
inde malleo finitos, quod hodieque in  
numis ad ostentationem factis fieri solet,  
licebit tamen opponere, primum, gemitum  
hunc laborem forte non fuisse ne-  
cessarium, deinde certa existare indicia,  
etiam ad maximi moduli numos non  
paucos unum adhibitum fuisse malleum.  
Non fuisse tam necessarium, existimo  
propterea, quia, antequam orbiculi mal-  
leo committerentur, eorum durities ope-  
ignis et vehementis caloris ita potuit tem-  
perari, ut ictibus minus reliferent. Vide  
Savotum<sup>p</sup>). Tametsi huic me explicatio-

<sup>n</sup>) Num. ant. P. I. c. 6. <sup>o</sup>) Tgm. I. p. 344. <sup>p</sup>) Num. Ant. P. I. c. 6.

nī jubeat diffidere Rinckius, cui certum maxima formae, sed quod magis pro-  
est, matricem feriendo metallo carenti fecho mirum, ipsi etiam argentei drach-  
adhibitam causa vehementis caloris con- males tam absolutum offerunt opus, ut  
tinuo fuisse passuram vitium, redditamque fusionis nulla possit incidere suspicio. An  
inutilem<sup>4)</sup>), quod sane a viro praeclaro ergo in his numis primum fusa pars anti-  
recte existimo observatum. Alteram ex propotitis partem evidenter comprobant ca, deinde malleo impressa pars aversa?  
numi perelegantes, quos, quia duplice aut cur haec perversitas aureis tantum di-  
vario metallo constant, quorum unum drachmis incubuit, reliquias immuniibus?  
cum altero magna arte commissum est, quae quidem dubia in parte mechanica  
numos *duplicis metalli* appellamus. Sunt rei monetariae veteris, aliaque his similia  
inter hos non pauci insignis voluminis ty- lubens aliorum sagacitati permitto. Alia,  
pisque utrinque alte extantibus. Hos proximis praceptoribus haurire, quae mallei  
primum fuisse fusos, nemo sanus sibi persua- apud veteres in hac arte usum docent,  
serit; nam fusione evafisset mixtura utrius- quorsum nunc contendeo.

Atque haec de fusionis negotio visa sunt observanda, quod in multis esse am-  
biguum, quodque non facile possit expli- cari, ex iis, quae hucusque diximus, fa-  
tis elucet. Enimvero in hoc argumento  
versanti non pauca mihi occurrerunt, quae me suspensum animi reddiderunt. Exempli  
causa: in plerisque aureis didrachinis Ly-  
simachi, quorum insignem numerum ha-  
bet museum Caesareum, ejus regis caput  
tam est hiulcum et incompositum, ut de-  
jerarem, unius eos fusionis esse opus, nisi  
vetaret pars aversa, quae non modo of-  
fert opus sane elegans, sed etiam per du-  
plicata in nonnullis causa aberrantis  
matricis epigraphen certa mallei indicia.  
Inter haec non solum ejusdem regis aurei

Malleum a veteribus ad humorum fa-  
bricam fuisse adhbitum, indubitatum est.  
Varia ejus testimonia ex marmoribus, nu-  
morum typis, scriptoribus initio hujus  
capitis memoravi. Jam etiam ex ipsis nu-  
mis veritatem eliciamus. Varia ejus ar-  
gumenta jam praecclare collegit Mahude-  
lius<sup>5)</sup>, quae hoc loco una cum meis com-  
memorare, non ingratum puto lectori  
futurum.

I. Jam ipsa Latinorum vocabula, cum  
dixere, monetam *ferire*, *cudere*, *percute-  
re*, *signare*, mallei usum designant. Ean-  
dem, aut analogam significatiouem habent  
Graecorum κόπτειν, Χακυσσαίνειν.

II. Summa puritas ac nitor typi in  
partibus etiam subtilissimis, ceu capillis,  
literis &c., quae laus a sola fusione im-  
petrari nequit.

III. Numi incusi, sive qui utrinque  
eundem typum offerunt, sed ex una parte  
convexum, ex altera concavum, quorum

4) pag. 90. 5) B. L. T. II. hist. p. 202.

ingens supereft numerus, et quos esse partus malleatoris incurii, et properantis, olim dicemus.

IV. Figurae, aut epigraphes literae, aut utraeque simul in eadem numi facie geminatae, quod evenire debuit cedente aliquantum post primum ictum matrice, et numo aliam faciem secundo ictui opponente.

V. Typi non plene, saepe media tantum parte in numi orbiculum recepti, quod factum, matrice non, ut oportuit, cum numi orbiculo adcurate commissa. Item inscriptionis pars, quae in numi circuitu margini vicinior est, ex numo exclusa, nimis cum majus fuit matricis volumen, quam ut eam totam orbiculus numi capere potuisset. In Romana moneta istud rarius, frequenter in Graeca, praecipue in autonomis Antiochiae Syriae, et numis regum Parthorum. Vitio huic locus non fuisset, si numi in paratis ad hoc formis fusi fuissent.

VI. Numos pelliculatos; sive quorum tenuis bractea argentea aeneum nucleum includit, tum et numos duplicitis metalli cum fusione non posse componi, sed esse certum mallei opus, suapte patet. De utrisque supra egimus.

VII. Numi bis percussi, seu quibus, cum finiti jam essent, serius nova utrinque matrix fuit inducta, residuis adhuc veteris matricis indiciis. Etiam horum supra facta est mentio ex numis Regaliani.

VIII. Parvae scrobes rotundae in centro numorum aeneorum introrsum han-

tes, de quibus infra. Earum causa fuit, ut orbiculus percepto primo ictu matrici firmius adhaereret.

IX. Rimae, seu fissurae, quas saepe a peripheria numi verius centrum tendere videmus, uni mallei vehementiae debentur.

De instrumentis artis, quorum in ferrunda moneta fuit usus, pauca. Ea, ut initio hujus capitinis dixi, denarii gentis Carisiæ picta sunt, suntque incus, malleus, forceps. De prioribus D. Hieronymus<sup>s)</sup>: Erant praeterea per execum monetem (Thebaidis inferioris) haud pauca habitacula, in quibus scabrae jam incudes et mallei, quibus pecuniae olim signatae, visabantur. Forcipis minus certus usus. Sed non multum in hac morabimur, quae utique in fabrum officinis varios potest usus praestare. Ex his ultro patet, quam parum concinne Mahudelius in denarii Carisi explicatione illud, quod incudem diximus, statuat esse vas fundendo metallo destinatum, illud vero, quod nobis forceps est, esse forcicem, quae orbiculos ex lamina in formam rotundam secuit<sup>t)</sup>. Incudem jam stabilivimus, sed et forcipem stabilint oculi inspectis Carisi numis, ac praeterea, quis unquam in margine numorum veterum scissionis deprehendit vestigia? quae sane celari non possent.

Matrix, seu parata ex metallo durissimo massa, quae numi orbiculo imposita, typum lege inversa insculptum mallei opercum eodem communicat, praecipuum est artis monetariae instrumentum. Matricem dixi improprie, cum vocabulum pro-

<sup>s)</sup> in vita Pauli eremitæ. <sup>t)</sup> B. L. hist. T. III. p. 203.

prium, quod norim, lingua Latina non offerat. Alii *typarium*, *marculum*, *iconium*, *formam* appellant, aequo improprie, aut barbare, aut vage. Varia in utraque lingua nomina dictavit illustris Cajetanus Marpius <sup>a)</sup>, sed non probavit. Gallis est *quarré*, *coin*, *poinçon*. Matricum exempla nonnulla ex vetustate residua antiquariis sunt cognita, quorum formam et metalli modum descripsit comes Caylus <sup>b)</sup>. Matrix aenea cum insculpto Neronis capite fuit in museo d'Ennery <sup>c)</sup>. Veterem nonnullorum opinionem, qui conjectere, in singulos numos novam paratam fuisse matricem, atque istud propterea, quia in tanta numorum veterum copia nunquam sibi duo conspecti fuere numi perfecte similes, et non, saltem in levissima quamquam causa, diversi, propter prodigii immanitatem refutandam non duco. Vide in hoc argumento Rinckium <sup>d)</sup>, et Jobertum <sup>e)</sup>. Ipse etiam princeps Turris Muttiae ante annos non multos professus est, in tanta numorum Siculorum copia, quos per tot annos conferre licuit, nunquam

sibi conspectos fuisse duos ejusdem matricis partus <sup>b)</sup>). Verum istud experiri licuit aliis, quod de se testatur Cl. Beauvais <sup>c)</sup>, ejusque a me factum aliquoties periculum, testari possum ipse. Vidi in museo M. Ducus duos Antigoni Asiae regis tradrachmos tam concordes, ut plane convincerer, ab una utrumque matrice profectum. Ex quo efficitur, fallacem esse legem, quam aliquibus fancire placuit, cum numi duo ejusdem se matricis filios profitentur, utrumque esse operis moderni; et si non negem, aliquam tum eos *άγνωστης* suspicionem adflare.

Haec sunt, quae de moneta flanda, feriunda sive ex alienis praexceptis, sive observatis propriis videbantur vere ac opportune potuisse commoneri, quae rite expensa verum videntur suppeditare explicatum formulae *Flando*, *Feriundo*, nimirum priore vocabulo intelligendos flatos numi orbiculos, altero hos ipsos malleo traditos, quo ferirentur, quod duplex negotium spectata mechanica pars rei monetariae praincipia fuit.

## C A P V T XII.

*De variis causis ad mechanicam et naturam numorum veterum pertinentibus.*

Nonnulla ad mechanicam rei moneta- fusionis et mallei negotium. Reliquae riae veteris spectantia jam in praece- causas commodius in unum locum con- dentibus occupaveram, ceu pondus et jecero, de quibus nunc singillatim agere magnitudinem numorum, ac proxime constituo.

<sup>a)</sup> Henr. Alban. p. 110. <sup>x)</sup> Rec. I. p. 284. <sup>y)</sup> Catal. p. 661. <sup>z)</sup> de vet. num. pot. p. 92. <sup>a)</sup> T. I. p. 445. 449. <sup>b)</sup> Aggiunta II. p. 91. <sup>c)</sup> Hist. abreg. T. III. p. 430.

§. 1. *Forma numorum.*

Fuit rotunda paucis demptis, de quibus mox infra. Raro tamen haec rotunditas fuit perfecta, sic ut dubitate licet de numorum sincera fide, si qui hac sunt indole, ut monebimus in tractatu de numis spuriis. Plerumque rotunditatis fuere neglectae, et parum anxiae. Neque enim, quod hodie in re monetaria fieri amat, numorum orbiculi ex metalli lamina exsecti sunt, sed, ut eos formavit fusio, malleo fuerunt subjecti. A forma rotunda magis deflectunt numi antiquissimi, qui fere sunt globosi, et velut massulae crassiores et informes. Nonnunquam in ovi modum diducuntur, quales sunt non pauci ex iis solidis, quos populi Italicci fudere, et nos in ponderibus etiam putamus; saepe etiam numus ex incautiore mallei ictu hanc formam accepit. Vide de hoc argumento plura capite XXI.

Numi in Aegypto signati non modo regnantibus Ptolemaeis, sed et Caesaribus saltem usque ad Commodi imperium coni truncati habent formam, sic ut peripheriam contractiorem occupet pars antica, latiorem pars aversa. Sed hic modus obtinuit tantum in aeneis, aurei argenteique ordinariam legem sequuntur, cuius varietatis causa mihi ignota. Non pauci etiam vicinae Judaeae numi similem coni truncati formam exhibent.

Formam quadrilateram, tum specie ovi habent numi populorum Italiae mediae, de quo instituto insolentiore agemus in Prolegomenis ad numos Italiae me-

diae, et in Tractatu de numis Consulari. Cap. II. §. 3.

Numi tenuis laminae parte una convexi, altera concavi ex omni metallo frequentes sunt signati per extrema Orientis imperia, quos nonnulli causa non satis certa *scyphatos* appellant.

§. 2. *Quadratum incusum.*

Offert vetus moneta numos non exiguo numero, quorum aversam totam occupat cavitas violenter introrsum cusa. Ea nonnisi in numis Graecorum antiquissimis occurrit, et quanto illa profundius introrsum hiat, et est informior, tanto intellige numum esse antiquorem, atque sub ipsis rei monetariae incunabulis cursum. Ejus originem cavitatis in suo Palaeographiae numismaticae tentamine ele ganter ac vere explicat illustris Barthele myus<sup>d</sup>). Ait, primis rei monetariae initii, nondum reperta arte in utraque numi superficie typum signandi, uni tantum parti arbitriarum fuisse notam malleo impressam, quemadmodum in artis typographicae infantia uni tantum chartae parti inducti fuere characteres, aversa intacta. Verum cum metus esset, ne massa feriendo numo destinata inter repetitos mallei ictus cederet, et nihil esset subtus, quod primo excepto ictu massam figeret, placuit eam imponere ferro in obtusius acumen desinenti, quo factum, ut jam post primum ictum massa ab impresso inferne ferri acumine retineretur, neque amplius loco posset moveri, unde haec in his numis cavitas. Artis progressu rude

d) B. L. T. XXIV. p. 30.

istud cavum mansuetiorem accepit formam, instar quadrati minus profunde dehiscentis, atque istud jam divisum in plures partes, jam velut explicatis quatuor alis; paullatim aliqua typi initia insculpi coepta, manente tamen quadrato, donec tandem ferrum illud hactenus retinendae tantum massae serviens vera evaderet matrix propter insculptos alte typos eundem usum praefitura. Haec initia, ac deinde progressum ex numis ipsis captum praecclare ob oculos sicut tabula Barthelemyano huic tentamini adjecta.

#### §. 3. *Hiatus in centro numorum.*

Intelligo hoc nomine tenue foramen, aut scrobiculum rotundum in centro numi introsum hians, sive in utraque numi parte, sive in una tantum. Jam illud comparet in plerisque Ptolemaeorum numis sive maximi, sive minimi moduli, et quidem in his constanter utrinque, nonnullorum item Syriae regum, praecipue Antiochi VI. et Tryphonis, in numis variorum Syriae et Phoeniciae urbium; quin et Asiae minoris, et Europae, et quidem etiam imperatoriis urbium, et imperatorum adhuc aeo inclinante. Eo numi commatis Romani constanter earent. Observandum praeterea, hiatus hos nondum hactenus deprehensorum in numis aureis et argenteis, sed tantum aeneis.

Barthelemyus, cum in laudata differentiatione in causam quadrati incusi inquisisset, simul ad hiatus istos advertit animum, eorumque usum ab eadem causa repetit. Nimirum quemadmodum impresso

illo quadrato, sive cavitate factum, ut numerus patientior ad excipiendos ictus esset, sic idem obtinebatur, si in matricis centro pars metalli sursum extans fuit relicta, certe ab argumento aliena, sed quae mallei ictu in numi orbiculum introrsum adacta eum firmius adhaerere coegit. Nemo erit, qui dubitare possit, causam hanc a viro summo ingeniose ac naviter explicatam. At nemo etiam erit, qui non continuo quaerat, cur eadem cautio non etiam ad numeros aureos argenteosque valuerit, sed in cuius enucleatione quaestione non aequa satisfacit vir clarissimus. Plures, inquit, figendi orbiculi modos tum jam fuisse cognitos, atque haud dubie illos, qui perfectiores fuere, magisque paratu difficiles, auro argentoque applicatos. Verisimilius causam a varia metalli natura petendam censeo. Certum est, aurum et argentum multo esse mollius, minusque adeo resistere malleo, quam cuprum, ac praecipue veterum, quod raro a particulis heterogeneis purum fuit. Ex quo sequitur, plus cautionis ac diligentiae adhibendum fuisse ad feriundos numeros aeneos, quam alterius metalli.

#### §. 4. *Numi incusi ex instituto.*

Sic appello numeros, quorum una pars convexa est, altera concava. Addidi: *ex instituto*, quia sunt alii incusi, sed monetariorum vitio, de quibus infra. Illi inter antiquissimos sunt referendi, et signati tantum sic fuere in nonnullis magnae Graeciae urbibus. Haec indicasse hoc loco satis esto, nam horum examen numerosum dabimus in prolegomenis ad numeros Lucaniae.

**§. 5. *Numi ferrati.***

Serratos numos vocamus eos, quorum ora extima in serrae modum incisa est. Copiosi sunt denarii, quos familiarum Romanarum dicimus, et qui stante adhuc rep. signati sunt, quorum serrata est ora. Sunt etiam ferrati numi non pauci, sed aenei, nonnullorum Syriae regum. Sed de hoc numorum genere agemus ex proposito, et quidem copiose in prolegomenis ad numos familiarum cap. XVI.

**§. 6. *Numi recusi.***

Non raro numis jam olim signatis novi utrinque typi ope alterius matricis fuerunt impressi, cuius generis numos solemus vocare *recusos*. Quoniam numi jam signati superficies plana non fuit, sed exstantibus figuris aspera, sequi necesse fuit, ut matrix, cum in eminentiores solum numi partes vim suam posset exercere, humiliores aut relinquenter intactas, aut nongisi leviter perstringeret, ut adeo saepe ex relictis veteris typi vestigiis vetus ejus numi conditio facile possit divinari. Boeotorum multos hujus naturae habemus superflites, quorum exempla dabimus in horum moneta, neque commorare alia necesse puto, quia singula musea eorum aliqua servant. At quae novae hujus violentiae causa, cum casui istud non posse tribui facile appareat? Si in externam monetam sic fuisset saevitum, conjici posset, voluisse hoc modo populos monetam peregrinam in propriam suam ac domesticam convertere. Verum habemus exempla, neque propriae pecuniae fuisse parcitum. Est in museo Caesareo numus recusus Massiliae Galliae, cu-

lus et vetus et novus typus Massiliensis monetae proprius est. An novus sic aboliito veteri numis quaesitus valor? an aliud? Tametsi in nonnullis evidentem ejus facti caufam tenemus. Jam capite praecedente obiter dixi, Regalianum et Dryantillam ad signandos numos suos praecedentium imperatorum denariis fuisse usos. Vide eos adcurate descriptos in horum tyrannorum moneta. Nimurum ad has injurias ventum est, cum properatus opus fuit, et intererat non differri praecnonium supremi principatus, neque statim ad manum fuit metallum ad feriundos numos aptum. Vide alias causas exercitiae similis in numos alienos violentiae in moneta Hebraica Simeonis Judaeae principis. Ceterum in moneta aurea numi sic recusus nullum habemus exemplum.

**§. 7. *Numi incusi temere.***

Paullo altius dedimus numos incusos, seu, qui eundem typum in una parte extantem, in altera concavum exhibit, sed eos diximus sic fuisse formatos ex instituto. Quos hoc loco proponimus, incusi sunt pariter, sed quae peristasis non in instituto, sed casui, et monetariorum negligentiae debetur, qui signandum numi orbiculum numo jam signato, qui tum auferendus utique fuerat, imposuerunt, malleoque cooperunt exercere. Quo factum, ut idem utrinque emerget typus, superior convexus et extans, efficiente istud matrice superiore, inferior concavus, causa numi subjecti, qui jam matricis munere fungebatur. Neque defunt nostra aetate similis oscitantiae exempla in re monetaria ab iisdem causis profecta.

at incredibilem eam fuisse in officinis veteribus, ingens numorum hoc vitio laborantium numerus, qui ad nos pervenere, abunde declarat.

**§. 8. Numi geminatis typis.**

Aliud oscitantium monetariorum vi-  
tium, neque illud in moneta vetero in-  
frequens. Nimirum cum ad perficiendum  
numum plures essent ictus infligendi, si  
forte post primum ictum aut matrix, aut  
numi orbiculus aliquantum loco motus  
fuit, factum necessario, ut alter ictus in  
vicina aberraret, eundemque typum loco  
alieno, varioque illum situ geminaret.

**§. 9. Numi pelliculati, subaerati,  
ferruminati.**

De his, ac similibus vitiis, quia ad  
veterum fraudes pertinent, opportunius  
agemus in tractatu de numis adulterinis.

**§. 10. Numi Contornati.**

De horum numorum fabrica agemus  
in tractatu singulari.

**§. 11. Numi aenei cum late porrecto orbe.**

Quos deinceps numos memorabo, ad  
ostentationem potius facti sunt, quam ut  
pecuniae usum praefarent, quorum su-  
pra capite V. obiter memini. Hoc sane  
loco propter varias applicatae mechan-  
icae causas sunt attingendi.

Hujus generis quos primos exhibeo,  
sunt numi aenei, quorum media area, cui  
utrinque more solito typi impressi sunt,  
majoris vulgo voluminis non est, quam

cujus esse solent numi aenei I. formae, sed  
deinceps in latum orbem cavitatibus con-  
centricis distinctum, diametro saepe duo-  
rum pollicum Parisinorum, et nonnun-  
quam amplius, porrigitur, sic ut numus  
ipse sic videatur in hujus orbis centro con-  
stitutus, ut in veterum clypeis caput Me-  
dusae in clypei centro. Numos similes vul-  
gavit, et pictos stitit Buonarrotius ex  
ex museo Carpino e), et binos quidem  
Antonini, unum L. Veri, quin et unum  
Antinoi a Nicomedensibus signatum, quod  
tanto rarius, quia id genus numi comma-  
tis tantum Romani esse consueverunt. Mu-  
seum Caesareum eorum possidet singulos:  
Hadriani, Antonini, Aurelii, Veri, qui  
aeneis tabulis incisi extant inter numos  
maximi moduli Cimelii Austriaci Vindo-  
bonensis. Insignes hujus generis picti etiam  
extant in museo Albani. Majoris his vo-  
luminis, si Italorum pondera demas, in  
re monetaria vetere non habentur, sunt  
que rarissimi.

**§. 12. Numi duplicitis metalli.**

Sic vocantur numi aenei circulo di-  
versi aeris inclusi (enchassés), idque tam  
dextre et adcurate, ut nonnisi tenuis li-  
nea artificiosae commissurae index appa-  
reat. Plerumque aeneos maximi moduli,  
sed ordinarii, volumine non excedunt,  
quamvis his sint fere crassiores. Rarissimi  
sunt, qui sunt magnitudinis mediae inter  
aeneos I. et II. formae, quorum quinque  
picti visuntur in museo Albani tab. 120.,  
in quo etiam alios hujus classis justo nu-  
mero reperias. Circulus exterior nequa-

e) Offerv. iffer.

quam post cūsum jam numum additus fuit, sed utrumque metallum jam sic commisum incūdem expertum est, nam saepe in his numis epigraphes literae in orbem ductae in utrumque metallum incurront. Sunt omnes commatis Romani. Graecus hujus naturae nondum conspectus. Similes Jobertus jam cum Hadriani capite ci-tat<sup>f</sup>), sed museum Albani praeclaris his cimeliis insigniter locuples ante Commodo nullum offert, sed in hoc reperias adhuc cum imagine Probi, Magniae Vrbicae, Diocletiani, et collegae Maximiani. Operis sunt fere semper perelegantis, quanquam hactenus divinare non licuit causam impensis in hoc numorum genus laboris tam seduli, atque, ut videri possit, tam supervacanei. In monetae usum fuisse receptos, verisimile vix est.

Fuere antiquarii nominis non vulgarijs, qui hos duplicitis metalli numos, illustres sane ac conspicuos, cum miserabili Contorniatorum grege inique confudere, qua de injuria vide, quae monebo in tractatu de numis Contorniatis cap. I.

*§. 13. Numi cum variis ornamentis parergis.*

Hoc articulo complector numos quaestioris eleganiae, additis variis ex metallo nobiliore ornamentis, quae, quia ad numorum causas non pertinent, et abesse poterant, *parerga* voco. Ex quo facile intelligimus, monetae eos rationem non habuisse.

In hac classe primo loco memorandi sunt aurei insignis voluminię, qui in am-

plum orbem, eumque varie ornatum, porrigitur, addito superne annulo, ex quo suspensi possent. Multum ergo adfines sunt aeneis cum latè porrecto orbe, de quibus paulo supra egi, nisi quod in his absunt operosa illa ornamenta, et annulus. Hujus generis duo cogniti, unus Honorii, alter Gallae Placidiae, ineunte hoc saeculo in Geldria effossi, quos pictos et descriptos habes in Epistolis criticis Cupperi<sup>g</sup>), qui eos vidit ipse, tum et in *Saggi di Cortona*<sup>h</sup>), quo loco Cl. Bianchinius de eorum vetere usu prolixe differit, conjectaque, id genus cimelia ad militum donativa valuisse. Parum equidem arbitrarias has conjecturas moror, cum, quia multiplex eorum esse usus poterat, tum quia causa annexi annuli inter torque potius, quam numos referendi sunt. Alios similes vide aeri incisos in Catalogo d'Ennery pag. 187.

Apud eosdem auctores reperias quoque aureos imperatorios voluminis ordinarii, hos quoque in orbem nonnihil ornatum, et si minus latum, eumque annulo item praefixum, porrectos, de quibus quod moneam, non habeo, nisi eos sic fuisse formatos, ut ex quocunque loco, five ornatus, five adfecius causa, suspen-dentur.

Exstant etiam in museis numi aenei inaurati et inargentati. Non agimus de iis, qui moderna arte tales sunt, nimirum quos inepti possessores non raro exemplo volebant nobilis metallum mentiri, sed de iis, quos sic vetus ars ornavit. Horum alii vel toti auro, argentove obducti sunt,

f) Tom. I. p. 45. g) pag. 178. h) Tom. IV. p. 235.

vel tantum sui parte. In aliis, qui toti argento sunt obducti, partes sunt inauratae, ceu imperatoris laurea, et paludamentum, et epigraphe. Monetaria haec insulsitas vix ante Alexandrum Severum coepit, et ultra Diocletianum porrigitur, et frequentissime deformavit numos inscriptos AEQVITAS. AVG. vel MONETA. AVG. typo in utrisque trium Monetarum stantium, et maximi moduli. Numos similes tam supervacuo cultu ornatos an verisimile est, et si Monetae nomen inscriptum praeferant, ad monetae etiam usum valuisse? Est in museo Caesareo numus maximi moduli Numeriani, in cuius aversa est: ADLOCVTIO. AVGG. typo adlocutionis. Is deargentatus totus est, sed imperatoris, qui habitu consulari propinquatur, togam pictam lamella aurea obtigit.

De numis aeneis II. et III. formae tenui stanni folio opertis et sic cufis, sed qui inde a Claudio Gothicu usque ad Diocletianum vera moneta fuere, egimus capite VII.

#### §. 14. Vernix numorum aeneorum.

Vernicis nomen, et si Latinis ignotum, quia tamen ab artis nostrae magistris instar ~~receptum~~ receptum est, et nos retinemus. Tractum est a Gallorum vernis, Germanis furnis, Italis patina, eoque intelligimus indumentum splendens, variique in variis coloris, quo natura numos aeneos (aurei argenteique sua contenti nobilitate illud aspernantur) longo saecu-

lorum sub terra situ operuit. Color est in aliis viridis, in aliis caeruleus, aut violaceus, in aliis fuscus, ut nimirum aes pro varia soli natura adflavit halitus aut ambivit humor particulis metallicis gravidus. Indumentum istud tantum abest, ut nitorem numo, et qualecunque aliud meritum detrahat, ut etiam plurimum augeat. Etenim adventitia haec materialiter apte sese numi superficie adplicuit, ut minutissima quaeque, quae matrix impressit, ceu capillorum fila, literarum apices tenuissimi tam transluceant nitide, quam si plane abesset. Meritum vero ex hoc casu numis ingens accedit, non modo, quia integerrimi vulgo esse solent, nimirum involucro hoc aeruginem metallo huic cumprimis perniciosa, et omne aliud inimicum vitium arcente, liberalisque esse propter coloris illecebras formae, sed etiam quia certissimum hoc pacto praebent genuinae antiquitatis testimonium. Etenim cum alios omnes monetae veteris modos fraudis recens scite fatis didicerit imitari, in imitanda vernice, quam natura addidit, hactenus incassum vires suas est experta. Tam enim illa firmiter aes amplectitur, ut avelli inde nisi per vim non possit. At quam falsarii operis armoniaci et aceti induxere, saepe vel ungue tentata loco potest moveri. Dixi, aurum argentumque veterem hanc vernicem detectare. At quae argento frequenter adhaeret materia crassa et viridis, ex aeruginis genere est, et aceto aut succo mali citrei amolienda.

## C A P V T XIII.

*De jure feriundae monetae.*

**O**mni aevo jus feriundae monetae summae in republica potestatis argumentum fuit habitum, et si quis illud sibi arrogavit, involasse etiam in summam potestatem est creditus. Jus istud qui habuit, aut sibi deberi credidit, illud testatum fecit seu inserto monetae nomine suo, seu effigie, seu utroque. Ejus juris jam apud veteres sic constituti insignia ex antiqua historia dabimus exempla.

Aryandem Aegypto pro Cambyses praefectum a successore Dario capite fuisse damnatum, quod monetam auctoritate sua feriri jussit, refert Herodotus <sup>i</sup>). Difficillor ad famam Commodus, Perennem praetorio praefectum adfectare imperium, persuasus denique fuit oblatis numis ejus imagine percussis <sup>k</sup>). Caesus ab Elagabalo Valerianus Paetus, quod aureas suas imagines signari curasset, atque et si prae se ferret ipse, eas in pellicum ornamenta fuisse cessuras, quia tamen monetae aureae speciem habere, non vitavit culpam <sup>l</sup>). Cum essent, qui Firmum Aegypti tantum latronem dicerent, at non invasisse imperium, eos Vopiscus prolata ejus moneta redarguit <sup>m</sup>). Qui Procopii, sub Valente tyranni, partes sunt secuti, ut persuaderent Illyriis, eum esse imperatorem, ostenderunt iis aureos

numos novi principis effigie insignes <sup>n</sup>). Severus, ut aemulo Cludio Albino persuaderet, eum a se animo non facto, sed sincero in imperii societatem vocatum, Romae numos cum ejus imagine feriri jussit <sup>o</sup>). Narrat Philostorgius <sup>p</sup>), Stilichonem tam impudenter tyrannidem adfectasse, ut monetam etiam ferire ausus esset. Ergo cum quis per vim ad imperium est vocatus, velut in primis imperii sui fundamentis putavit, effigiem suam in moneta publica proponere. Cum legiones Syriae et Aegypti Vespasianum imperatorem dixissent, prima belli cura, ait Tacitus <sup>q</sup>), agere delectus, revocare veteranos, destinantur validae civitates exercendis armorum officinis, apud Antiochenes aurum argentumque signatur. Vix Macrinus delatam a militibus purpuram acceptavit, statim apud Antiochiam moneta Antonini Diadumeni nomine percussa est, nempe ut intelligeret orbis, filium Diadumenium ad imperii consortium esse vocatum <sup>r</sup>). Factum etiam nonnunquam, ut ii, quorum intererat, jus monetarium sic deproperarent, ut nondum satis praeparatis omnibus, quae ad monetae negotium pertinuerent, praecedentium imperatorum numos ad incudem revocarent, quod satis ex numis Regaliani et Dryantillae apparebit.

i) L. IV. c. 166. k) Herodian, in Commodo. l) Dio L. LXXXIX. §. 4. m) in ejus vita.  
n) Ammian. L. XXVI. o) Herodian. L. II. sub fin. p) L. XII. c. 1. q) Hist. L. II. c. 82.  
r) Lampid. in Diadum.

Vrbes ac populos, qui sui plene juris fuere, non alio, nisi nomine suo, signavisse monetam, suapte patet. Quare cum in hac legitur: ΑΘΕ. ΘΕΣΣΑΛΩΝ. ΕΦΕΣΙΩΝ., intelligimus eos numos *Athoniensium*, *Theffalorum*, *Ephesiorum* auctoritate fuisse cūsos. Sic et in numis Romae liberae, qui vetustioris sunt aevi, solum inscriptum ROMA legere est. Vrbes regibus subjectae veniam nonnunquam impetravere, monetam apud se feriundi, sed non raro ea tantum lege, ut regum, quibus obnoxii fuere, effigiem aut nomen illi insererent, cuius copiosa exempla suppeditant urbes in Phoenicia aut Parthia sitae, quarum illae numos cum capite regum Syrorum, hae Parthorum magno numero percusserunt, ut in singularum moneta docebimus. Valuit istud, quamdiu duravit servitium. At posteaquam hae autonomiam aut certis legibus sunt consecutae, aut sibi per vim extorsere, illud etiam obsequii genus continuo omiserunt. Hujus generis est signandae monetae libertas, quam Antiochus VII. Syiae rex Simeoni Judaeae duci inter alia autonome jura concessit: *et permitto tibi facere percussuram proprii numismatis in regione tua*<sup>a)</sup>.

Romani, cum regiones aut bello captas, aut sponte oblatas stante adhuc republica in provinciae formam redigissent, praeter alia libertatis jura feriundae etiam pecuniae permisum urbibus induldere. Perrexerunt ergo Asiani cudere cistophoros, suos Attici tetradrachmos, suam alii monetam, quantum per facul-

tates domesticas licuit. Neque jus istud, quod autonomiae pars fuit, ademptum ab Augustis, sed continuatum deinceps quoque, feriendo numos sive ex vetere instituto, nempe qui nullum cum Romanis rerum dominis nexus profiterentur, quos *autonomos* vocamus, sive inserto capite imperantis tum Augusti, aut alicujus ex ejus familia, quos propterea *officiosos* appello, de quibus egimus capite IV. Paucis tamen, ac nonnisi primi ordinis urbibus concessum argenteam domi ferire pecuniam, quales fuere Alexandria Aegypti, Antiochia Syriae, Caesarea Cappadociae, Tarsus, aliaeque. Coloniis Romanis ad feriundos numos opus fuisse permisum Augusti, deinde etiam proconsulum, inscriptum P E R M. A V G., vel PROCO S. manifeste indicat, de quo vide tractatum de numis coloniarum. Inde a Gallieno vix jam amplius provinciae propriam suam, privatamque monetam habuere, ut dictum supra capite III. Atque hoc in statu jus monetarium in provinciis Romae subjectis fuit.

Roma libera monetae feriundae jus nemini, nisi sibi induluit. Nulli unquam magistratui, ne dum privato, permisum fuit, effigiem suam monetae publicae inferre. Ne ipse quidem Sulla, qui aliquot annis tyrannum egit, legesque ad arbitrium fixit, refixitque, jus illud attentavit. Si qua videmus in numis virorum reipublicae illustrium capita, eos satis constat ab eorum posteris ex S. C. rei monetariae praefectis signatos, dum in gentis suae decus eos, aut insignia eorum

a) Macchab. I. c. 15. v. 6.

merita in typorum argumentum legerent, quam nos materiam in prolegomenis ad numos familiarum prolixe tractabimus. Primo Caesari dictatori supremum istud jus honorisque senatus consulto permisus, ut docebimus in ejus numis. Edito semel exemplo non adhaesere IIIviri, qui caeso dictatore per causam constitutae reipublicae summae rei praeerant, tum et Sex. Pompejus suo quodam jure ac nomine ferire monetam, quod quidem minus mirandum in hominibus, quibus vis ac licentia pro legibus fuere, cum idem ausus fuerit M. Brutus Caesaris parricida, qui libertatis P. R. vindex credi voluit.

Augusto rerum potito tanto certius in rem monetariam jus fuit, quia illud sibi jam arrogavit, cum nonnisi IIIvir reipublicae constituendae esset. Eundem tamen etiam honorem communicavit cum iis, quos tribunicia potestate donavit, ac primum quidem cum M. Agrippa, deinde Tiberio privigno. Habent quidem etiam numos aureos argenteosque Caius et Lucius Agrippae filii, quos Augustus in imperii spem Caesares dixit, sed in eorum antica semper est caput Augusti. Indulxit deinde hunc honorem Tiberius Druso filio, ex quo illi tribuniciam potestatem detulit, item Germanico Caesari suo per adoptionem filio, sed cuius numi non existant, nisi aenæi. Drusi senioris numi in omni metallo nonnisi Claudio impestante signati sunt. Feminis vivis summus hic honos perdiu fuit negatus, neque eum indulxit Augustus uxori Liviae, quamvis gratia prævalidae, aut deinde filius Ti-

berius, atque etsi, quae multorum est opinio, ejus caput frequenter compareat in numis aureis, aeneisque, tamen in his non tam caput est Liviae, quam PIETAS, SALVS, IVSTITIA (nam haec nomina addita leguntur) Liviae imagine expressæ, ex qua ipsa verecundia satış apparet, eam a monetae jure procul habitat. Mortuae deinde, ut et Antoniae Druſi senioris, et Agrippinae seniori a Caligula et Claudio signatos numos constat. Claudii et Neronis uxores numis carent, dempta Agrippina juniore, quae aureos quidem et argenteos habet, sed conjuncto semper capite vel mariti Claudii, vel filii Neronis. Habet tamen sola aeneos, senatu haud dubie praepotenti principis matri adulante. Primus Titus filiam Julianam in moneta solam proponi jussit, Domitianus deinde uxorem Domitiam, Trajanus uxorem Plotinam, sororem Marcianam, neptem Matidiam, quae subinde exempla imitati sunt principes successores. Sed haec ad numos tantum in urbe percussos pertinent. Nam Liviā adhuc vivam, tum et Julianam Augusti F., et sequentium principum uxores passim jactant numi in provinciis signati, quod in imperantem Caesaram domum obsequium permisum tantum fuit, non autem, nullo edito in urbe exemplo, imperatum. Perperam ergo adseruit Rinckius <sup>1)</sup>, Hadrianum dilecto suo Antinoo majorem honorem praestare haud potuisse, quam cum in numis perpetuam ejus redderet memoriam. Non existant numi Antinoi, nisi commatis peregrini, iique nonnisi post

1) de vet. num. pot. p. 83.

mortem ei tanquam deo, aut heroi dedicati, Graecis istud obsequium in Hadriani gratiam deproperantibus. At Romanae monetae majestantem probrofi hujus cinaedi effigie nunquam pollutam constat.

Denique ad praesens argumentum pertinet etiam, nosse veram significacionem literarum S. C., quae inde ab Augusto usque ad Gallieni imperium in numis aeneis commatis Romani constanter leguntur, in aureis, argenteisque nonnisi rarissime. Istud jam inter omnes constat, eas legendas *Senatus Consulto*, sed quorum referendum sit ipsum hoc senatus consultum, non eadem hactenus fuit virorum eruditorum sententia. Praetereo harum varias, sed jam hodie obsoletas, quas collectas habes in opere Joberti <sup>1)</sup>). Communis et jam fere ab omnibus recepta sententia est, Augustum, cum unus rerum potitus rempublicam constitueret, auream, argenteamque monetam sibi reservasse, senatui jus in aeneam permisisse. Istud statuendi causas praecipuas habemus duas, quas jam nitide exposuit Baro Bimardus <sup>2)</sup>). I. Certum est, literas S. C. non reperiri in numis imperatorum aureis et argenteis, aut, si quidem reperiantur, eas non ad numum ipsum, sed typum esse referandas, ut monebimus infra. II. Certum etiam, literas S. C. observari in omnibus fere numis aeneis ab Augusto, ut dixi, usque ad Galliendum, neque nisi rarissime desiderari. Ex qua adeo tam constante lege possimus jure dictam triplicis metalli inter Augustos, atque sena-

tum divisionem arguere. Accidunt causae aliae. In marmore Gruteri <sup>3)</sup> memorantur OFFICINATORES. MONETAES. AVRARIAE. ARGENTARIAE. CAESARIIS. Si moneta quoque aenea ad Caesarem pertinuit, cur haec excluditur? Teste Dione <sup>4)</sup> senatus odio Caligulae omnem hujus monetam aeneam conflari jufsit. Quaesito, cur aeneam tantum, cum de abolenda ejus pestis memoria ageretur? Nullam certe aliam idoneam reperiemus causam, quam quod in aurum argumentumque senatui jus non fuit, sed in monetam tantum aeneam. Denique, quod quidem argumentum ex gravissimis unum est, sed iis, qui in eadem disputatione versati sunt, hactenus intactum, certis potest testimoniis comprobari, imperatores jus feriundae monetae aeneae procul ab se habuisse. En tibi primum Othonem, cuius aurei argenteique justo numero super sunt, aeneus commatis Romani certae fideinnullus. Li, qui existimant, senatui totum rei monetariae negotium fuisse commissum, quam, quaequo, causam, sed idoneam, proferent, cur is Othoni dedicaverit numeros nobilioris metalli, negaverit vilioris, cum tamen plerumque Romae major monetae pars ex aere fuerit percussa? Divide jus, et paratum habebis responsum. Feriundo auro argentoque usus est Otho jure suo, non invasit aes, quia juris alieni; cur suo senatus in Othone usus non fuerit, ignoramus sane, ut multa in causis antiquarum alia. Tacitus, cum Vespasiani ad imperium vocati initia enarrat <sup>5)</sup>), inter

<sup>1)</sup> T. I. p. 164. 207. et T. II. p. 12. 60. <sup>2)</sup> ad Job. T. I. p. 209. <sup>3)</sup> pag. 74. 1.  
<sup>2)</sup> L. LX. §. 22. a) His. II. 82.

primas ejus curas refert: *apud Antiochen-*  
*fes aurum, argentumque signatur*, at cur  
 non etiam aes? nimurum utrumque illud  
 juris sui, istud senatorii fuit. Non pauci  
 exstant ex argento Pescennii numi a viris  
 fide dignis vulgati, aureus etiam unus,  
 aeneus Latine inscriptus, qui censuram  
 evaserit, nullus hucusque compertus. Ju-  
 re illud. Pescennius enim, posteaquam  
 semel imperium suscepit, aurum, argen-  
 tumque ad se, non item aes pertinere eli-  
 ratus, senatu interim Romae occupato  
 feriunda moneta aenea cum capite Seve-  
 ri, in cuius is potestate fuit. Albini Clo-  
 dii a Severo Caesare nomine ornati nu-  
 mos habemus non aureos modo, argen-  
 teosque, sed et aeneos; at posteaquam is  
 a Severo descivit, et Augustum se sua  
 sponte dixit, aes ejus nomine feriri de-  
 fit. Neque enim hactenus repertus est Al-  
 bini numus aeneus, qui eum Augustum  
 diceret, et si, qui hoc praestent, abundant  
 argentei. Ejus facti causa plane expedita.  
 Constat ex diserto testimonio Herodiani <sup>b)</sup> ,  
 Severum nomine Albini Caesaris in Gal-  
 lia absentis monetam Romae signari ju-  
 sisse. Feriit ergo tum senatus numos aeneos  
 tam nomine Severi Augusti, quam Albini  
 Caesaris, quo modo is uno eodemque  
 tempore signavit numos nomine Antonini  
 Pii Augusti, et M. Aurelii Caesaris. Ve-  
 rum simul atque Albinus arrepto Augusti  
 titulo hostis a Severo judicatus est, des-  
 neré etiam ejus moneta aenea debuit, Al-  
 bino non sibi arrogante, quod alieni juris  
 fuit, senatu, qui a Severo tenebatur, pro-  
 sequi coeptum honorem non auro. Quos

ergo habemus Albini numos cum Augusti  
 fes aurum, nobilioris metalli sunt omnes, eo  
 que illa provincias in potestate habuit.  
 Atque his credo argumentis, ab ipsis rei  
 numismaticae causis petitis, evidenter  
 comprobatum esse jus monetarium inter  
 senatum et Augustos divisum.

Hæc latius exposui, quia video, di-  
 vilum istud jus non modo olim a Joberto  
 in dubium vocatum, quem deinde locis  
 supra adductis solide refutavit Baro Bi-  
 mardus, sed nuper etiam majore adhuc  
 nisiu a viro præclaræ eruditiois Stephano  
 Morcello, statuente denique, aurum,  
 argentum, aes semper auctoritate senatus  
 signatum esse <sup>c)</sup>. Lubet præcipuas viro-  
 rum præstantium rationes audire primum,  
 deinde refellere, quia eadem opera plus  
 lucis accedet communi sententiae, novis-  
 que ea, ac plane solidis argumentis sta-  
 bilietur. Ajunt, monetae curatores nul-  
 lo discrimine dici *III viros Auro, Argento,*  
*Aeri flando feriundo*. Generatim jam re-  
 spondit Bimardus <sup>d)</sup> , nequaquam repu-  
 gnare, eosdem præfectos potuisse procu-  
 rare et monetam Caesarum, et senatus.  
 At enim argumentum, quod opponam,  
 multo mihi solidius præstet. Tanta est  
 in imperatorum moneta numerorum aureo-  
 rum et argenteorum concordia, ut raro  
 existet typus aliquis in auro, qui non idem  
 plane, et secundum omnes causas exsta-  
 ret etiam in argento, et vicissim, saltem  
 sub iis imperatoribus, qui plures ex auro  
 numos feriundos curavere. Confer. cum  
 his monetam aeneam sub primis impera-

b) L. II. sub fin. c) de filio inscript. Lat. L. I. p. 229. d) ad Job. T. II. p. 62.

toribus signatam, quam enorme utrinque discrimen, nullis certe, aut nonnisi rarissimis communibus typis. Ergo, si senatus in nobilius quoque metallum jus fuit, cur is non principum merita, quae profuse in aere commendavit, in aurum quoque et argentum transstulit? non sub Tiberio *Civitates Asiae restitutas, Clementiam, Moderationem*, non sub Caligula *Restitutam Ducentestinam*, non sub Nerone *Congiaria, Decurzionem &c.*, non sub Galba *Quadragesimum remissam*, non sub Nerva *Frumentum plebi constitutum?* E converso, quod tantum senatus fastidium, ut v.g. sub Augusto *Signa a Parthis recepta*, perpetuum aureae et argenteae monetae argumentum, ne semel quidem in aere ostentaret? Inquiet Morcellus, etiam stante republica, quo tempore nemo negaverit totum rei monetariae negotium penes senatum stetisse, alios typos habuisse numeros aureos, argenteosque, alios aeneos. At enim parum idonee huc aliquis vocaverit reipublicae tempora. Tum enim aës certos suos, fixosque habuit typos five lege, five consuetudine, a qua non facile discessum, asses quidem Janum, semisses Jovem, trientes Palladem &c., aurum et argentum praedictis majorum praeclaris factis, aut cuiuscunque alteri argumento servatum fuit. At non sic imperatorum aëvo, quo, ut ex allatis exemplis vidiimus, spectato typorum delectu idem jus fuit aeri atque metallo nobiliori. Etiam capitis varians in imperatoribus cultus variarum monetae jus non obscure indicat. Habent hi inde a Nerone in non paucis annis prolaurea coronam radiatam, in aureis, argenteisque, saltem quamdiu in

vivis fuere, nunquam usque ad Caracalae imperium, qui primus in moneta argentea radiatus comparet. Ex quo arguo, quoniam corona radiata certum fuit divinitatis symbolum, noluisse imperatores in moneta sui juris praeferre speciem, tanquam divinitatem ipsi sibi arrogarent, et si hanc superstitionem permetterent senatus in moneta, cujus typos ipse dictavit. Cum ergo in utroque numorum genere videamus variare et typos et modos, quis non etiam ab hac ipsa causa duplex arbitrium, et duplex aede jus arguat?

Aliud deinde argumentum, omnia metalla ad senatum pertinuisse, Cl. Morellus a decoro repetit. Incredibile enim sibi visum, omnes Romanos principes tanta levitate, ne dicam amentia, fuisse, ut in honorem ipsi suum inscriberent in numis suis *Aeternitati Aug., Auctori pietatis, Optimo principi, Adsertori libertatis publicae, Restitutori orbis &c.* Existimavit ergo vir eruditus, jus Augustis in aurum, argentumque signandum esse non potuisse, nisi et ipsi inscriptiones omnemque monetae suae modum prouarent. At ego existimo, Augustos sic mandasse præfectis monetæ suæ negotium, ut ipsi providerent pondus ejus justum, ac metalli probitatem, quod vero ad laudes, honoresque immodos attinet, non imperasse haec quidem, tamen permisisse, ut sibi in moneta deferrent. Si Augustus, vir sane moderatus, passim permisit provincialibus, ut templis sibi domi, arasque statuerent, et divinos adeo honores deferrent, ut copiose docebimus in ejus numis, si idem Asiae urbibus indulxit Tiberius ambitionis, laudumque

contemptor, non mirabimur, passos eos, monetae suae inscribi titulos laudum fastuosos, aut humanitatis modum excedentes. Atque haec cum admitterent principes, an propterea vani atque amentes, ac non potius versuti, artiumque politiarum probe gnari, cum scirent, objecto divinitatis nomine populorum intendi observantiam, reverentiamque? Lege de hoc argumento Tacitum<sup>e</sup>). Ergo et vanus, amensque Severus vir sene cordatus, et dexteritatis cognitae, cum, quod multo magis mirandum, obscurae ipse propriae M. Aurelii se filium est professus ex causis, quas in ejus principis moneta expediemus.

Relictum Augustis auri, argenteique jus supra ex Dione stabilivimus, perhibente, senatum Caligulae odio omnem ei monetam, sed aeneam tantum, in quam nempe unam ei jus fuit, conflari jussisse. Molestem hunc nodum sic explicare tentat Morcellus: quoniam, inquit, Caligulae numi aenei, et quidem prae aureis, argenteisque abundant, appareat, a senatu non in ejus monetam aeneam ordinariam saevitum, sed in numos aeneos maximi moduli, quos unos ait a Dione nomine νομισμάτος τού Χαλκού notari. Re vera, inquit, hactenus duas tantum ejus generis nummos Caligulae in catalogis vulgaratos, unum in museo Theupoli, alium in museo Florentino. Minus acquus suae ipsius causae patronus fuit vir eruditus, nam et utrumque hunc maxima formae numum poterat negligere, et quidem numum Theupolianum, quia ex contorniatis

unus est, et tribus adeo circiter saeculis post Caligulam signatus, Florentinum, quia et argenteus est, et Graecus, copmatis adeo peregrini, non Romani, sic ut ne unum quidem aeneum ejus moduli cum Caligulae effigie habeamus superstitem, qui aut eo vivo, aut in urbe culus sit. At vero si sic capienda esse Dionis verba exultimat Morcellus, quia vix existat numus Caligulae maxima formae, necesse est statuere, senatus odium in omnes principes inde ab Augusto usque ad Trajanum flagrasse, quia fere horum omnis deficiunt numi aenei maximi moduli Romae signati, quod jam inter omnes artis nostras peritos satis constat. Quod vero non obstante senatus dicto, eti, quod eodem loco addit Dio, effectu non caruit, obvii tamen hodieque sint Caligulae numi aenei, in causa haud dubie est, partim quia ira in numos praesentes, et qui redimi facile poterant, desaevierit, eaque, ut fit, paullatim deferuerit, partim, quia sparsi jam toto imperio numi imperatum exitium facile vitavere. Testante iterum Dionem<sup>f</sup>), eoque coaevo, Caracalla fratri Getae odio monetam ejus conflavit, an vero impetrare potuit, ut non in hunc usque diem Getae numi in omni metallo abundent?

Atque ut longiori disquisitioni finem denique imponam, satis reor his, quae commemoravi, argumentis stabilitam videri hanc, de qua agimus, inter principes et senatum rei monetariae divisionem, atque hunc jus suum inserto S. C. volveisse indicari. *Enimvero cum constet,*

e) Ann. IV. 37. 38. f) L. LXXXVII. §. 12.

Augustum victis aemulis paullatim omnem senatus populi potestatem sibi subjecisse, an verisimile, omisso eum jus signandae monetae, quod, ut initio hujus tractatus diximus, certissimum semper summae in republica potestatis argumentum fuit habitum? Quod si monetae negotium cum senatu communicavit, sibi que metallum nobilius, viliore senatui permisso, reservavit, fecit istud populariter ac moderate, ne huic nihil relinquere pristinae potestatis videretur. Eodem is exemplo, ac propter eandem causam totius imperii provincias inter se ac senatum sic divisi, ut, quae plus haberent roboris et auctoritatis, suas esse vellet, reliquas senatui, populoque permetteret, quo quidem instituto praesentem etiam de monetae divisione causam praelare puto illustrari.

Supereft, ut nonnullas alias inscripti numis S. C. causas expediamus.

I. Inde ab Augusto generatim haec nota numis, qui monetae rationem habuere, fuit inserta. Est tamen aliquod numerorum genus, quod, etiā commatis certe Romani est, et moneta indubitata, nota S. C. constanter caret. Intelligo aeneos II. formae in Tiberii moneta obvios, in quorum aversa est Caduceus inter duo cornuacopiae, et quod cum primis observavū dignum, ea quoque carent aenei Vespasiani et Domitiani, qui eundem habent typum. At vero ejus omissoe causam fuisse verisimilem, quia idem hic typus fuit symbolum senatus, populi, probabilius aliquando in numis Tiberii ad annum V. C. 775.

II. Eadem haec nota in numis ma-

ximae formae inde ab Hadriano eis plenumque omittitur. Supra capite V. verisimile esse dixi, istud quoque numorum genus senatus arbitrio fuisse signatum, omisso autem generatim notam S. C., ne cum moneta ordinaria confunderetur. At sunt etiam in illustrioribus museis hujus classis nonnulli, qui notam S. C. addidere, cujusmodi vel in solo museo Albani habes numos Trajani, Antonini, Caracallae, Alexandri Severi, atque hos inter etiam aliquos amplio orbe conspicuos, aut ex duplice metallo formatos. Istud cum factum, illa nota indicabit aut arbitrium senatus, qui eos, etiā non in monetae usum, feriri jussit, aut referenda erit ad typum eo modo, quo mox eandem notam aureis quoque, argenteisque numis impressam explicabimus. Numis Decii aeneos maxima formae, eosque obvios, qui omnes notam S. C. praeferrunt, non moror, quia dubitari non potest, eos veram fuisse monetam, et satis conitat, eo imperante in monetae aeneae pondere ac forma multa fuisse immutata.

III. Post Gallienum, ut diximus, nota S. C. etiam ex moneta aenea migravit. Vtrum istud factum arbitrio principum, auctoritate senatus jam tum fere extincta, an suapte exoleverit usus, incertum, neque magnopere laboramus, cum vetera Romae instituta jam hoc aevo pleraque fatiscerent, quod accidere rei monetariae praecipue debuit, quia tum officinae, in quibus moneta seriretur, coepere in provinciis stabiliri, cum jus istud hactenus soli urbi permisum esset.

IV. Nonnunquam S. C. monetae etiam aureae et argenteae imperatorum inscri-

ptum legitur. Non tamen ex eo quis arguerit, hos nobilioris metalli numos auctoritate senatus fuisse percussos, et quod sequitur, huic quoque in illis aliquid juris fuisse. Nonnunquam enim ea nota ad typum tantum refertur, indicatque, illud, quod in numo proponitur, senatus consulto fuisse decretum. Similia exempla jam etiam in denariis urbis liberae occurunt. Legitur in denariis M. Lepidi S. C., in denariis M. Scauri EX. S. C., nimirum M. Lepidus, quod et numus eloquitur, factus est TVTOR. REGIS. *Senatus Consulto*, et M. Scaurus AEDILIS CVRULIS EX. S. C. Adde his denarios Manlii Torquati, et Sex. Pompeji, Lentuli, aliorumque passim. Ergo cum in numis aureis et argenteis Vespasiani consecrati legimus EX. S. C., ea formula notat, non, eos numos EX. S. C. signatos, sed, quod juris fuit senatorii, Vespasianum EX. S. C. consecratum. Sic epigraphe POPVLi IVSSV in denario Octaviani indicat, statuam equestrem, quam is numus exhibet, non numum ipsum *populi jussu* fuisse

procuratum. Aureis non paucis Diocletiani et Maximiani idem S. C. inscriptum legitur, sed difficile est, ejus aetatis leges ex vetere praescripto metiri, omnibusque siglis, quae tum in moneta copiose apparent, certam significationem tribuere.

V. Notam S. C. etiam numis non nullarum urbium exterarum videmus inscriptam, cuius causa non satis expedita. Vide, quae de ea dicemus in numis Antiochiae Syriae, et in tractatu de numis Coloniarum capite VII. At multe magis mirum, eandem senatusconsulti notam comparere etiam in nonnullis Agrippae II. regis Judaici numis.

VI. Imperatores Orientes adeo sibi aurum in re monetaria volebant esse proprium, ut nollent, nisi cum sua accessit auctoritas, a regibus externis signari auro, et si hi istud forte ausi sunt, quod prohibere Romani non poterant, ei monetae valor in imperii R. finibus fuit interdictus. Vide de hæ causâ plura infra capite XVI..

## C A P V T XIV.

*De praefectis monetac, eorumque ministris.*

De his Graecorum sive numi, sive rerum Graecarum scriptores nihil suppeditant. Neque enim apud illos monetæ praefecti, quod Romæ aliquamdiu factum, nomina sua illi inscripsere. Qui viros Athénienfiam tetradrachmis inscriptos tales credidere, nonniſt infirmas at-

tulisse conjecturas, in eorum moneta docebimus. Quae ergo in hoc argumento dicemus, ad unos Romanos spectabunt.

Ad quaestores Romæ pertinuisse explorare bonitatem metallorum, docemur testimonio Livii. *Karthaginenses*, inquit <sup>g)</sup>, eo anno argentum in stipendium

g) L. XXXII. 2.

*impositum primum Romam adverterunt. Id quia probum non esse quaestores renunciaverant, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romae mutua sumpta, intertrimentum argenti suppleverunt. Quae ars cum iam superiore reipublicae aetate cognita esset, miror sane, tempore exeuntis reipublicae a Plinio dici artem factam denarios probandi<sup>b)</sup>.*

Propius Romae siante adhuc republika res monetaria ad III viros monetales pertinuit, qui in numis dicuntur III VIRi A. A. A. F. F. id est : *Auro Argento Aeri Flande Feriundo.* Constituti hi fuere circa annum V. C. 465. Tribus unum addidit Caesar dictator, ut deinde essent III viri, sed ternarium numerum restituit Augustus, quae omnia numorum testimonio comprobantur. Verum de his omnibus prolixius agam in prolegomenis ad numos familiarum, atque etiam ibi credam opportunius, quia III viorum, aut IIII virorum titulo etiam eorum nomina semper adduntur.

Imperante Augusto, atque anno circiter V. C. 740. III viri monetales inscribi numis delivere, non tamen propterea eorum etiam munus antiquatum. Vulgarit Cl. Cajetanus Marinius insigne marmor Trajani aetate positum C. JVLIO. M. F. VOLT. PROCYLO. --- IIIVIRO. A. A. A. F. F. <sup>i)</sup> Aliud Severi aetate positum Q. HED. L. F. POL. RVF. LOLLIANO. GENTIANO. --- IIIVIRO. A. A. A. F. F: refert Gruterus<sup>k)</sup>. In lapide, qui Gordianum Aug. memorat, proditur

PAVLLVS. L. L. AEGIVS. PASSER. III VIR. A. A. A. F. F. vulgante Sponio<sup>l)</sup>, quod monumentum docet praeterea, III viratum hunc Gordiano imperante vilescere jam coepisse, quia homini liberto delatum fuit. In alio marinore Spomii<sup>m)</sup> XX VIR. MONETALIS. De ejus aetate aliud adfirmari non potest, nisi post L. Veri obitum positum fuisse. Sed probabimus etiam in prolegomenis ad familiarum numos, III virum monetalem dici etiam potuisse XX virum. Postremum ergo monumentum, quod III viros monetales memoret, est laudatum marmor sub Gordiano positum. Conjecit Bimardus<sup>n)</sup>, quia monetarii imperante Aureliano, ut narrat Vopiscus, apertam seditionem spectarunt, sic ut justo exercitu reprimendi essent, alium tum rei monetariae modum ac regimen fuisse praescriptum. Infimo aevo, ut constat ex Notitia utriusque imperii, is, cui signanda pecuniae cara mandata fuit, dictus est *Procurator*, vel *Praepositus Monetae*. In marmore, quod vulgavit Seb. Donatus<sup>o)</sup>, legitur MONETAE TREVERICAE. PRAESES. Vide plura apud Bimardum<sup>p)</sup>.

Ministrorum rei monetariae, operumque multiplicia nobis nomina ac munia conservarunt marmora. Qui operis praefuit, dictus est *Optio*. Qui in metallorum probitatem inquisivere, vocabantur *Exactores auri, argenti, aeris*. Reliqui ministri generatim : *Monetarii, Officinatores monetae aurariae argentariae Caesaris, Numularii officinarum argen-*

<sup>b)</sup> L. XXXIII. §. 46. <sup>i)</sup> Iteriz. Alban. p. 54. <sup>k)</sup> pag. 417. 5. <sup>l)</sup> Miscell. p. 273. <sup>m)</sup> Miscell. p. 139. <sup>n)</sup> ad Jobett. T. II. p. 66. <sup>o)</sup> Suppl. ad Thef. Musas, p. 263. 7. <sup>p)</sup> l. c.

*tearum familiae monetariae, Numularii officinatores monetae. Magis definite Siganatores, Suppoſtores, Malleatores, Flatores vel Flaturarii. Quae quidem nomina solum indicasse satis esse exiffimo, quia solum ad partem. numorum mechanicam a nostro instituto fere alienam, pertinent, quo de argumento vide plura apud Sperlingium<sup>q</sup>), et Bimardum<sup>r</sup>).*

Scalptorum, qui numismatum ipsas matrices elaborarunt, mirum profecto, vix aliquam in veterum monumentis fieri mentionem. Et vero cum in copiosis veterum numis miremur artem ad summam perfectionem provectam, artificum tam praefrantium nomina perinde merebantur ad posteritatem transmitti, quam istud factum a Plinio commemorandis iis, qui a gemmarum sculptura insignem famam sunt adepti. Eodem etiam jure propter artis excellentiam poterant scalptores monetarii numis inscribere nomina sua, atque, istud fecere gemmarum sculptores, inciso v. g. ΑΓΙΑΣΙΟΤ, vel: ΣΟΛΩΝ ΕΠΟΙΕΙ. Unicum inscripti artificis exemplum reperi in numis tribus Cydoniae Cretae, qui sunt omnes in museo Cæfareo, nimirum: ΝΕΤΑΝΤΟΣ. ΕΠΟΕΙ. Dorice pro ΕΠΟΙΕΙ. Monetarium etiam

latere leviter suspicatus est Froelichius in nomine ΟΡΣΟΒΑΠΙΟΣ, quod legitur in numis Musae Bithyniae reginae, sed quod aliter esse capendum, in ejus numis dicemus. Forte non pauca artificum nomina continebunt copiosa monogrammata, quae saepe aream numorum Graecorum occupavere, sed quis haec evolvat? Etiam in hac causa parcior Romanorum moneta nullius nobis artificis nomen dedit, neque defectum hunc supplevere marmora. Quin hactenus unicum reperi lapidem, qui scalptorum, et quidem generatim tantum, mentionem faciat. Eum vulgavit celeberrimus Marinus<sup>s</sup>). Verba, quae hoc pertinent, sunt: NOVELLIVS. AVG. LIB. ATIVTOR. PRAEPQSitus SCALPTORVM. SACRAE. MONETAE. Lege ibi insignia Marinii ad marmor istud observata. Vellem equidem, aurea faecula in prodendis praefrantium monetariorum nominibus tam fuisse loquacia, quam istud fuere faecula barbara in promulgandis suorum nominibus, ut cum legimus in numis Clodovaei: DOCCIO. MONetarius, in numis Dagoberti: ELI-GIVS. MONetarius, vel in numis Vienae Allobrogum cum capite Mauricii Aug. EX. OFFICINA. LAVRENTI.

## C A P V T XV.

### *De officinis monetariis, et copia numorum veterum.*

Graecorum iterum sive numi, sive com- monetariis docuere. Ergo in Rōmanis mentarii nihil nos de eorum officinis tantum morabimur.

q) de num. non euſ cap. 34. r) ad Jobert. T. II. p. 62. seq. s) Ileriz. Alban. p. 109.

Quae fuerit flante republica earum conditio, dicemus in Prolegomenis ad nummos Familiarum cap. VI. Inde ab Augusto monetam Romanam fere tantum Romae fuisse signatam, certum est. Solus Strabo, de sua aetate loquens, ait, Ludi Romanorum praefectos cedere monetam auream, et argenteam<sup>1)</sup>). Emeritae in Hispania a P. Carisio legato cūsos denarios ad pondus et modum monetae R., docent residui id genus numi copiosi, quos explicabimus in denariis gentis Carisiae. Ab aliis imperatoribus non nunquam alibi constitutas officinas, a Vespasiano Antiochiae Syriae, a Pescennio in Oriente, a Clodio Albino in Gallia, sicutrum quia Romanae sibi clausae fuerunt, diximus capite XIII., atque ex eadem causa tyrannos in sua quemque dictione, quam invaserant, signasse numos, suapte patet.

Quis fuerit officinarum statuus inde ab Aureliano, quo imperante, aut saltem non multo post per provincias imperii distributae fuerunt, dicetur in tractatu de numis inferioris aevi.

Quod ad copiam numorum veterum attinet, eam magnopere variasse, et variare debuisse, et ratio docet, et hac locupletior magistra experientia. Amplius imperii regnis, civitatibus multa fuisse opus pecunia, suapte patet, ac propterea nequaquam mirum, Romanorum, Philippi II., filiique Alexandri M., Atheniensium, Syracusanorum numos incredibili copia reperiri. Tamen fuere civitates his

potentia non modo non aequandae, sed nomiae ac viribus multo inferiores, quarum opes numismaticae hodieque redundant, ac propterea contemnuntur, ut Thasiorum, Dyrrachenorum, ac variarum Graeciae M. urbium. Contra aliarum illustris olim famae civitatum, ceu Corinthi, Elidis, Olynthi &c. aut nullos, aut paucissimos habemus numos.

Generatim hoc loco monemus tantum, (nam de copia, vel raritate numorum singularum civitatum in harum monetarum agetur) numerum monetae veteris, quae ad nostra tempora pervenit, esse incredibilem, multoque tibi facilius centum monetae Thasiae, vel Dyrracheneae, vel Massiliensis numos praefeo fore, quam vel unum Carolorum, Othonum, Fridericorum, Henricorum, Germanicae stirpis imperatorum. Neque vero superstitis maiore numero monetae veteris causa unica est, quod illo aevi major fuit pecuniae usus, ac propterea copiosius signata, sed etiam quod moneta Graecorum, Romanorumque magis fuit solida, magis crassa, et figuris altius existantibus, at mediī aevi moneta gracilis, subtilis, et aliquo tempore bracteata tantum, quo factum, ut illa in nostrum aevum durare potuerit, haec non item.

Has veteris aevi reliquias uni telluris beneficio debemus eas ultro offerentis, si ve cum aguntur fundamenta, five putei fodiuntur, five muniuntur viae, five vomere terra proscinditur. Plerumque tumrari, sparsique, saepe singuli reperiuntur numi. Lautiorem saepe messem reclusa

1) L. IV. p. m. 292.

(Vol. I.)

mortuorum sepulchra dedere, quorsum eos nota veterum superstitione adegit. At nullum uberioris aucupium, quam cum causis thesaurum obtulit, quem seu vetus avaritia, sive ab hostibus externis metus nemine conscientia defodit, quo modo narrat Appianus, Rhodios in bello cum Cassio pecuniam suam partim terqa, partim putreis, partim sepulchris condidisse<sup>a</sup>). Tantae fortunae illustria, exstant exempla memoriae prodata. Narrat ex Lazio Fabretus<sup>b</sup>), ejus viri aetate reperta in flumine Sargetia Dacie veteris plus quam quadraginta millia numorum aureorum, qui magna ex parte Lysimachi Thraciae regis nomine fuerunt inscripti. Prope Britannum circa annum 1760 reperta fuisse vas a sigilla repleta numis imperatorum numero fere XXX. in illum, perhibet Pellerinius<sup>c</sup>). In agro Fuxensi inventum est dolium vetus, in quo continebantur LX. millia numorum, quorum nullus Gallieni imperium excessit. Erant inter hos rarissimi Tranquillinae, Corn. Superae, Pacatiani duo. Excepi haec Tolosae ex catalogo MS. academiae, ubi adhuc numeri rariores ex omni numero selecti ad servantur. Narrat alibi Pellerinius<sup>d</sup>), anno 1759 prope Laodiceam Syriæ, hodie Latakia, a rustico effossum thesaurum locupletem praestantissimis numis Graecis constantem, et in suam potissimum gazam derivatum. Quam stupendus monetae veteris numerus eodem loco defossae repetitur frequenter in Dacia vetere, praecipue in hodierna Transilvania, et Wala-

chia, expertus ipse non semel sum. Scripsit mihi exc. princeps Turris Muciae, thesaurum numorum Syracusanorum ex argento, qui hinc caput Palladis, illinc Pegasum exhibent, pondere CC. librarum ruci prope Syracusas inventum fuisse.

Superest docere, cum tantas nobis opes anteacta aetas suppeditet, ad quem numerum numorum, exclusis omnibus ejusdem argumenti, adsurgere possit museum quoddam his reliquis liberalissime instructum. Nemo jam est, qui non stomachetur hiatum promissoris Wolfgangi Lazii, civis olim nostri eruditissime sane, sed parum utique cordati, cum in commentariis suis DCC. millia numorum veteranum sese vulgaturum sponderet. Non est milii animus elevare hoc loco insanii bujus promissi fidem, quia istud a me post alias praestitum jam est in Historia musei Caesarei, quam ejus catalogo praefixeram. Ut supra, quam credi potest, excessit Lazarus, ita nimium teste Morellio<sup>e</sup>) detraxit Carolus Patinus, qui vix VII. millia in cimeliarchiis reperiri olim credidit. Ipse Morelli, cum haec scriperat anno 1695, delineata sua manu possedit XXV. millia numorum veteranum<sup>f</sup>). Bimardi census, sed ut ipse professus est, tantum verisimilis, fuit talis<sup>g</sup>): Aurei imperatorum 3000, argentei corundem 6000, aenei corundem III. formae 20000, ut adeo aenei omnium trium formarum adsurgere facile possint ad 30000. In hunc censum nondum venere numi maximi moduli. Concludit denique<sup>h</sup>), adnumeratis his, tum et qui-

<sup>a</sup>) Bell. siv. L. IV. c. 73. <sup>x</sup>) de colum. Traj. pag. 235. <sup>y</sup>) Rec. III. pag. XLIX.  
<sup>a</sup>) Mel. I. p. 104. <sup>a</sup>) Specim. p. 9. <sup>b</sup>) l. c. <sup>c</sup>) ad Jobert. T. I. p. 66. seq. <sup>d</sup>) pag. 68

mariis, iis, quos *potius* appellamus, plumbeis, numis consularibus, denique regum, urbiumque, confici numerum veteris monetae posse, qui millia L. superaret etiam. Haec Bimardus obiter, nullo *diligentia* proposito, sed quam praefitare in hoc censu labor esset molestus, et ad extre-*mum aduertorū*. Conjecturis, sed his tamē solidis, possumus numerum saltēni vici-*num* eruere. Cum Bimardus in hoc suo computo meminerit abbatis Rothelinii, qui unius Probi mille octingentos variis commatis numos possedit, satis appetet, cum numos omnes, modo ex levissima et maxime ignobili causa unus ab altero differret, cuius naturae est maxima eorum pars inde ab Aureliano, in calculum suum recepisse. Secus numerum aeneorum III. formae ad 20000 millia porrigerere non potuisset. Quam legem si ad Augustorum numos applicuit, valere etiam debet ad alias numorum classes, ac tum infinitam varietatem dabunt numi familiarum, v. g. Calpurnii Pisonis, Rosci, Papii, Sentii, aliorumque, in quibus persaepe litera alphabeti, aut nota arithmeticā, aut minutum quoddam sigillum totam discrimen faciunt. Ingentem deinde accessionem suppeditabunt numi commatis externi, v. g. Syracusanorum didrachma, Philippi II. et Alexandri M. moneta, so-

lis item sigillis adiaphoris, aut literis solitariis varia, drachmae Dyrrachenorū, quae unum magistratum variant &c., de quibus causis agetur infra capite XVIII. His si addamus, quantum veteris monetae nōndum cognitae inde a Bimardi temporibus comparuit, ut videre licet ex catalogis Pellerinii, Hunteri, Ennerii, Zoggae, Tanini, aliorumque, vix dubitare licebit, universum monetarū veteris numerum ad LXX. millia posse extendi. Verum tantus numerorum numerus plus propter multitudinem oneris adferet, quam propter discriminū ignobilitatem veri emolumenti, idque unum cognita haec infinitarum motuum diversitas poterit praefare commodi, ut vēt hoc uno argumen-*to* confirmetur ea; quae de signata olim incredibili numero monetarū copia hactenus differui. Omissis superfluis his opibus malim mihi contingere museum, quod XXX. millia non magnopere excedat, qui numerus tam justus est, ut facile contine-*re* possit emolumenta omnia, quorum causa thesauri numerorum veterum inserviantur. Enimvero Pellerinii thesaurus, ex illustrissimis unus, qui hactenus coahuere, complectebatur numerorum millia XXXII.

supra D., unde aliquot centurias fine universi detimento posse detrahi ipse professus est \*).

a) Additions in pressis.

## C A P V T XVI.

*De valore monetae externae, et mortui principis.*

Non agimus hoc articulo de moneta non nullorum populorum privata, quae monetae imago potius fuit, quam vera moneta, qualis fuit ferrea Spartanorum, scorteo Carthaginensium, flannea Syracusanorum, aliave alterius materiae, quas tractavimus supra cap. VI. Hi nimirum nummi, cum non essent ejus materiae, quae ex communii usu ad signandam monetam valuit, pretium habebant quidem a republica praescriptum, sed quod sibi praescribi populi vicini, liberique passi non sunt. Agimus ergo hoc loco tantum de moneta triplicis, usitatique metalli, auri, argenti, aeris.

Monetae externae aliunde quoquemodo injectae varius fuit usus. Aut fuit mercis loco, qua conditione fuere Victoriae ex Illyrico Romam advecti teste Plinio (<sup>f</sup>), atque etiam Philippi aurei, a Philippo Macedone sic dicti, praecipue tum, cum monetae aureae usus nondum Romae valuit, quorum adeo tantum fuit pretium, quantum valebant pondere. Adde ingenitem vim numorum Osceasium, Cistophorum, aliorumque monetae peregrinae varii nominis, quam per bella externa ex hostico captam praedae nomine importatam muluis locis meminere Livius, alii que, subinde in monetam patriam fusione transformatam. Mercis etiam modum habuit aurum L. talentis argenti aestimatum,

quo Tithraustes Persa corrupit urbes Graecas, ut Agesilaum ex Asia summoveret <sup>g</sup>). Aut valuit moneta externa, et si ejus in foro rerum venalium usus non esset, ad faciliorerem commercii usum cum populis exteris, aut in stipendia militum, cum foris bellum gerendum fuit, aut si commatus, aliave vitae, aut belli subsidia foris quaerenda fuere. Non ergo mirum, Atheniensibus, eti aurum apud eos non fuisset signatum, praefato semper fuisse aureos stateres Daricos, Cyzicenos &c., quorum saepe mentionem facit Demosthenes, aliique, quique a trapezitis peti facile poterant. Non etiam mirum, a Persis Graecas civitates saepe oblatis Daricis legi corruptas, aut orratos fuisse a Spartanis, ut in horum moneta dicemus, omnis commatis numos aureos, argenteosque, quibus eti domi uti non liceret, tamen, ex quo Graeciae principatum ambivere, ad bellii apparatus necessarios, et expeditiones procul a patria susceptas opus fuit. Fecerunt hae causae, ut numerus hospes, praecipue cum a metallo nobilitas accedit, non minore esset in honore, quam qui natura civitatis jussabuit.

Quo tempore civitates fere singulae propriam luam habuere monetam, et exclusare alienam, necesse fuit, commercia, ut olim, sola mercium permu-

(<sup>f</sup>) L. XXXIII. §. 12. (<sup>g</sup>) Xenoph. His. L. III. p. m. 502.

tatione peragi, quod incommodum sua adhuc aetate fuisse permolestum questus est Xenophon, cum ait<sup>b</sup>): ἀλλα μην και τοις ὄμποροις ἐν μεν ταῖς πλεισταῖς τῶν πολεων ἀντιφορτίσθαι τις ἀναγκη, τομισμασι γαρ οἱ Χερσιμοις ἔξω Χρυσοι, πρατερα mercatoribus plurimis in civitatibus reddere onora pro onoribus necesse est, numis enim foris inutilibus utuntur. Hujus levandi incommodi causa conventum non nunquam videmus inter gentes vicinas, ut earum moneta utrobique valeret. Teste marmore Oxoniensi II. v. 55. pacti sunt Smyrnaei cum Magnetibus, ut sua apud hos moneta aequo jure habeatur. Δε χερσιμοι δε και οἱ Μαγνησιοι το τομισμα της πολεως ἔνομοι. Athenis obolos etiam Aeginaeos in foro valuisse, elegans Diaphili apud Athenaeum testimonium comprobat<sup>i</sup>). Alias etiam necessariis ictud causis postulantibus permisus monetae externae valor. Refert Polybius<sup>k</sup>), Ptolemaeum Evergetem Rhodiis terrae motu paene eversis praeter infinitam aliam liberalitatem donasse χαλκε τομισματος ταλαρα Χιλια, monetae aeneae talenta M., quam ergo verisimile est, in domestici quoque commercii usum fuisse admissam. Sunt etiam, qui in causis iniutorum signorum, quae saepe in numis urbium Graecarum iacula comparent, etiam putant permisum monetae externae valorem, de quo ex proposito agemus alibi.

Fuisse tamen monetam aliquam publicam, cuius valorem universa Graecia adprobaverit, videtur posse colligi ex in-

signi Platonis loco, quem, quia ad plures causas valet, lubet integrum propnere. Accedit ad haec, inquit<sup>l</sup>), et alia lex, quae vetat, privatum quemcunque possidere vel aurum, vel argentum, non tamen et numum, causa scilicet impensae quotidiane, quam et opificibus fore necesse est repraesentare, et omnibus, quibus cunque opus est, mercenariis, servis, et familiae tanquam mercedem rependere. Cujus causa permittimus quidem habere pecuniam, sed ejus generis, quae dominum suum habeat valorem, ab exteris vero reprobetur, civitati ipsi vero etiam communem Graecorum pecuniam (κοινὸν Ελληνικὸν τομισμα) causa bellorum, et ad exteras gentes profectionum, ut sunt legationes, aliaeve causae similes. Privato vero si necesse aliquando sit foras proficiunt, impetrata a magistratibus venia proficiuntur. Quod si domum reversus pecuniam peregrinam habeat residuum, civitati eam exhibeat, ejusdem valoris domesticam prae ea recepturus. Quod si quis occultare eam, et in privatum usum convertere deprehensus fuerit, publica fiat; qui vero ejus fuit conscius, neque indicavit, iisdem cum eo, qui intulit, maledictis et opprobriis obnoxius esto, ad hanc multa non minore puniatur, quam allatus peregre numerus fuerit. En tibi ex hoc testimonio pecuniam Graecorum communem, quam non dubitem fuisse monetam Athenienfium argenteam incredibili copia signatam, et qua omnis Graecia abundavit. Neque ego aliam fuisse causam existimo, cur illustiores

b) περὶ προσοδῶν p. m. 92<sup>a</sup>. i) L. VI. p. m. 225. k) His. L. V. c. 89. l) de Legib. L. V. p. 74<sup>a</sup>.

Cretae urbes, ut dicemus in Atheniensium numis, tam anxie Atticae monetae in numis suis pondus, typos, causasque omnes fuerint imitatae, quam ut ad communem tum universae Graeciae monetam conformarent quoque suam. In moneta communi serius habiti quoque fuerint numi Alexandri M., nam hos quoque proxime imitati sunt reges exteri, ut dicetur in hujus regis numis. Pecuniae per Graeciam communis meminit etiam Polybius, cum narrat, Spartanis, quia bellis sese externis implicari passi sunt, atque ad horum sumptus non valeret pecunia ferrea, necessitatem fuisse impositam acquirendi *κόντης τοιμασμάτος*<sup>m</sup>). Quod ad monetam auream attinet, videntur Darici inter Graecos instar monetae domesticae accepti fuisse, expensique. Laedaeonii, cum Xenophontis milites a Cyri expeditione reducis sibi adjungore vellent, in has leges ivere, ut Daricum unum menstruum singulis in stipendum darent; praefectis cohortium bicos, duobus quaternos<sup>n</sup>). Frequens etiam in Graecorum commercio Cyzicenorum mentio, de quibus egimus capite IX.

Romanos moneta externa pro mercede, supra ex Plinio diximus, ac multo istud magis tum, ex quo primum moneta argentea, subinde et aurea lege ordinaria signata fuit. Coepere ergo tum numi exteri, praecipue si antiquioris notae fuere, in cimeliis haberi. Narrat Suetonius<sup>o</sup>), Augustum in Saturnalibus praeter alia variis generis munera divisisse etiam nu-

*mos omnis notae, etiam veteres regios ac peregrinos.* Ex quo apparet, in commerciis eos usu non fuisse. Quo tempore Sicilia praetorem Verrem habuit, valuisse in hac insula numos et Romanos, et Siculos, ex Cicerone discimus<sup>p</sup>). Imperante jam Augusto monetae provinciali parari existim coepit. Ei auctor fuit Maecenas, ut ne urbs propriam haberet monetam, pondus, mensuram, omnes Romanis uterentur<sup>q</sup>). Revera in Occidentis provinciis paullatim moneta omnis coepit aboleri, sola obtinente Romana, ut tamen diutius ea in provinciis in Orientem positis duraret, quod argumentum copiosius alias tractavimus. Denique per orbem cultiorum juxta monetam Romanam alia non fuit, quam regum Bosporanorum, et Persarum. Illi Romanis plerumque obnoxii aureis, argenteisque numis suis fere constanter imperatoris coaevi caput unius eorum facie insculpsere, quin tamen existimem, in imperii provinciis eorum fuisse usum permisum, partim quia in moneta externa semper habiti fuere, partim quia eorum numi aurei a Romanis differebant pondere et auri probitate, nam ex electro potissimum fuere. Telle Procopio<sup>r</sup>) indulxit Justinianus regibus Francis, ut eorum moneta aurea intra imperii Romanian fines aequa valeret. Quod cum indulatum non fuerit regibus Persarum, et si prohiberi non potuissent, quo minus aurum siquarent, quia tamen moneta aurea a commercio cum Romanis exclusa sibi fuisse inutilis, malebant uno argento esse

<sup>m</sup>) Hist. L. VI. c. 47. <sup>n</sup>) Xenophon Exped. Cyri L. VII. p. m. 413. <sup>o</sup>) in Aug. c. 75. <sup>p</sup>) in Var. L. III. a. 75. 76. <sup>q</sup>) Dio L. LII. §. 30. <sup>r</sup>) Goth. L. III. c. 33.

contenti. Vide totam hanc causam copiose ac nitide tractatam a Bimardo, et falsa aliorum de ea judicia refutata<sup>8)</sup>). Moneta imperatoria fere sola in imperii provinciis dominata, facilem etiam propter auri argenteique bonitatem accessum ultra imperii fines, et remotissimas gentes nacta est. Narrat Arrianus<sup>9)</sup>, Barygazam, quae est urbs Indiae citra Gangem, praeter alias merces deportari etiam solitum θηραριον Χενστα και ἀργυρου, ὃχοι ἀλλαγη και ἐπικεφαλαια την προς το ἑπτακιον νομοσμα, dōnarium aureum et argenteum, oujus cum moneta domestica quaefusa est commutatio. Cujus quidem testimonii fidem haud ita pridem vidimus confirmari numis aureis imperatorum II. saeculi in parvo vase repertis apud pagum Nelore in intima India supra Gangem situm, ut lego in opere *Asiatic Researches Calcuttae edito Tom. II. §. XIX.*, quo loco et numi duo, Hadriani et Faustinae, pars ejus thesauri, aeri incisi proponuntur. Verum igitur fuit te-

timonium Cosmae Indopleustae jam alias a me productum, ope monetae Romanae omnes gentes agere commercia.

Monetam mortui principis, sive Graeci, sive Romaui, suum adhuc retinuisse valorem, nisi cum per causas sive politicas, sive quascunque alias abolenda visa fuit, tam certum est, ac omnibus vulgo persuasum, ut omittere nulla jactura possim, quaecunque ad istud comprobandum paraveram. Neque necesse fuerat ejus vel meminisse, nisi a Morcello, praeclarae eruditiois viro, sed forte unico, nuper canore adseratum viderem, mortuorum monetam continuo abolesi fuisse solitam<sup>10)</sup>). Certum est, fuisse nonnullos inferioris aevi imperatores, qui solam suam monetam valere in commerciis voluerunt, sed constat etiam, a proximis istud principibus fuisse improbatum. Vide, quae alia hic pertinent, apud Rinckium<sup>11)</sup>.

*D e i n s c r i p t i o n i b u s*

Copiosam suapte materiam nequaquam copiose tractare est animus, sed eas tantum persequi partes, ex quarum cognitione ars numismatica, aut generatim philologiae studium aliquid potest percipere utilitatis. Hujus ergo tractatus articulos statuimus sequentes:

- §. I. De inscriptionum ortu, progressu, meritis.
- §. II. De scriptura retrograda, et στροφηδον.
- §. III. De vario inscriptionum situ.
- §. IV. De linguis.
- §. V. De literis solitariis.

<sup>8)</sup> ad Jobert. T. I. p. 116. <sup>9)</sup> in Periplo Erythr. T. I. p. 28. edit. Hudson. <sup>10)</sup> de Style Inscrip. L. I. p. 220. <sup>11)</sup> de vet. num. pot. cap. XIV.

§. VI. De compendiis scripturae.

§. VII. De literis incusis.

§. VIII. De modo inscribendi nomina  
urbium, et populorum.

§. IX. De dialectis.

§. X. De forma literarum Graecarum.

§. I.

*De inscriptionum ortu, progressu, meritis.*

In ipsis artis monetariae incunabulis nullas plerumque insertas fuisse literas, ex numis ipsis potest intelligi. Etenim in illustrioribus museis aurei argenteique commatis vetustissimi justo numero servantur, quos nulla unquam inscriptionis nota insignivit. Idem intellige de vetustissimis acneis Italiae mediae. Nimirum antiqua illa aetate culta simplice contenta, atque omne superfluum amputante satis visum imprimere metallo notam qualemcumque, testem auctoritatis publicae, quae singularum civitatum monetam discerneret. Is literarum defectus civitatibus olim innoxius nobis istud attulit mali, quod multorum numorum, qui sic anepigraphi sunt, patriam certam ignoramus. Multis contigit aliorum similium beneficio, sed literis insignium, ad vitam revocari. Selinuntis Siciliae numos solo apii folio notatos, cum diu incerta sede vagarentur, nuper, cunctes essent, intelleximus prolati simili alio cum epigraphe ΣΕΛΙ. Idem beneficium experti sunt multi alii, quos nunc praeterero.

Tamen etiam secuta aetas, quam rarius, numos dedit omni inscriptione destitutos. In causa etiam tum fuit, quia, cum civitates aliquae certos habuerint typos, quibus alias aut usae non sunt,

aut utendi causam nos habuere, natale suum solum ipsi dictaverunt. Sic filrium, planta Cyrenaica, in numis conspicuum suapte elocutum est patriam Cyrenaicam, balaustium Rhodum, vas monotonum certae formae Cymen Aëolidis, clypeus Boeoticus Thebas &c. Huc pertinent numi urbium cum typis homonymis, ut cum Cardia Thraciae signavit *cor*, καρδια, Clides insulae *clavim*, κλειδα, Rhodus *rosam*, ροδον, Side *malum* *Panicum*, πανίγιον, Selinus *folium apii*, σελινος &c., cuius generis numos Galli concinne *Médaillles parlantes* dixerunt.

Videntur fuisse urbes, quae jam inde a principio monetam suam inscriptione distinguere instituerunt. Nullum me videre memini numrum illiteratum seu Sybaris, seu Posidoniae, seu Cauloniae, seu Crotonis, et si commatis sint antiquissimi, et ipsi suis se typis satis discernerent.

Vetusissimo aeo paucis literis inscribi urbis nomen consuevit. Sic Crotoniarum antiquissimi numi habent KPO., Sybaritarum ΣΤΡ., Atheniensium ΑΘΕ. &c. Noli tamen istud legis certae instar putare; nam habemus perantiquos Syracusanorum scripto plene ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ literis pervetustis, tum et Rhegii, Mellanae, Phaeiti, Rhauci. Multis tamen populis serius quoque parca epigraphe placuit. Ad hoc genus pertinent numi solo Σ, eoque grandiore notati, crediti olim esse Maleae Laconiae, placita nunc magis Sicyone, vel Siphno. Notum A magnum ad significantum Argos Argolidis. Frequentiores sunt cum adjecta altera adhuc litera, ut ΣΙ. Siphniorum, ΣΕ. Seriphiorum, at cum solum Σ ponitur, incerto, utrius sint po-

puli. Adde KT. Cumes Aeolidis, Cydoniae, Cyrenes, Cypri, AA. Laconum &c. Pellerinius prolixum nobis catalogum dedit urbium, populorumque, qui nomen suum una, binis, tribus literis in moneta expressere <sup>y)</sup>, verum me judice plerumque fallit, aut saltem ambiguum est iudicium, quod is ex literis solitariis capit, demptis iis, quae frequenter in coloniarum numis occurunt, sed ad quas rite explicandas juvant causae aliae. Sic E solitarium notare Emeritam Lusitaniae, docent praefixa C. A., id est: *Colonia Augusta*. Certius deinde indicium, cum nomen populi binae literae δεχαισσαντα exprimunt, sed adhuc tum cautione opus est, et saepe a variis varie fuit peccatum. Ipse Pellerinius numrum AA. Lacedaemonia amandavit, qui certe est Larymnae Boeotiae. Mox vidimus literas KT. plurium urbium patientes. Minuitur ambiguum, aut fere evanescit addita litera tertia. Reges etiam non pauci scripturae compendio sunt usi, ac praecipue reges Bospori Cimmerii, scripto v. g., BAΣ. Π., quo indicatur BAΣιλευς Πολεμων hujus nominis alter, BA. P. rex Rhescuporis I., BA. K. rex Cotys I. &c. In numis familiarum v. g. Q. C. M. P. I. id est: Quintus Caevilius Metellus Pius Imperator, sed de quibus alibi. De compendio scripturae ope monogrammatum agetur infra:

Generatim observo, parsimoniam scripturae fuisse notam aevi simplicioris, aut etiam reipublicae, regni, imperii florentis, in cuius locum aetas luxu depravata, aut versus in pejus rerum statu invexit

loquacitatem hortante sive vanitate, et ambitione, sive adulacione. Cum regnum Syriae valeret opibus, satis ad dignitatem visum est scribere modestum illud ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΕΛΑΤΚΟΤ. vel ΑΝΤΙΟΧΟΤ., at vero extenuata ejus regni potentia en tibi v. g. Antiochum XII. haec crepantem: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΤ. ΔΙΟΝΤΣΟΤ. ΕΠΙΦΑΝΟΤΣ. ΦΙΔΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΤ., nimis ut pauperes jam reges provinciarum jacturam titulorum copia pensarent. Ephesiis republica integra ac viribus valente suffecit solum ΕΦΕΣΙΩΝ, verum attritis rebus suis solabantur se honoribus adscitiis, v. g. ΕΦΕΣΙΩΝ. Δ. ΝΕΩΚΟΡ. Η. ΠΡΩΤΗ. ΠΑΣΩΝ. ΚΑΙ. ΜΕΓΙСΤΗ. Confer et Smyrnaeorum tumorem. Auctae per ambitionem, aut laudis studium scripturae multa praebent documenta numi Romani tam familiarum, quam imperatorum, quae praetereo. Aduktionis in principes canora suppeditant argumenta numi tam Graeci, quam Latini. Pervulgatum est illud Cianorum, Nicaeensium, Caesariensium Cappadociae: ΚΟΜΜΟΔΟΤ., vel ΣΕΩΤΗΡΟΤ. ΒΑΣΙΛΕΤΟΝΤΟC. Ο. ΚΟCMOC. ΕΤΤΥXΕI. Commodo, vel Se vero regnante orbis felix est, item copiosi tituli, quos urbes Graecae in Parthia sitae in reges Parthos contulere. Romana turpis servitii exempla propter copiam omitti.

Inscriptione numerorum, atque ejus praecipue ubertate, quae veteri parsimoniae successit, magna in universam philologiam fluxisse commoda, in aperto est.

y) Suppl. II. p. 105. seq.

(Vol. I.)

## PROLEGOMENA GENERALIA.

Quantam inde lucem accipient historia, chronologia, geographia, mythologia, theologia, ritus, allegoriae, verbis exponere longum foret, et patebit ex operis decursu unius philologiae commodis consecrati. At vero quod praecipuum est inscriptionis numismaticae beneficium, capitibus Augustorum, regum, personarum utriusque sexus illustrium adjecta, quorum ea sunt effigies, nomenclatoris more dictat, quo sane unico subfido vetus iconologia nititur, et sine quo in hunc usque diem ignoraremus effigies, quas nobis reperta omnis generis veterum simulacra objiciunt, quia quaecunque alia monumenta addere eorum, quorum sicut sunt imagines, nomina neglexerunt. Ergo si qua veteris aevi in lucem profertur image, ad numos provocamus, quorum oraculum si eam definit, satisfactum nobis putamus, neque ultra inquirimus, fin cessat, in incertarum numero nullo vindice habebitur.

## §. II.

*De scriptura retrograda, et βεστροφής.*

Hoc articulo comprehendo modos illos, qui a modo scripturae ordinario a sinistra ad dexteram progradientis, et eadem iterum lege incipientis, aut in orbem ductae discedunt. Sunt vero I. scriptura retrograda, II. ea, quae Graecis βεστροφής dicitur.

I. *Scriptura retrograda.* Est hic modulus in numis Graecorum plerumque testis aevi pervetus, retentus a populis Orientis, qui in Graeciam scripturam invexere. Sic in numis Himerensium Siciliae antiquissimis legitur ΑΡΗΜΙΗ pro HIMERA, pictura retrograda inguentem etiam bar-

Messanenium Siciliae ΗΟΙΛΑΖΖΕΜ pro ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ, quam scribendi legem Froelichius perperam in monetariorum vitiis putat<sup>a)</sup>). Neque tamen existimes, omnem epigraphen valde antiquam fuisse etiam retrogradam. Contrarium docebunt copiosi variarum regionum numi, praeципue M. Graeciae et Siciliae, qui etiam longae vetustatis characteres offerunt, tamen moris recentioris legem sequuntur. Non raro in uno eodemque numero utrumque scripturæ modum videre est. In antiquissimo Buxenti Lucaniae scribitur ΠΤΕΘΕΣ more nostro, et ΣΙΡΙΝΟΣ retrograde. In alio non magnopere vetusto Cyrenenium est ΚΤΠΑΝΑΙΩΝ moris novicii, et ΘΕΤΨΙ. retrogradum. Eandem discordiam inter literas ejusdem verbi singulas potes observare. Sic infrequentibus Atheniensium numis, quos dabit Haymius, babes ΑΘΞ pro ΑΘΞ.

Non tamen semper epigraphe retrograda numum in prima rei monetariae tempora promovet. Fuece praeter Orientis linguas aliae nostri solis, quarum litteræ plerumque a dextera ad sinistram tendunt. Vide numos Etruscorum, Samnitum, Oscorum, qui inscriptionem fere semper retrogradam offerunt, eti numi Etrisci non pauci admodum vetusti aevi non sunt, numi vero Osci et Samnitici intra VI. et VII. saeculum urbis conditae lucem viderint, ut suo loco docebitur. In numis Atheniensium aeneis, ac propter hanc ipsam causam serioris aevi, legitur retrograde ΑΘΗΝΑΙΩΝ.<sup>b)</sup> Denique scri-

<sup>a)</sup> IV. Tent. p. 380. <sup>b)</sup> Hunter. Tab XI. n. 2. et 6.

Bariem, rudesque artifices arguit. Hoc modo scribitur vocabulum ΜΗΛΙΩ in numo aevi sequioris Meli insulae <sup>b)</sup>), et similis ruditas occupavit numos Cydoniae Cretae cum capite Tiberii <sup>c)</sup>), ut taceam exempla alia paucim obvia.

II. *Scriptura βυστροφηδον*. Hunc modum Pausanias celebrem Cypseli arcam descriptens sic explicat <sup>d)</sup>): Των δὲ ἐπὶ τῷ λαρνάκῃ ἐπιγραμμάτων ἐπεστὶ τοῖς πλεοσι γραμμασι τοῖς ἀρχαιοῖς γραμμέσιν. Καὶ ταῦτα εἰς τὸν αὐτὸν ἔχει, σχηματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων, ΒΟΤΣΤΡΟΦΗΔΟΝ καλούσιν Ελλήνες. Το δέ εστι τοιούδε. Απὸ τε περιποτος τε ἐπους ἐπιστρέψει τῷ ἐπω το δευτερος, ὡπτερ εν διαυλε δρομῳ. *Epigrammata arcas majorem partem literis vetustis exarata sunt, quarum quidem aliae recto ordine progrediuntur, aliae vero ejus sunt modi, quem BOVSTROPHEON Graeci vocant. Is vero est talis. A fine versus prioris versus alter revertitur, perinde atque in diauli cursu.* Etymon dedit Hesychius in *Βυστροφηδον*: ἐτας ἐλεγον, ἐπαι δροιως τοις δροτριωσι βασι τας ἀντιστροφας ποιη τις. Ελεγον δε ἐπι τη γραφειν τεσπω τοιστω. Sic

ΑΚΡΑΓ	AKRAC
ΝΙΤΝΑ	ΖΟΤΗΑ
ΤΑΡ	Rhauci Cretae.
ΚΙΩΝ	(Hunter.)
ΝΕΟΠΟΛΙ	Neapolis Camp.
ΣΑΤ.	(Mus. Caef.)
φΡΟ	Crotonis.
ΗΟΤ	(Mus. Caef.)

discere, cum quis more arantium boūm con- verfiones facit, ut cum tali modo scripturn peragebatur. Hac lege tabulas Solonis fuis fe scriptas testatur Harpocration <sup>e)</sup>). Ab his testimonis docemur, hunc scripturæ ordinem esse ex antiquissimis unum.

Montfauconis injecta ὡς τη παροδῷ hujus scripturæ mentione, nulla ejus superesse vestigia adfirmavit <sup>f)</sup>). Si marmora spectes, vere istud potuit adfirmare, quia ejus aetate eorum nullum βυστροφηδον inscriptum cognitum adhuc fuit. Edinundus Chishull in suis ad marinor Sigeum observatis unicum hoc exemplum scripturæ βυστροφηδον inter omnes ubique reliquias antiquitatis existare dixit <sup>g)</sup>). Iterum istud verum, si de marmoribus sermo, nam marmora Fourmontiana eadem lege inscripta. serius actas in apricum protulit. At si eruditii illuviri antiquissimos urbium, populorumque numos, qui jam tum pal- sim cogniti fuere, consuluissent, non sane ignotum hunc scribendi modum in omnibus vetustatis reliquis adseruissent. En ex- rumis exempla aliquot omisis multis aliis:

ΣΙΛΑ	in numis.
ΖΟΗ	Agrigenti.
ΣΟΔ	Soli Ciliciae.
ΝΟΞ	(Hunter.)
ΤΕΝΕΔΙ	Tenedi insulae
ΝΟ	(Pellerin.)
ΑΚ	Acasthi Maced.
ΝΑ	(Hunter.)

Enimvero vetustissima Graecorum scriben- popolorumque peti debet, sed quos ma- di ratio, et literarum forma ex solis nu- jorum nostrorum plerique neglexere, solis mis, quos autonomos vocamus, urbium fere tantum regum et Augastorum numis.

b) Peller. c) Mus. Caef. d) L.V. s.17. ejus οντωθεντομε. f) Palaeogr. p.1.5. g) Ant. Afric. p.13.

Intenti. Quod supra in scriptura retrograda dixi, hanc non semper numum in antiquissima tempora promovere, etiam ad praesentis scripturae legem valere debet. Sunt in museo Caesareo numuli duo aenei plane gemini Amphipolis Macedoniae, in quorum uno legitur <sup>AM</sup> in altero <sup>AM</sup> qui alter scribendi modus a monetarii si-  
ve inscitia, sive negligentia fluxit. Idem toties suspicere, quoties in monumentis senioribus scripturam βαστηροφηδον reperies.

## §. III.

*De vario inscriptionum situ.*

Inscriptiones jam partem numi adver-  
sam, jam aversam, jam utramque occu-  
pant, jam literis in orbem euntibus, jam  
lineis rectis vario itinere, iisque, cum  
longior est epigraphe, multiplicatis. In  
numis Abderae, regum Parthiae &c. qua-  
dratum efficiunt, cui typus tanquam vallo  
includitur.

Non raro utriusque partis inscriptio  
conjugenda est. Frequens istud in numis  
Augustorum, cum in aversa horum tituli  
continuantur. In numis Graecorum est  
v. g. hinc ΤΡΑΔΙΑΝΩΝ, inde ΚΑΙ-  
CAPΕΩΝ, nimirum Tralliani a Caesare  
nomen honorificum fortiti. Eiusdem ra-  
tionis est hinc ΛΕΤΚΑΔΙΩΝ, inde ΤΩΝ.  
ΚΑΙ. ΚΛΑΤΔΙΑΙΩΝ in numis Leucadis  
Coelesyriae. Hinc C O L., inde B E R.  
in numis Beryti. Magis mirum, ac vel  
ideo magis rarum, pars ejusdem verbi  
in aversam trajecta. Sic in numo anti-  
quissimo Lai Lucaniae hinc ΛΑΙ, inde  
ΝΟΣ, nempe Λαως urbis gentile, item  
hinc ΑΒΑΚ, inde ΑΙΝΟΝ, in numis  
Abacaeni Siciliae. Contra in aliis urbis,

vel populi nomen utrinque legitur. Ita  
ΚΡΟ. Χ ΚΡΟ., vel ΤΑΡΑΣ. Χ ΤΑΡΑΣ.  
in pervetustis Crotonis et Tarenti numis,  
item ΙΛΙΕΩΝ. Χ ΙΛΙΕΩΝ. Iliensium  
Troadis.

Epigraphe, quae ex lege ordinaria  
numi aream, quam typus vacuam reli-  
quit, solet occupare, nonnunquam in  
ipso typos involat. Nomen urbis ΑΙΝΙ.,  
Aeni Thraciae, galeae Mercurii inscriptum  
legitur, et ΦΑΛΕΙΩΝ, Faliscorum Etru-  
riae, diademati, quo caput juvenile praec-  
ingitur. Eandem sedem saepe occupant  
magistratum nomina in numis Syracu-  
sanis. In numis Agrigenti nomen populi  
ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ exaratum est in ta-  
bella quadrata. Alia, quae monetae praefectus  
aut magnifica, aut ad principum  
laudes commendare voluit, promulgant  
arae, bases, epistylia, clypei &c. Abili-  
neo exemplis, quae numi inspecti copiosa  
suppedilant.

## §. IV.

*De linguis.*

Romanos Latine, Graecos Graece,  
Phoenicios, Hebraeos, Hispanos, Oicos  
sua singulos lingua in moneta locutos,  
consentaneum est, et docent numi ipsi.  
De Latina et Graeca, utraque nobis  
abunde cognita, per universum hoc opus  
agere necesse nou est. Reliquarum inscri-  
ptiones in singulorum populorum moneta  
aut explicabimus, aut ignorare nos pro-  
sitebimus. De numis Phoenicie inscriptis  
differemus ad calcem humorum Phoeni-  
ciae, et una conjugemus numos lingua  
peregrina inscriptos a Cilicibus, Sicilia,  
Poenis, Numidis, Hispanis, quorum hu-  
guae a Phoenicia ductae videntur.

**I**n finita sunt exempla, urbes et regiones victas victoris populi lingua in moneta locutas. Posteaquam Macedones per Alexandri M. victorias Orientem sibi subjecerunt, lingua Graeca aut Itatim, aut paullatim totius Orientis numos occupavit, ipsarum etiam regionum, quibus lingua Graeca ante aut fuit ignota, aut propter peregrinitatem exosa. Graecam igitur videoas Asiam minorem mediterraneam a solis antea barbaris habitatam, Syriam, Phoeniciam, Judaeam, Aegyptum, Mesopotamiam, ipsa remotissima Bactra. Graecae exemplum secuta Latina coloniis Romanis per provincias sparsis, quarum pleraque numos Latine inscriptos edidere. Tandem inferiore aevo omnes linguas alias ex orbis Romani moueta extrusit, nisi quod per intervalla principum Byzantiorum numi Graece sunt locuti.

Servitium, adulatio, permixtio populorum, unum etiam arbitrium numos bilingues parturivere. In elegantibus Macedonum tetradrachmis, ex quo Romanis patere sunt jussi, legitur ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. et AESILLAS Quæstor. In cistophoris Asiae, v. g. ΑΠΑ. ΜΤΙΣΚΟΤ., et P. LENTVLVS. IMPERATOR. In aureis, argenteisque Alexandri M. habes ΑΔΕ. ΖΑΝΔΡΟΤ., et Accen Galilaeae literis Phoeniciis scriptam. Graecam cum Phoenicia mixtam passim offerunt numi urbium Phoeniciae, Graecam cum Hebraica numi regum Judæae, Latinam in societatem cum Graeca recipere Polemo II. Ponti rex, Antiochia Syriae, Caesarea Cappadociae, Tyrus et Damascus coloniae, Cyprus,

Philippopolis Thraciae, cum Latina vi deas sociatam Punicam et Numidicam, cuius exempla copiosa dedit Pellerinius <sup>b)</sup>, veterem Hispanensem &c. Numi Romani commatis perraro sunt bilingues admissa in consortium sola Graeca, quam colere et imitari semper hohorificum visum etiam prostrato populo, qui ea utebatur. In denariis plurium gentium Romanarum existant literae alphabeti Graeci, in denariis gentis Voltejae notae Graecorum arithmeticæ, &c. In insigni numo maximæ formæ musei Caesarei cum capite Gordiani reliqua omni inscriptione Latina legitur ΘΕΟΣ.ΟΠΛΟΦΟΡΟΣ., in aliis: ΝΕΙΚΗ, ΟΠΛΟΦΟΡΟΣ. In denariis Philippi patris, filii, et uxoris primum conparent notae Graecæ arithmeticæ, quæ serius in Romanorum moneta cum fastidio recurrent. Literas variarum linguarum miscuit aut barbaries, ut cum in numis Gallicis Latinæ Graecis miscentur, aut monetaria oscitantia, ut cum in anno epochæ PHA., quem exhibet numus Aradi, litera postrema A Phoenicia est.

## §. V.

*De literis solitariis.*

Sic appello literas, quae praeter inscriptionem urbis, populi, principis, magistratus aream numorum oblidient. Eorum usus frequens fuit in numis tam Graecorum, quam Romanorum. Frequens iis hospitium in numis familiarum, rarum in denariis Augusti, nullae sub Tiberio, Caligula, Claudio, eas admisere aliquot numi Neronis aenei, rursum disparent usque ad Philippo, deinceps copia sua mole-

b) lss. III. p. 191. seq.

stae esse occipiunt. Quae earum in his telligebatur, sic S. C. fuit *Senatus Consulto*, P. P. id est: *Pater Patriae*, aut in Graecis Π. Π. Πατηρ Πατριδος. Harum aliqua exempla jam dedimus §. I., neque amplius de iis videtur agendum, quia aut ipsae suam manifestant significationem, fin minus, in incertis sunt putandae, aut in literis solitariis, de quibus egimus §. proximo. Exempla siglarum, quae in familiarum numis frequentia occurunt, dabitur in Prolegomenis ad harum numos.

In numis Graecis, nisi aut annum epochae, aut imperii, aut regni indicant, incertae fere sunt explicationis. Hujus generis obviae sunt in autonomis urbium Ciliciae, in imperatoriis urbium Syriae, de quibus agemus in numis Berhoeae Cyrrhestiae, in imperatoriis urbium Ciliciae, Pamphyiae, Pisidiae etc:

Generatim monendum, cum litera folitaria in numis ejusdem naturae omnibus eadem semper est, tum eam aliquid offerre ad numi explicatum pertinens. Sic litera Φ in denariis gentis Marciae capiti regio adstituta, et constanter quidem, haud dubie *Δεξιστα* est Φλαππα Macedoniae regis. Cum variant, in monetariorum potius notis sunt putandae, et nulla scientiae jactura praetereundae, nisi maximus in iis explicandis nimium seduli a curiosi aut risum lectoribus, aut taedium movere, quo vitio praeter insignes viros alias laborasse cum primis Vaillantium et Haeracampum saepenumero irascimur.

#### §. VI.

##### *De compendiis scripturae.*

His frequentissime in omnibus suis monumentis usi veteres, ut cum scripserent COS pro CONSVL, AOE pro AOE-NALVN. Majoris compendii fuere *siglae*, haec quoque usitatissimae, nimis cum scripto elemento primo verbum totum in-

illis, quas *Monogrammata* appellamus, quae consistunt literis sic colligatis, ut unus earum ductus literis pluribus sufficiat, cuius obvium, notumque exemplum offert AE scriptum pro AE. Copiosa exempla, quae suppeditant familiarum numi, in horum Prolegomenis quoque proponeamus. In imperatorum numis vix amplius occurunt, nisi sero, ac tempore regum Gothorum in Italia.

Graecis mature haec scribendi lex adrisit, cuius testes sunt numi autonomi omnis metalli. Fuere viri erudiiti, quibus operaे pretium visum earum investigare naturam, ac praecipue tum, cum difficilior ac impeditior eorum explicatio videbatur. Froelichius complures hujus generis notas collegit, et aeri incisas vulgarit tabula XX. Annalium Syriae. Earum numerum auxit Pellerinius exhibitis duabus tabulis aeneis<sup>i)</sup>, sic tamen, ut eas tantum feligeret, quae nomina urbium populorumque eloquuntur. Monogrammata in his conspicua non pauca rationem habent satis expeditam, v. g. APK. Arca-

i) Suppl. II. p. 137.

dum, KOP. Corcyrenium, MA. vel MAG. Magnesiae, ME. Messenes, ΠΑΤΡΕ. Patraruim Achaea, TPP. Tyri &c., quae singula necesse non videtur aeris insculpta repraesentare, quia aut videri possunt in laudato Pellerinii opere, aut quia de iis agetur in singularum urbium moneta. Eorum tamen complura tam vagos continent ductus, ut nonnisi violente urbis nomen possint significare, cuius generis est, quod Pellerinius numero 64. proposuit, et quo ait Smyrnae nomen contigeri, et si certum sit, illud saepe in Smyrnacorum moneta occurere. Alia sunt, quae me judice in monogrammatis perpetam pertinent, quia literarum modum ac formam non habeat; sed sunt potius signa aut symbola, quae sibi populus quispiam propria esse voluit, cuius generis est illud Gazae in vulgus notum, linea recta una, altera intorta se mutuo sequantibus, quod Pellerinius dedit numero 24., et de quo agemus in ejus urbis numis.

At praecipua in describendis monogrammatis opera fuit Cl. Combii, qui eorum omnia, quae in autodominis musei Hunteriani reperit, tribus tabulis aeneis complexus est, quarum prior est num. 63. His enucleandis nemo, credo, sanus operam impendet, cum satis appareat, eorum pleraque aliud non esse, quam monetariorum signa arbitrarie composita, quorum significatio ipsis tantum, aut quorum praeterea intererat, fuit cognita. Exstant numi, ac praecipue Macedonum, Atheniensium, Cilicum, quorum unus idemque duo, aut terrena continet monogrammata, quo magis de eorum reperiendo sensu possimus desperare.

## §. VII.

*De literis inouis.*

Nimirum signatis jam numis saepe incusae fuerunt, et post multos quidem etiam annos, literae variae obviis in moneta vetera exemplis. Istud hoc loco tantum indicasse sufficiat; nam cum repetitus hic labor saepius in insculpendis typis, seu sigillis, unde et *signa incusa* dici solent, fuerit versatus, similium notarum explicationem opportunius in tractatu de Typis peragemus.

## §. VIII.

*De modo inscribendi nomina urbium et populorum.*

Jam dixeram §. I., Graecos in scribendis urbium suarum nominibus vario compendio usos, v. g. A soluta notasse Argos, vel Abydum, ME. Metapontum, ΑΘΕ. Athenas &c. Aliis placuerat monogrammata, de quibus egimus §. VI. Hoc loco, missis nominibus sive decentatis, sive monogrammate illigatis, consideramus modum, quo ea in numis scripta sunt nullo in fine literarum detimento.

Nomen urbis saepe in casu recte exatur, praecipue in numis antiquissimis, sic ΤΑΡΑΣ, Tarentum, ΠΤΕΞΟΕΣ, Buxentum, ΣΕΛΙΝΟΕΣ, Selinus, RECION, Rhegium, MESSANA, HIMERA &c. Sic et in numis Romanis et coloniarum: ROMA, — AVGSTA. EMERITA, &c. Idem non raro in digniendi casu, ut: ΑΜΙΣΟΓ. ΔΑΜΑΣΚΟΤ. ΒΤΒΛΟΓ. &c. Insolentior est accusandi casus CORINTHVM in numis Corinthi coloniae.

Frequentissimus modus est urbis ιθνιον, seu gentile in genitivo plurali, ut: ΕΦΕΣΙΩΝ, ΘΕΣΣΑΛΩΝ, ΘΑΣΙΩΝ, &c., in Latinis: TYRIORVM. Rarius idem reperitur in casu recto multitudinis absolute posito, ut: ΣΤΡΑΚΟΣΙΟL, AINFIOL, at frequentius aliquo praeterea addito, ut: ΠΕΡΓΑΜΗΝΟI. ΚΑΙΣΑΡΑ, nempe: colunt, honorant. In nummo Antiochiae Syriae: ΚΑΙΣΑΡΙ. ΣΕΒΑΣΤΩ. ΑΡΧΙΕΡΕΙ. Ξ ARΧΙΕΡΑΤΙΚΟN. ANTIOXEΙΣ, id est: *Caesari Augusto pontifici maximo ob suscepsum pontificatum maximum coronam Antiochenes dedicant.* Sed et copiosa sunt exempla ejusdem gentilis recto unitatis expressi, praecipue in autonomis vetustioribus, v. g. ΝΕΟΠΟΛΙΤΗΣ, ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΣ, ΚΑΤΔΩΝΙΑΤΑΣ, ΣΙΡΙΝΟΣ, RECINOS, ΜΑΘΩΜΝΑΙΟΣ, ΘΕΒΑΙΟΣ, ΚΑΤΑΝΑΙΟΣ, &c. Non raro gentile proponitur in dandi casu multitudinis numero, sed tum verbuna ANΕΘΗΚΕ vel additur, vel subauditur, at: ΚΤΙΜΕΝΟC. ΑΝΙΝΗCΙΟIC., vel: ΒΕΤΟΤΡΙΟC. ΤΟΙC. ΑΡΚΑCΙ, in aliis plenius: ΙΕΡΩΝΤΜΟC. ΑΝΕΘΗΚΕ. ΚΤΜΑΙΟIC., de qua formula agam in tractatu singulari.

Nomen urbis υπόpopuli nonnunquam in utraque numi pätte scriptum reperitur. Sic in antiquissimo Methymnae utrinque ΜΑΘΩΜΝΑΙΟΣ, in antiquissimis Crotonis utrinque ΦΟΤ.; in numis Pellaæ Macedoniae utrinque ΠΕΛΛΑΙΩΝ. &c. Saepe in antica legitur v. g. ΑΜΦΙΠΟΛΙC, in aversa ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, vel: ΣΜΤΡΝΑ. Ξ ΣΜΤΡΝΑΙΩΝ., vel: THM-

ΝΟC. Ξ ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ, vel: ΠΕΛΛΑ. Ξ ΠΕΛΛΗΣ. &c., at tum nomen, quod est in antica, vel indicat genium urbis, vel Amazonem, aut quamcunque aliam ex antiquitate illustrem feminam, quae urbi nomen dedit.

Restat modus unus, isque non infrequens, cum pro solito gentili poneatur urbis κτητικον, possessivum. Sic pro gentili ΘΕΣΠΙΕΩΝ scribitur possessivum ΘΕΣΠΙΚΟN, et sic pro ΑΡΚΑΔΩΝ, ΑΙΓΙΕΩΝ, ΝΑΓΙΔΕΩΝ, ΚΩΙΩΝ, ΜΑΙΟΝΩΝ, ΦΕΝΕΩΝ, ΤΕΡΣΕΩΝ (Tarsensium) ΒΙΣΑΛΤΩΝ, scribuntur eorum posselliva ΑΡΚΑΔΙΚΟN, ΑΙΓΙΟN, ΝΑΓΙΔΙΚΟN, ΚΩΙΟN, ΜΑΙΟΝΙΟN, ΦΕΝΙΚΟN, ΤΕΡΣΕΙΚΟN, ΒΙΣΑΛΤΙΚΟN, subaudiendo nimirum vel νομισμα, vel, ut in Aegiensium numis, ΗΜΙΟΒΕΛΙN. ΑΙΓΙΟN, semiobolus Aegiensis, vel aliud quiddam compolitum a δευχη, vel εζελος. Vide hanc a me oīm copiosus disputata<sup>k)</sup>.

De terminatione in NO et OM et R Oscis et Samotribus familiari, ut ROMANO, ROMANOM, LARINOR, vide, quae docebo in dissertatione II. Campaniae numis subiecta.

### §. IX.

#### *De dialectis.*

Quae auctores veteres de Graecorum coloniis scripsere, numis insigniter compabantur. Nam si qua urbs Doricae fuit originis, in numis locuta est Dorice, si ab Ionibus profecta, Ionice, si ab Aeolibus, Aeolice. Omnia dialectorum in numis

k) Num. vcl. p. 234.

latissime patet Doricā. Dorēs, qui et Aeolēs, nam ut eādēm olim sēdēt, sic et linguam habuere, supra Isthmum positi, aucti sōbole Megaridem prīfūlīm invālere, deinde ab Heraclidis in Peloponnesum reducti multis in ea cōditīs urbibus colōnarum feras missarum numerō p̄ae aliis inclārūere. Dorice ergo monetam inscripsere in Graecia propria Locri, Megara, Peloponnesus, deinde propagātībus lingua colonis urbes Acarnāiae, Epīri, Illyrici, complures Graeciae Māgnāe, univerſa Sicilia, de cūjūs dialectō in Protagomenis ad ejus urbes privatim agam, urbes aliquot Thraciae, in Asia minore Rhodus, Cariā, nonnullae Bithynīcae, dēnique Creta, et in Africa Cyrene. Ex colōniis Ionicis, quārum maximam partem emisit Miletus, lingua patria in numis usae sunt Massilia Galliae, Abdera et Apollonia Thraciae, &c. Aeolice p̄ae Aeolidem locuti sunt numi vicinae Lesbi.

Harum cōgnitio dialectōrum saepe necessaria est ad collocandos rite numos urbium homonymarum. Sic numi inscripti Dorice ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ esse non possunt Apolloniatarum Thraciae, qui Iones fuere, neque inscripti Ioalice ΑΙΙΟΔΔΙΣ· ΝΙΗΤΕΩΝ esse possunt Apolloniae Illyrici, cujus incolae per matrem Corcyram fuere nepotes Corinthi Doricae. Similia indicia ad discernendos tot Heracliarum numos multum valent. Horum ope edocetus sum, quoddam humorū genus īscriptum META., inde a Goltzio in Metaponti moneta habitum, esse Mesembriae Thraciae. Hujus enim oppidani ex ME-

ΣΗμειωσις per dialectum Doricam eva- fere METΑμειωσι. Vide olim a me dis- putata<sup>1)</sup>.

Factum nonnunquam, ut una eadem que urbs varia dialecto numos suos inscriberet. Plerique Heracleae Bithyniae numi sermonem habent Doricum, at sunt etiam, qui Ionicum offerunt, quod haud dubie duplicis gentis permixtione est tri- buendum. Idem observavi in moneta Neapolis Campaniae.

Oblīrō praeterea, urbes Graecas, easque forte omnes, abjecta dialecto nativa paullatim dialectum communem amplexas. Thasii in antiquissimis suis numis scripsere Dorice ΘΑΤΙΩΝ., deinceps constanter ΘΑΞΙΩΝ. Methymnae Lēsbi, qui adhuc sub Trajano Aeolice se dixerē MAΘΥμαιος, (Pellerin.) serius dicuntur ΜΗΘΥΜΝΑΙΟΙ. Ex Μεταμειωσι facti Μεσαμειωσι, forte et Μεσημειωσι. (Vallant.) In antiquissimis regum Macedoniae numis Dorice ΑΛΕΞΑΝΔΡΟ. ΑΡΧΕΛΑΟ. ΑΜΥΝΤΑ. ΠΑΤΣΑΝΙΑ., at inde a Philippo Amyntae ΦΙΛΙΠΠΟΤ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΤ. &c. Neque vero coloniae, quas Macedones per universum Orientem magno numero fundavere, aliam in numis dialectum, praeterquām communem, sunt secutae.

### §. X.

#### *De forma literarum Graecarum.*

De hac viri aliquot insignes consultis omnibus veterum monumentis copiose et erudite scriperunt, post quorum conatus inutilem possem extimare praeſentem

1) Num. vet. p. 58.

operam, nisi viderem, eorum plerosque, re numismatica nondum, ut hodie, expolita, digestaque, numos suspectos aut male sanos in testimonium advocasse, aut caruisse tot praeclaris numis, quos serius propitia fortuna nobis in conspectum dedit.

Praesentis palaeographiae Graecae vades non habeo, nisi numos, missis adeo quibuscumque monumentis aliis, praecipue marmoribus, ex quibus variae formae aliae magno numero peti possent, sed qui labor instituti mei fines excedit.

Literae alphabeti Graeci, quo hodie utimur, ejus sunt formae, qua Graeci optima sua aetate, id est, artibus ad summam gloriam erectis communiter sunt usi. Ejus aetatis fines duco a regno Philippi Amyntae usque ad imperium primorum Caesarum.

Numos Graecos urbium jam in barbariem declinantium non amplius admittendos, consulendosque duxi, quia amplius literas pure Graecas non offerunt, sed ex alienarum, aut vicinarum linguarum contagio misere corruptas, depravatasque. Placuit potissimum inquirere informas, quas Graeci ip antiquissima sua moneta descripsere, et quarum perfecta cognitio ad varias denique philologiae causas multum potest prodesse.

Ceterum quas dictabo formas, non cepi nisi ex numis, quos aut viderim ipse, aut quorum adcuratos habemus iconismos, quos inter praecipuam laudem merentur Haymiani, Pelleriniani, Hunteriani, aliquique iusignum nostrae aetatis auctorum.

Literarum formam dictabit adjecta

tabula, et ex quibus illae numis captae sint, commentarius sequens:

## A.

1. In numo antiquissimo Lai Lucaiae. Ejusdem formae est etiam A Etruscum in numis Volaterrarum.

2. In numis antiquissimis Cauloniae et Metaponti.

3. In antiquissimo Methymnae Lesbi. (Mus. Caes.)

4. In antiquissimo Faliscorum Etriae. (Hunter.) Occurrit etiam in aeneis Athenarum. (Haym.)

5. In antiquissimo Pandosiae Brutiorum.

6. Occurrit in numis optimi aevi, v. g. in elegantibus tetradrachmis regum Bithyniae, (Haym.) in tetradrachmis Aradi. (Pellerin.) Serius comparet quoque in numis Sauromatis III. Bosporani, (Pellerin. Rois tab. 4.) et in tetradrachmis regum Parthiae.

7. In aeneis Athenarum. (Haym.)

8. In antiquissimo Chalcedonis, quem edidi in mea Sylloge I. In elegante tetradrachmo Lysimachi, quem edidi in meis Numis vet. In numo Arsami Armeniae regis. (Pellerin. Lettres p. 79.) In numo Heracleae Ponti Caracallae. (Mus. Caes.) In numo Byzantii Getae, quem vide in meis Numis vet.

9. In tetradrachmis regum Parthiae..

## B.

1. In antiquissimo Segestae Siciliae. (Hunter.) aliquique paucis. Aliam hujus elementi varietatem non vidi.

## C.

1. In antiquissimis urbium Sicularum, Agrigenti, Geloorum, Morgantiae, Se-

geslæc. In numo antiquissimo Aegearum Aeolidis, quiem edidi. (Num. vct.)

Δ.

1. In antiquissimis Zancles, Pandosiae, Posidoniae.

E.

1. In antiquissimis Buxenti, et Metaponti Lucaniae urbium.

2. In antiquissimo Neapolis Campaniae, quem edidi. (Sylloge I.)

3. In elegantibus argenteis regum Bithyniae, (Haym.) in aeneis Athenarum. (Haym.)

4. Forma recentior, tamen satis vetusta, inde ab altero post Christum saeculo plerumque obvia, quin in antiquissimo numo Phaestii apud Pellerinum (Rec. III. tab. CI. n. 62.), elementum istud hac forma comparet. Sed de hujus formae aetate ac progressu agam prolixius infra sub elemento Σ formato ut C. Hanc formam adoptasse etiam Etruscos, dicetur in numis Tudertum Umbriae.

5. In tetradrachmis regum Parthiae.

F.

Litera vere Graeca, sed fere antiquata suspecto Φ, retenta tamen ad indicandum numerum senarium. Existat in omnibus numis Faliscorum Etruriae, scripto ΦΑΛΕΙΩΝ, tum in pluribus aliis Achaeorum, Boeotorum, Aspendi Pamphyliae. Sed quae ad hujus literae natram pertinent, fuse disputabuntur in tractatu de characteribus chronologicis capite III.

Z.

1. In numis aetatis optimae, v. g. tetradrachmis Smyrnae, in numis Loerorum Italiae, in Cistophoris Laodiceae,

(Pellerin.) in numis Cyzici, Eyzantii, Clazomenarum, etiam cum nota arithmeticæ est, ut in numo Demetrii II. (Pellerin. Rois tab. 10.) Et valuit diu haec forma, etiam in numis inclinantis imperii, cujus exempla obvia. Infra etiam cum Σ eandem formam communicatam videbimus.

2. Haec quoque forma non infrequens, in autonomis Zacynthi, Sardium, Temni, Seleuciae Syrie, quos vide apud Pellerinum, in autonomo Clazomenarum, quem edidi, (Sylloge I.) in Neroniano Siphni. (Pellerin. Rec. III. tab. 133. n. 7.8.) Hac forma saepe video scriptum Ζ in nomine ΖΕΤΣ.

H.

Novicius character, cum E longum valet, et ejusdem perpetuo formæ.

Remotissimo aevo fuit aspirata, tenta a Latinis, cujus in numis quoque supersunt vestigia, ut: HE. in numo Graeco Heracleæ Lucaniae, HENNAION, Ennae Siciliae, HIMERA (retrograde) in Graeco Himerae Sicilliae, HIKE, in numero Boeotorum. (Pellerin. Rec. I. tab. 24. n. 7.) Verissime adeo dixit Athenaeus: (L. IX. p. m. 398. A.) Οὐραὶ δὲ καὶ διὰ τὸ Η στοιχεῖσ τυπωσισθαι της παλαιῆς τὴν διασειράδιοπερ καὶ Ρωμαιοὶ πρὸ πατῶν τῶν διασυνομεων ἐνομάστων τὸ Η περιγραφῆσι. Nimurum et veteres clemente H densum spiritum expressere. Quare et Latini omnibus vocabulis sic pronunciandis H præfigunt. Dedi hic exempla ex solis numis. Multo plura suppeditant marmora Graeca antiquissima passim cognita. Tamen hoc loco memorandum signum †, quod in obviiis Tarenti, et Heracleæ Lucaniae numis

n 2



## PROLEGOMENA GENERALIA.

spiritus densi valorem habet. Scilicet elemento H, quod, ut diximus, olim aspiratio fuit, ad significandum E longum translato, H bisectum utriusque spiritus notas suppeditavit, et ꝑ quidem asperi, ꝑ lenis. Ejus legis jam ex Graecorum monumentis, praecipue ex tabula Heracleensi a Mazochio illustrata cognitae certam etiam tenemus rationem ex Diomedis scholiis in Dionysium Thracem, qui postquam docuisset, signum H olim apud Graecos, ut nunc apud Latinos, spiritum asperum fuisse, addit: ἡ τοτε δασεια (de H loquitur) ἐτμηθε ἐις δυο. κατα καθετον, και το μεν πρωτον ἀντης μερος ꝑ της δασειας ἔστι το σημειον, το δε δευτερον ꝑ της ψιλης. Qui olim fuit spiritus asper, (nempe H) in partes duas ad perpendicularum sectus est, ejusque pars ꝑ spiritus asperi est signum, altera ꝑ spiritus lenis. Vide haec apud Villoisonum. (Anecd. Graec. T. II. p. 122.)

## Θ.

1. In vetustissimo argenteo Methymnae Lesbi, quem ex museo Caesareo vulgavi. (Catal. Mus. Caes. P. I. tab. III. n. 12.) Item in aeneo Atheniensium. (Neumann.)
2. In antiquissimis Athenarum. (Mus. Caes.)
3. In aeneis Atheniensium. (Haym.. Hunter.)
4. In aeneis Atheniensium. (Haym.)
5. In aeneo Atheniensium. (Mus. Caes.)
6. Inserto solo punto, in numis omnis aetatis.

7. Ejusdem formae cum praecedente sola parvitate differt, non ejusdem cum vicinis literis mensurae, quod praecipue appetit in numis regis Agathoclis, imminuta eodem modo etiam litera O, ut dicetur.

## I.

1. Retrograde Z, in antiquissimis Lai, Buxenti, Posidoniae Lucaniae urbiuum, item Cauloniae et Crotonis.
2. In antiquissimo Gortynae Cretae. (Hunter.)

## K. Q.

1. In numo Chalcedonis perantiquo, quem edidi. (Sylloge I. )
2. Vetustissima aetate pro K usurpatum, et obvium in numis perantiquis Crotonis et Syracusarum, et plane obvium in elegantibus didrachmis Syracusanis infra Pegasum tanquam litera *άεχαισσα* Corinthi, ut vulgo creditur.
3. Inserto punto, in antiquissimis Crotonis.

Ceterum de hujus elementi natura retenti a Graecis ad indicandum numerum XC., dictique *episemon Koppa*, agam copiosius in tractatu de characteribus chronologicis cap. III.

## Δ.

1. In antiquissimis Lai Lucaniae, et Cauloniae.
2. In antiquissimis Leontinorum, et Gelae Siciliae urbiuum.
3. In antiquissimis Zancles, Leontinorum, Neapolis Campaniae.

## M.

1. In numo Mann Edessae regis. (Pellerin. Rois tab. XVI.)
2. In numis Laodiceae Phrygiae, et regum Bospori.
3. In numo Rhescuporis IV. Bospori regis. (Mus. Caes.)

## N.

1. In antiquissimis Pandosiae, Crotonis, Agrigenti, Neapolis Campaniae.

## E.

1. In antiquissimo Naxi Siciliae.
2. In antiquissimo Buxenti Lucaniae.
3. Aetate optima valuit Z, ut vidi-  
mus; serius etiam τω Ζ valorem habuit,  
ut in argenteis Amisi cum capite Hadria-  
ni, et in numo Germanicopolis Domnae.  
Vide utrumque numum in meis Nummis vet.  
In aeneis Alexandri M. sub Caracalla cu-  
sis. In numo Orthosiae Phoeniciae Ale-  
xandri Sev. (Pellerin. Rec. III. tab. 134.  
n. 12.) In Alexandrinis Gal. Maximiani.
4. In antiquissimo Naxi Siciliae,  
(Hunter.) Alexandri I. Macedonis,  
(B. L. T. XXIV. p. 48.) Saxy Cretae,  
(Dutens.) Xenophontis medici. (Pellerin.  
Rois tab. 22.)
5. In numo Caligulae. (Pellerin.  
Mel. I. pag. 1.) In numis Alexandri Sev.  
Apolloniae Myliae, et Aegarum Aeolidis.  
(Mus. Caef.)
6. In numis Alexandri Sev. et Maxi-  
mi in mea Sylloge I. tab. IV. n. 3. 5. In  
numo Anazarbi Decii in eadem Sylloge.  
Singulare est in numo Gazae: ΓΑΖΑ.  
AZC., in quo primum Z est pro Ζητα,  
alterum pro Ζ. (Pellerin. Suppl. II. tab. 2.)
7. In numo Alexandri Sev. (Pellerin.  
Suppl. I. tab. 2.)

## O.

1. In antiquissimis Cauloniae et Cro-  
tonis.
2. In antiquissimis Lai et Posidoniae  
Lucaniae urbium.
3. Minutissimum in numis optimae  
aetatis, quin in tetradrachmis Alexandri  
M. saepe est instar puncti. (Mus. Caef.)  
Hanc imminutionem etiam τω Θ conti-  
gisse-diximus.

4. In autonomo Seleuciae Syriac,  
(Pellerin., Mus. Caef.) in tetradrachmis  
regum Parthiae, in numo Cyzici cum  
capite Hadriani. (Haym. T. II. tab. 33.  
n. 7.)

5. Pro OT. in numis Nicopolis et  
Marcianopolis Moesiae urbium. Wildius  
compendium istud jam vidit in aeneis  
Alexandri M., utrum vere, ignoro. Vide  
numos hujus regis.

## II.

1. Obvium in numis aetatis optimae.
2. Retrogradum in antiquissimo Lai  
et Posidoniae.

## P.

1. In antiquissimo Agrimenti, Tarenti.
2. In antiquissimis Tarenti, Larissae,  
Himerae, Pharsali, item Boeotorum apud  
Pellerinium. (Rec. I. tab. 24. n. 6.)
3. In numo Triccarum Thessaliae.
4. In antiquissimis Crotonis, item  
Rhauci Cretae. (Hunter.)
5. In antiquissimis Chersonnesi Cretae,  
(Mus. Caef.) et Crotonis.
6. Retrogradum in antiquissimo Eleuthernarum Cretae a me edito. (Numi vet.)
7. In autonomis Hierapolis Phrygiac,  
(Hunter.) Cragi Lyciae. (Hunter.)
8. In tetradrachmis regum Parthiae,  
et Arsamis Armeniae regis. (Pellerin.  
Lettres p. 79.)

## Σ.

1. Retrogradum in antiquissimo Ta-  
renti, (Pellerin. Suppl. II. tab. 2.) et  
Neapolis Campaniae. (Sylloge I.)
2. In antiquissimis Sybaris, Caulo-  
niae, Crotonis, Lai, Posidoniae, Bu-  
xenti, et Siris, quibus adde Phaeum  
Cretae. (Hunter.)

## PROLEGOMENA GENERALIA.

3. In antiquissimis Messanae Siciliae. Eandem formam reperi etiam in numo Faustinae jun. Nicaeensium, quem edidi. (Num. vet.)

4. Etiam cum scriptura retrograda non est, in antiquissimis Messanae Siciliae.

5. In antiquissimo Agrigenti. (Mus. Caef.)

6. Obvium in numis perantiquis.

7. In numis Seleuci VI. (Haym. Tom. I. tab. IX.)

8. In nomine magistratus MONOT-  
NIOΣ numi Dyrrhacheni, quem vidi  
ipse.

9. In numo Artavasdis Armeniae re-  
gis aetate M. Antonii III viri. (Pellerin.  
Rois tab. 15.) In aeneis Siritis Lucaniae.  
In numis Polemonis II. Ponti regis, (Pel-  
lerin Rois tab. XVIII.) item regum Com-  
magenes. Obvium deinde in numis infe-  
rioris aevi ad usque Valeriani tempora,  
ut in hujus numo apud Pellerinum.  
(Suppl. II. tab. VIII. n. 5.) In antiquissimo  
Phaelii numo a me edito (Num. vet.  
Tab. X. n. 5.) legitur ΛΕΛΧΑΝ. Esset  
igitur hoc sigma ex antiquissimis unum,  
si certi essemus, hujus vocabuli elemen-  
tum primum esse potius sigma, quam  
aliud, et forte digamma Aeolicum. Si-  
mile dubium urget in ΑΞΙΩΝ scripto  
in numo, qui Saxo Cretae tribui solet,  
quam vide.

10. Forma obvia, praecipue post an-  
tiquatum Σ, de cuius aetate continuo  
plura.

11. Forma insolens, in Nicaeensi Gal-  
lieni. (Pellerin. Mel. II. tab. 32. n. 5.)

Relat, ut in epochas seu inventi C,  
seu antiquati Σ inquiramus, cum ex va-

ria hac forma de numorum judicare anti-  
quitate soliti fuerint antiquarii, ad quod  
judicium exclusis quibuscumque aliis mo-  
numentis solos lubet numos vocare.

Formae C antiquissimum usum, quod  
ex numis norimus, suppediat numus Gen-  
tii Illyrici regis hactenus ex solo museo  
Caesareo cognitus, scripto — ACΛΕ —  
ΓΕΝΤΙΟΤ. Is a Romanis regno exutus  
est V. C. 586. Eandem offerunt numi ejus-  
dem fere aetatis, scilicet Monunii Dyr-  
rhachii regis, (Pellerin. Rois tab. III.,  
in meis Num. vet. pag. 96.) scripto BA-  
CΙΔΕΩC, autonomi argentei Aegienium  
Achaiae: APICΤΟΔΑΜΟC. ΑΙΓΙΕΩΝ.  
(Num. vet. p. 117.) Ita numo Aseae Ar-  
cadiae, qui certe signatus fuit constanti  
ad hoc foedere Achaico, cui L. Mummius  
cos. V. C. 608. finem fecit, legitur ACΕΑ-  
ΤΩΝ. (Haym. T. II. tab. 12.) Docebunt  
numi Aradi, C jam anno V. C. 621. in  
hac insula hospitium nactum. Ejusdem  
aetatis videntur autonomi Patrenium  
Achaiae, atque in his legitur MHTPO·  
ΔωΡΟC. ΜΕΝΕΚΑΕΟC. (Pellerin. Rec. I.  
tab. 17.) Cistophori Pergami et Trallium  
annis V. C. 702., vel 703. signati offerunt  
ΜΗΝΟΔΩΡΟC, APICΤΟΚΑΗC. Numus  
Antonii et Cleopatrae: ΕΤΟΤC. BACI-  
ΛΙCCHC. (Pellerin. Rois tab. VI.) Ejus  
inde ab Augullo major licentia magis sem-  
per promotis sinibus. Nonnunquam Σ et  
C amice cohabitant. In numo Syracusano  
legitur ΣTPAKOCΙΩN. (Mus. Caef.,  
Torremuza Sicil. num. tab. 80. n. 11.) In  
numi Midaei Phrygiae parte antica  
legitur TPAIANOC. CΕ. in aversa  
ΕΔΑΤΗΣ. (Peller. Mel. I. tab. 24. n. 3.)  
In numis Polemonis II. Ponti regis va-

riant Σ, Λ, Ε. (Pellerin. Rois tab. XVIII.) Similis inconstantia est in numis Aradi, ac praecipue Tyri. In numis Titi et Domitiani Galatae scripsere ΠΑΝΣΑ, ΒΑΣ-ΣΟΤ, at vicini Cappadoces constanter ΠΑΝΣΑ, ΒΑΚΚΟΤ. (V. numos Caesareae Capp.) Sub Domitiano το C aemulum Σ sic extrusit, ut nonnisi rarissime deinceps occurrat. In Aegyptiis Alexandrinorum numis Σ cum Nerva desinit. In numis Sidonis usque ad primum Hadriani imperantis annum jus suum tuetur. In numis Tyri usque ad annum V. C. 908., Antonini Pii XVIII. cum C stationem partitur. Adhuc in numo Faustinae sen. Caltabalis Cappadociae signato quater Σ legitur. (Peller. Suppl. III. p. 132.) Denique si fideliter a Combio numus Hunterianus Tyri descriptus est, Σ in hac urbe vi anni ΘρΞ adhuc obtinetur V. C. 926., M. Aurelii XII., de quo vide numos Tyri. Verum ab hoc tempore si compareat, in prodigiis numismaticis habebitur, v. g. in numo Paltenorum Syriae, sed tantum in anno epochae, (Pellerin. Mel. II. p. 137.) in numo Valeriani apud Haymum (T. II. tab. 49. n. 2.) eit ΟΤΑΛΕΠΙΑΝΟC. ΣΕΒ. In insigni numo maxima formae commatis Romanī cum capite Gordiani legitur epistyllo templi inscriptum: ΘΕΟΣ. ΟΠΛΟΦΟΡΟΣ. (Mus. Caes.) Verum in extraordinario hoc numo scalptor magis videtur secutus rationem antiquitatis, non usum praesentem, ceu olim Herodes Atticus.

Quo tempore lunari coepit Σ, eodem etiam E. Ejus supra exempla plura dedimus. In praesens exemplum mihi non occurrit το Σ cum Ε in eodem numo con-

juricti, quanquam non raro jungantur C et Λ et E. Eodem modo plerumque se comitantur Λ et Ε. Etiam in numis Graecis infimi sevi, ut est ΕΦΕΛΩΝ in numo Valeriani. (Pellerin. Suppl. II. tab. 8. n. 5.)

## T.

Elementi hujus aliam formam non-dum observavi.

## T.

1. In antiquissimis Buxenti, Sybaris, Cumaram Campaniae, Methymnae. Revertitur in numis inferioris aevi, v. g. Bityae Thraciae, aliisque multis.

## Φ.

1. In numo vetustissimo Pherarum Thessaliae. (Liebe Goth. num. p. 206.) In aureo Phocidis a me vulgato. (Sylloge I. tab. III. n. 9.)

2. In insigni aureo aetatis optimae Ephesi, (Pellerin. Suppl. III. tab. 3.) in numis Seleuci VI. et Philippi Syriae regum, tum et sequentium, (Pellerin.) in tetradrachmis regum Parthiae, in numo similis aevi Amphipolis Macedoniae, quem vulgari. (Sylloge I. tab. III. n. 6.)

3. Forma το Ρη, in numo Tryphonis, Syriae regis, (Pellerin. Lettres p. 1.) Hierocaesareae Lydiae scripto ΨΕΡΟΚΙ. (Pellerin.)

4. In numo Seleuci VI. Syriae regis. (Haym. T. I. tab. IX. n. 8.)

5. In numo Phari insulae Illyrici. (in meo Catalogo musei Caes.)

## X. Ψ.

Ejusdem, quod norim, semper formae.

## Ω.

1. In antiquissimo Cnosi Cretae. (Hunter. Tab. XVIII. n. 16.)

## PROLEGOMENA GENERALIA.

2. In tetradrachmis Athenarum ob- viis, in numo Acarnanum musei Hunter. (Tab. I. n. 21.)
3. Obvium in aeneis urbium magnae Graeciae, et Siciliae.
4. In numis insulae Co. (Hunt. tab. XXI.)
5. In numis regum Commagenes, et Aphrodisiadis. (Haym.) Vide harum formarum originem eleganter expositam apud Villoison in Proleg. ad Iliadem Venetam p. V.
6. In numo Rhodi. (Spanheim. Tom. I. p. 98.)
7. Forma non admodum vetusta, se- riis in numis obvia.
8. In numo Thuriae Severi, (Pelle- rin. Rec. III. tab. 125. n. 1.) Trapezun- tis Caracallae, (Ibid. tab. 128.) Argo- rum Ciliciae Gallieni. (Pellerin. Mel. I. p. 22.)
9. In numo Acmoniae Phrygiae. (Neumann.)

## C A P V T XVIII.

*De i y p i s.*

Nomine typi intelligimus impressam me- tallo imaginem rei cuiuscunque seu vita praeditae, seu carentis. Ex veteris aevi consensu necessarius is ad rationem monetae est habitus. Multi supersunt numi prae- cipue vetustissimae aetatis, qui omni prorsus inscriptione carent; qui omni prorsus typo careret, hactenus repertus est nullus.

In primordiis rei monetariae, arte non- dum promota, partem numi aversam foramen alte introrsum hians occupavit, de cuius causis egi supra capite XII., quo mechanicam numerorum veterum exposui. Ergo in his pars numi altera omni typo caret. Arte magis perfecta in foraminis locum successit typus. Numum veterem, qui five dicto foramine, five quocunque in aversa typo careret, non vidi praeter quam Populoniae Etruriae, in cuius anti- ca est persona adversa ejecta lingua, pars

reat, nullum unquam typum fuisse im- pressum. Hujus generis bina vidi exempla integerrima ex argento, olim a me vul- gata, (Num. vet. p. 11.) unum Florentiae in museo M. Ducis, alterum in museo Com. Vitzai. Insignis alius Abacaeni Si- ciliae exstat in museo cel. principis de Waldeck, nullo plane in aversa typo, quem loco suo dabimus. Fallit igi- tur lex a Joberto lata, statuente, nu- mos absque aliquo partis aversae signo artis esse modernae <sup>m)</sup>). Ipse ejusdem na- turae binos ibidem commemorat, unum Latinum Antonini Pii, alterum Graecum L. Veri, cosque maximae formae, sed quos non perinde, ac citates Populoniae, existimo in moneta esse putandos, sed in pseudomoneta, de quo numerorum genere agam in tractatu singulari.

Numi Graecorum antiquissimi raro caput five divinum, five humanum ostend-

<sup>m)</sup> Science des méd. T. I. p. 92.

*Palaeographia Graecorum ex numis.*

i. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. ii.

A	Α	Δ	Δ	Λ	Λ	Λ	Λ	Λ	Λ	Ι
B	Β									
Γ	Γ									
Δ	Δ									
E	Ε	Ε	Ε	Ε	I					
Z	Ζ	Σ								
H										
Θ	Θ	⊕	♂	曰	◊	Φ	○	○	○	
I	Ι	Σ	S							
K	Κ	Ε	Ω	Ω						
L	Λ	Λ	Λ	V	L					
M	Μ	Λ	Η	Λ						
N	Ν									
Ξ	Ξ	X	+	Ι	Ξ	Ζ	Ζ	Σ		
O	Ο	Ο	◊	◦	◦	□	Υ			
P	Π	Π	Π	Ρ	Ρ	Υ	Υ	Ρ	I	
S	Σ	Ζ	Μ	Σ	Σ	Ξ	Ξ	Ξ	Ξ	Ξ
T										
Τ	Τ	V								
Φ	Φ	Φ	+	Ψ	‡	†				
X										
Ψ										
Ω	Ω	Ω	Ω	Ω	Ω	Ω	ω	ω	ω	Ω



tant. Magis illo aeo placuere figurae integræ, aut quaecunque alia vita carentia. Exempla passim dabunt numi, qui ex certis indiciis antiquissimi sunt putandi. Idem observatur in regum Macedoniae numis vetustissimis. Secuta aetas parti numerorum anticae plerumque caput aliquod intulit. Est illud in autonomis five dei, deaeve, five genii, five herois, in regiis regis, vel reginae, in imperatoriis cuiuspiam ex familia imperantis. Non raro plura in antica occurunt capita, ac tum ea vel jugata sunt, vel se respicientia, vel, ut in aliquibus Galliae coloniis, vultu averso. Raro in antica imperatoriorum pro capite imperantis tota hujus figura comparet, ut statua Trajani in numis Tripolis Cariae, Titus et Domitianus stantes in numis Amphipolis Macedonie, Aurelius et Verus stantes in numis Anazarbi Ciliciae. Saepe liberalior monetarius capiti adjicit pectus, ac tum *protome* dicitur, Italis *busto*, nobis *Bruststück*.

In numis autonomis pars aversa plerumque cum antica componitur. Sic dii, deaeque sua habent in aversis seu attributa, seu sacra sibi animalia, seu victimas, seu quidquid aliud ad se pertinens, v. g. cum Jove jungitur fulmen, cum Apolline lyra, tripus; lauri ramus, cum Neptuno tridens, item cum Jove aquila, cum Pallade noctua, cum Junone pavo, item cum Cerere porcus ejus victima, item cum Venere ejus templum Erycinum, cum Jove Capitolinum. Idem nexus etiam tum nonnunquam valebit, cum ejus non statim ratio apparet, isque ex fabula privata est explicandus. Ita cum Diana com-

poni cervum, vel canem, in vulgus notum; at mirabar olim, in numo Pheneatarum Arcadiae cum ea conjungi equum. Instituto examine comperi, a Pheneatis Dianam nomine Εὐξίππης, *equarum inventricis*, fuisse observatam. Similem utriusque partis nexus offerunt etiam multi familiarium Romanarum numi.

Multae Graecorum urbes certos suos statosque habuere typos, five inferendo monetae suae deos suos tutelares, ut Athenienses caput Palladis, hujusque noctuam, five vetera sua ornamenta, ut Cnosii labyrinthum, five agri sui provenitus, ut Metapontini spicam, Cyrenaei fil. phium, five clypei sui formam, ut Macedones, Boeoti, five adlusiones ad urbis nomen, ut Rhodii rosam, Sidores malum Punicum, Selinuntii folium apii, &c. five vicinum naturae miraculum, ut Apolloniatae Illyrici Nymphaeum ardens, Cesarientes Cappadociae Argaeum montem, alii alia ex causis incertis, ut Peloponnesii testudinem, Chii Sphingem, Dyrracheni vitulum lactantem, Sybaritae bovem respicientem, Cymaei Aenlidis vas monotonum certae formæ. Quin et sub imperatoribus veteres suos typos aliquamdiu retinuere, sed plerisque successu temporis ludorum, festorumque insania incredibilis fere unicum typorum argumentum evasit.

Quibus typis Romani in moneta sua consulari et familiarum usi fuerint, in hujus prolegomenis fuse docebitur. Moneta Augustorum cum capite principis conjungit aut deorum imagines, aut ejus illustria domi forisque facta, aut virtutes humana specie propositas. Generatim al.

## PROLEGOMENA GENERALIA.

legoriis, symbolisque plus induldere Romani, quam Graeci, qui majorem typorum partem ex mythologia, et religionis causis hausere. De typis coloniarum agetur in tractatu de harum numis.

Haec de typis monetae veteris in genere dicta sufficient; nam causas singulorum populorum, regnorum, imperiorum, temporum privatas dictabunt usus, et qui sequentur commentarii.

Praeter numorum typos, de quibus hactenus egimus, observandi adhuc minores alii, qui juxta typum principem nullo cum hoc nexus, tanquam sigilla parerga, aream occupant. In tres hos classes dividimus, I. in signa urbium diacritica, II. in signa monetariorum arbitraria, III. in signa, quae vulgo *incusa* dicuntur.

I. *Signa urbium diacritica*. Habuisse complures urbes certos quosdam typos, sibique unis proprios, alias diximus. Selinuntiis Siciliae proprius typus fuit folium apii, Sidetibus malum Punicum, Cyrenaeis filphium, Boeotis clypeus certae formae, Neapolitanis Samaritidos mons Garizim, Lampsacenis Mysiae equus mari- nus alatus, Gazaeis lineae bisectae. At si forte placuit, alios ab his typos numis inferre, non adeo aspernati sunt familiares suos suetosque typos, ut non eos in minutiorem modum redactos adventitio typo adflituerent. Copiosa exempla inspecti numi, aut horum iconismi suppedabantur.

II. *Signa monetariorum arbitraria*. Sic appello exigua sigilla, quae in unius ejusdemque urbis aut personae numis tanta varietate typi principi adflituuntur, ut verisimile non sit, illa a magistratu

fuisse imperata, sed verisimile potius, a monetario fuisse inserta, sive ut leporem operi gratiamque adderet, sive ut opus suum discriminaret, ob quam posteriorem causam credibile quoque est inventa fuisse monogrammata, et figlas in moneta vetere obvias. En eius aliquot exempla. Noti sunt Syracusanorum numi didrachmi, qui una parte caput Palladis, altera Pegasus exhibent. Pone caput Palladis miram videoas sigillorum varietatem, arcum, pharetram, tripodem, gallinaceum, strobilum, Chimaeram, balaustium, infinita alia. In solo museo Caesareo fere oen- tum sunt hujus generis, qui hoc modo variant. Typus princeps in aversa tetradrachmorum Atticorum est noctua diota insistens, at juxta gryphus, caput Medusa, tres virgines, caduceus, cervus, elephas, Victoria in bigis &c. Vide iconismos Gessneri, et musei Hunteriani. His junge aureos Philippi II., filiique Alexandri M., tum hujus tetradrachmos, item drachmas Dyrrhachenorum, alias que aliarum urbium numos. Insignem praeterea varietatem objiciunt diversarum familiarum Romanarum denarii, praecipue Papiae, Rosiae, Calpurniae, variantibus, et in utraque quidem numi parte, sigillis, quorum infinitam copiam dabunt tibi locupletiora musea, et si horum nou patet aditus, icones Morellii. Hae infinitarum rerum imagines numerum aream non onerant, sed ornauit potius, et monetariorum commendant artificium. Nam, si Atheniensium monetam demas, signa haec, ut ut contracti voluminis, tanta elegantia ac veritate elaborata sunt, ut artificum scientiam, prae-

ffantiamque magis, quam typi ipsi principes testentur. Arbitraria haec signa a numis Augustorum commatis Romani plane exulant, ac fere etiam a numis eadem aetate per urbes exteriores signatis. Vide etiam, quae de his in prolegomenis ad numeros familiarum R. plura docebo.

III. *Signa incusa.* Nimirum numero jam signato ferius aliud aliquod minus impressum fuit, neque illud in multis simplex tantum, sed per intervalla accessit etiam alterum, quin in aliquibus tertium quoque. Nulla in hoc insituto decori ratio habita. Nam ea non semper numerorum areae fuere inserta, sed ut fors tulit, ac velut in opere tumultuario, pervalere caput, aliosque typos, quae saevitia non raro opera numerorum nobilissima misere deformavit; neque ea tantum illi parti, quae ictum exceperat, fatalis fuit, sed fecit ictus vehementia, ut partis aversae locus ictui oppositus deinceps turgeret, et hic quoque jacturam literarum, typorumve cogeretus experiri. Ejus facti indigni exempla dabit in numis commatis Romani Morellius in numis Augusti tabula tota XXXII., commatis externi v. g. tetradrachma Sidetum. (Hunter. tab. 49. n. 8. 9., et in mea Sylloge I. tab. IV. n. 12.) His signis ars nostra ex ipsa causa *incusorum* nomen dedit, Gallis apte dicuntur *contremarques*.

Antequam, quae fuerit verisimilis horum signorum causa, inquirimus, expounderemus variis eorum modi, ac primum in numis commatis Romani, deinde externi.

Primus fuit Jobertus, qui de iis, sed non nisi perfunctorie, verba fecit <sup>a)</sup>, latius subinde Cl. Boze, cuius observata Baro Bimardus suis ad Jobertum commentariis inseruit <sup>b)</sup>, atque eodem fere tempore idem argumentum erudite tractavit Mahudelius <sup>c)</sup>, denique et Pellerinius, quae sua esset sententia, adhibitis ex moneta vetere exemplis satis copiose exposuit <sup>d)</sup>. Ex his fontibus, quae continuo docebo, pleraque hauri nulla quae sita novae ac certioris cuiuspiam sententiae gloria, quae vix aliqua in causae tam incertae et ambiguae enucleatione sperari potest.

*Modi signorum incusorum in moneta Romana.*

I. Stante republica monetae cuius cunque metalli signa hujus generis incudi non consueville, sanxere Mahudelius, et Bozius. Istud statuendi causa fuit, quia sibi numum Romae liberae similibus notis insignem videre non contigit. Serius horum plures comperti, quos praeclera solertia conquisivit Neumannus noster <sup>e)</sup>. Exhibuit Pellerinius denarium gentis Planiciae cum nota AB. AES. <sup>f)</sup>, sed pro quo legendum retrograde IMP. VES. literis colligatis, docuit Neumannus <sup>g)</sup>. Easdem literas VES. vel IMP. VES. reperi ego in binis denariis musei Caesarei, uno M. Antonii inscripto LEG. XII. ANTI-QVAE, altero gentis Carviliae, et serius Neumannus in obvio denario cum epigra phie: M. AP. C. L. Q. M., in alio M. An-

<sup>a)</sup> Science de Méd. T. I. p. 342. <sup>b)</sup> l. c. p. 348. seq. <sup>c)</sup> B. L. T. XIV. p. 132.  
<sup>q)</sup> Suppl. II. p. 61. seq. <sup>r)</sup> Num. pop. P. II. p. 184. <sup>s)</sup> Suppl. II. tab. III. n. 11. <sup>t)</sup> l. c.

tonii cum LEG. XX., et in alio Scipionis Asiagenis <sup>a</sup>). Idem IMP. VES. vidit Patinus in denario gentis Serviliae, et Haver-campus in denario M. Antonii <sup>x</sup>). Addit Neumannus alium gentis Flaminiae cum impresso N, alium C. Antistii Regini, in quo caput Augusti impressum S offert. Habemus ergo id genus numos Romae liberae contra quam visum eruditis Ily-iris. Interim verum esse potest eorum iudicium, stante republica numos notis incudi non fuisse solitos. Nam ex citatis hic decem numis inculis novem haud dubie sub imperatoribus alteram incudem sunt experti, nimirum octo, qui insculptum VESPASIANI nomen offerunt, et denarius Antistii propter caput Augusti. Restat ergo unicus denarius gentis Carviliae, qui quidem stante republica incidi potuit, quem tamen, quia unicum, istud fore exemplum, verisimilius est sub imperatoribus quoque cum fratribus fuisse incusum.

II. Mos recudendi numos coepit sub Augusto, et duravit fere usque ad Trajanii imperium. Revixit in numis infimi imperii, et quidem Justini, Justiniani, et proximorum successorum, ut credidere Mahudelius, et Bozius. Verum habet museum Caesareum numum Anastasi his signis oneratum.

III. In moneta Romana non observari numos incusos, nisi aeneos, dixere Mahudelius, et Bozius, sed quod falsum esse, max §. I. diximus. Ait Mahudelius, placuisse sic incidi aeneos I. II. III. formae. De numis I. et II. formae istud certum, an etiam formae III., saltem qui sine dubio

commatis Romani fit, ambigo. Addit Mahudelius, ab hac injuria intactos manisse aeneos maximae formae. Verum quem is mihi praestabit numum hujus formae, qui certe commatis Romani fit, culasque ea aetate, quam signis jaculis fuisse permissem diximus, nimirum ab Augusto usque ad Trajanum? At tempore Justiniani ne his quidem parcitum.

IV. Signa incusa in Romanorum nummis constant fere tantum literis solitariis, et *ἀρχασταις*, aut inter se colligatis monogrammatum more. Rarissime pro his arcessita sigilla Graecis familiariis. Numi Anastasi, Justini, Justiniani in antica impressam habent protomen crucigeram, quae manu monogramma Christi tenet, in aversa literas S C L S, de quibus infra.

V. Incusa haec scriptura aut suapte intelligi facile potest, aut sensum habet ambiguum. Harum notarum Mahudelius catalogum satis amplum dedit, qui augeri plurium accessione posset, si futurum operae pretium putarem. Singularum aliqua dabo exempla:

Significationem certam habent sequentes voces seu literis primoribus, seu monogrammatis notatae, v. g. AV. — AVG. — IMP. AVG. — CAE. — CAES. — CAE-SAR. — TI. AV. — TIB. IMP. — SPQ R. &c.

Significationem ambiguam habent v. g. N C A P R., quae formula in hac numerorum classe obvia est, non tamen propterea facilioris explicatus. Mitto absurdas ejus enucleationes, quas varia ingenia parturiverunt, et videre potes apud Ma-

<sup>a</sup>) l. c. <sup>x</sup>) ad Morellii Famil. p. 390.

hudelium. Potiora suffragia arbitrari inter-  
pretatio: *Numus Cusus*, vel *Nota Cusa*  
*Auctoritate Populi Romani*, sed et haec  
arbitraria tantum est. In aliis: PRO,  
PROB.—ET, et similia. Inde ab *Anastasi-*  
*sio SCL*S.**, quod nonnullis significare  
vixit: *Sacrae Largitionis*, vel *Sacri*  
*Largitoris*.

*Modi signorum incuorum in moneta  
externa.*

I. Quo tempore inter Graecos, rursum, ut videtur, instituti auctores, coepit  
usus signorum incuorum, prope definiri  
non potest. Praecessisse imperatorum ae-  
statem, ut demonstrari evidenter sequit,  
sic extra dubium plane est.

II. Signa haec incusa non in aenea  
solum, sed et argentea moneta sunt ob-  
via.

III. Ut haec signa in Romanorum nu-  
mis fere tantum constant literis et mon-  
ogrammatis, sic in Graecorum numis ple-  
rumque sigillis, scilicet variorum capi-  
tum, attributorum, plantarum, artefa-  
ctorum &c. Non raro tamen et his epi-  
graphe additur. Sic in nummo tetradrach-  
mo Alexandri M., quem vulgavimus<sup>y</sup>), est  
incusa spica addito ΚΑΛ. In argenteo  
max. mod. apud Pellerinum<sup>z</sup>) est incu-  
sum caput M. Aurelii addito ATP. In te-  
tradrachmis Sidetum, de quibus adhuc  
infra, est incusa pharetra, juxta in aliis  
ΣΑΡ., in aliis ΤΡΑ., in aliis ΠΕΡΓΑ.

Ignoti numi similes fuere Mahudelia, et  
Bozio, qui Graecorum signa incusa con-  
cepit. Quam sententiam Jobertus velut in

stare tantum sigillis adferre; nam et  
Pellerinius duos exhibit nummos argenteos  
Ptolemaei Soteris monogrammata tantum  
impressa offerentes<sup>a</sup>). Vide infra exempla  
alia, CAPA, SVESA, &c. In numis Tri-  
polis Phoeniciae sunt monogrammata in-  
cusa IMP. ALBA, IMP. OTHO juxta ca-  
pita praecedentium imperatorum, quae  
vide apud Mahudelium in catalogo, et  
Pellerinum<sup>b</sup>). In argenteo max. mod.  
cum epigraphe: ROM. ET. AVG. COM.  
ASI. dollo Claudi Aug. impressa est nota  
IMP. VESP. <sup>c</sup>), quem numum constat  
Pergami signatum.

IV. Cum Romani, ut vidimus, ma-  
ture hunc usum omittent, eum diu re-  
tinuerunt Graeci. Sunt in museo Caesarco  
numi Gallieni et Saloniæ a Sidetibus  
percussi, in quibus adhuc signa incusa  
comparent.

V. Romanorum coloniae in forman-  
dis his signis plerumque metropolis suæ  
morem sunt sectae, nimirum prahabita  
sigillis scriptura. Sed tamen neque sigilla  
fastidire. Vide signa incusa, quae Flo-  
rezius in Hispaniae numis reperit, et col-  
lecta exhibuit<sup>d</sup>). In numis coloniae Ne-  
mausi jam sunt incusa monogrammata,  
jam rotæ, sive circulus quadrifariam se-  
ctus.<sup>e</sup>).

Jam et eruditorum de his signis ju-  
dicia, et qui præ aliis probabiliora di-  
ixerint, in examen vocemus.

Primus Jobertus horum ope signorum  
auctum monetae valorem indicari credi-  
dit. Quam sententiam Jobertus velut in

y) Sylloge I, tab. III, n. 4. z) Suppl. II, tab. III, n. 9. a) I. c. b) Mel. II, p. 37.  
c) Platin. Thes. num. p. 52. d) Med. de Espanna T. I, p. 84. e) Morelli Imp. tab. XXXII. Augusti.

transcursum attrigit tantum, non sibi pro bandam sumpsit, eam argumentis itabili re aggressus est Mahudelius. Ait, existere nonnunquam in civitatibus causas subitas, quae cogant augere valorem monetarum. Exemplum esto as Romanorum per bellum Punicum II. usque adeo imminutus manente eodem valore. Primorum imperatorum aetate eundem finem obtentum, sed horum ope signorum monetarum jam signatae impressorum. At cum idem vide ret, numeros sic notatos esse paucissimos respectu eorum, qui notati non sunt, respondet, valorem his signis auctum non spectasse ad omnes imperii provincias, sed ad eas tantum, quibus in causa subita eo remedio opus fuit. Aucto inde a Trajano monetarum Romanae numero necesse amplius non fuisset, hoc valoris dicto modo augmentum arcessere. Difficile vero esse divinare causas, quae substan tem istud remedium suaserint, quarum aliae ad imperatorem, aliae ad senatum, aliae ad populum pertinuerint, quos vari os jussus indicare videntur notae IMP.—AVG.—CAES.—SPR. Mipus adhaesit Havercampus ejusdem sententiae patronus, comperto, omnes id genus numeros has netas accepisse sub Claudio, urgente scilicet necessitate, quando fames gravior Romam et imperium affixit<sup>f</sup>). At enim, ut causas alias praeteream, quae infirmam hanc opinionem evertunt, exstant notae incusae Claudi imperio posteriores, ut videri potest in indicato Mahudelii catalogo. Aliae Mahudelii conjecturae, ob quas alias causas haec numis signa im-

pressa fuerint, infirmiores mihi videntur, quam ut exponi mereantur.

Sententiae huic a Joberto primum traditae adversatus serius est CL Bozius loco supra laudato. Ecur enim, ait, Romani stante Republica, cum toties augere valorem aeris, ut constat, necesse fuisset, refundere potius magno sumptu universam monetam aeneam instituerunt, quam eam, quod facilius peractu fuit, impressis his signis notare, praecipue cum eorum usus igitur iis esse non potuerit, pridem in civitatibus Graecis receptus? Cur sic apud Romanos notati fuere soli numi aenei? Enimvero necesse est, spectato valore in triplice metallo certum esse debere, atque ex praesentibus causis definitum intervallum. Ergo si valoris augmentum fuisset intentum, incusis hoc modo numis argenteis multo amplior summa breviore tempore potuisset confici. Addit, huic etiam sententiae obesse, quod pauciores sunt numi incusi, quam ut verisimile videatur, fuisset haec signa aucti valoris indicia, denique si istud praesumum fuit, mirari sece, cur ea non in omnium imperatorum numis compareant. Sanse se in nullo Vitelli, aut Nervae numo ob servasse.

Hac refutata sententia suam continuo dictat. Ait, in operibus publicis, ut cum agebantur muniduae viae, derivandae in quoscunque usus aquae, aedificanda amphitheatra, et quae sunt similia, in his ergo operibus aequum fuisse, inter eos, qui labore destinati fuere, distribuit tesseras arbitrario quopiam signo notatas,

f) ad Morellii tabulam XXXII. Augusti.

quas peracto opere diurno repraesentarent, instituto subjecero, deinde quia ad for-  
praefecto, velut indices locatae operae, et quantum rependi iis oporteat. Ex si, mili causa nostro quoque aevio in variis hominum societatibus porrigi tesseras, quas Galli *méreaux* appellant, et quae vel cupro, vel plumbo, vel charta, vel quacunque alia materia constant. Eundem his numis usum si dabimus, facile expli- catum irit causam duorum vel trium in eodem numero signorum incusorum. Etsi enim numerus uno jam signo notatus fuit, potuit addi alterum, quin et tertium, ejusque in causa intenta tantum haberi ratio. Ex- plicari item, cur Romani monetae aureae et argenteae pepercerint. Cur enim necesse fuisset deformari monetam pretiosi metalli, cum moneta vilioris eundem potuerit usum praestare?

En utriusque IIviri Galli de incusis monetae Romanae signis judicia, quorum alterum Mahudelii infirmius est, quam ut adprobari posse videatur, alterum Bozii probabilius certe, et cui accessere Flore- zius <sup>8)</sup>, variique alii, ejus tamen natu- rae, ut ejus meritum intra conjecturae li- mites contineatur, nostra vero aetate jam minus validum sit propterea, quia omnia argumenta, quae ab incusis apud Roma- nos solis aeneis dicit, suapte collabuntur, repertis non paucis incusis argenteis, ut dictum.

Quod ad signa Graecorum monetae incusa attinet, non negat Bozius, potuisse iis indicari auctum numi valorem, ac pri- mum quidem propterea, quia non mone- tam modo aeneam, sed et argenteam huic

manda haec signa plus dignitatis attulere incusis numinum, principumve capitibus, aliisve signis affabre elaboratis, cum Ro- manorum signa plerumque tantum literis earumve nexibus constarent, ut dictum.

Successit Pellerinius, qui binis locis suam de his sententiam exposuit <sup>h)</sup>). Exi- stimat, civitates Graecas numis exterarum civitatum ope commercii ad se delatis, cum istud e re visum fuit, arbitraria im- pressisse signa, quibus indicaretur, eorum usum instar monetae domesticae permis- sum. Causam, cur istud conjiceret, dedit, quia revera habemus exempla, Graecos non semper monetae suae, sed et alienas id genus signa intulisse. Praeter numos varios, quos ad hanc causam advocat, sed non satis idoneos, exhibet unum He- racleae cujuspam incertae, in cuius anti- ca capiti Commodi insculptum est CAPA., ergo a Sardianis monetae exterae inser- tum, et, quod sequitur, non, ut ejus va- lorem augerent, sed ut illi valorem intra fines suos impertirent.

Praesto sunt exempla, eaque multo evidentiora, signorum monetae externae impressorum. Indicavi olim numos tres ex illustrium tetradrachmorum numero, quos frequentes signavere Sidetes Pamphy- liae. Omnes tres in parte antica incusum habent arcum et pharetram, addito in horum uno ΠΕΡΓΑ., in altero ΣΑΡ., in tertio ΤΡΑ., quae sunt accisa nomina Pergami, Sardium, et Trallium, quae fuere urbes provinciae Asiae. Vide numos ipsos in mea Sylloge I. <sup>i)</sup>. Conjeceram ibi

g) Méd. d'Esp. p. 83. h) Mel. 1. p. 140. Suppl. II. p. 61. seq. i) pag. 41.

argumentis, ut spero, non aspernandis, constitutum fuisse ab Asiae urbibus, ut illustres hi Sidetum numi addita communia nota in cistophororum communionem reciperentur, et communem cum illis valorem obtinerent. Quidquid erit, istud certum, Sidetum numos peregrinam fuisse in provincia Asia monetam; quam vero aliam eorum sic notandorum possimus adferre causam, quam ut Alianorum commercio servirent? Eodem in opere spectandum dedi tetradrachmum Alexandri M., cui impressum ΚΑΛ. addita spica, nempe Callatianorum Moeliae <sup>k)</sup>, et paullo supra proposui numum Tyrae Sarmatiae cum simili spicae nota, a vicinis item Callatianis, ut conjicere licet, impressa. Vulgavit Ignarra obvium aeneum Neapolis Campaniae numum typo bovis cum facie humana, in cuius una parte comparet nota incusa SVESA, quae fuit urbs Campaniae <sup>l)</sup>. Haec ergo exempla satis probant jus sibi in peregrinam monetam permisum, valoremque ei publice definitum. Ex eadem doctrina, prosequitur Pellerinius <sup>m)</sup>, tenemus causam, cur saepe duo, quin et tria sigilla uni numo impressa sint. Nam posteaquam urbs aliqua numum peregrinum inserta nota civitate donavit, si is forte in aliam civitatem delatus est, haec eodem consilio notam suam intulit, qua conspecta admoneretur populus, ejus deinceps usum, tanquam pecuniae domesticae, permisum.

Interea non negat Pellerinius, factum etiam fuisse, ut civitates monetae apud se signatae notas superadderent, idque augendi ejus valoris causa <sup>n)</sup>). Ejus quidem exempla nominatim ipse non commemorat, sed possūm supplere, quod negligendū putavit. In numis tribus Mytilenaeorum maximi moduli L. Veri, Commodi, et Crispinae, quos edidit Pellerinius <sup>o)</sup>, est signum incusum referens incertum quoddam numen Hermae figura, navique impositum. Atqui hunc typum fuisse proprium Mytilenaeorum, in horum numis videbimus. Aliud exemplum dabimus in numis Beryti Phoeniciae.

Exposui sententiam Pelleriniī cujus- cunque meriti, sed quam is Graecorum tantum monetae adcommodavit. Verum quae ejus de numis Romanorum sententia? Causa esse non potuit auctus monetae valor, aut quia id genus numi fuere operarum in laboribus publicis tellimonia, quod utrumque ipse fere fastidit. Omnium vero minime haec signa permisum intra civitatis fines monetae Romanae usum indicare poterant, quia imperatorum aetate non jam illa peregrina fuit habita, sed communis totius imperii, omniumque provinciarum. Molestam materiam ut finiam, ajo, nihil hactenus solidi, et quo difficultatibus omnibus obviatur, adlatum esse, quod eruditus lector vel ex his ipsis meis commentariis facile perspiciet.

<sup>k)</sup> pag. 44. <sup>l)</sup> de Pal. Neap. p. 259. <sup>m)</sup> Suppl. II. pag. 84. <sup>n)</sup> Suppl. II. pag. 67.

<sup>o)</sup> Suppl. II. tab. IV. n. 7. 8. 9.

## C A P V T . X I X .

*D e n u m i s a d u l t e r i n i s .*

Hunc tractatum in partes duas dispescimus, quarum I. aget de numis adulterinis per fraudem veterem, II. de numis adulterinis per fraudem modernam. Parabantur illi a falsariis, ut moneta proba putarentur, paraptur hi a fraudis magistris, ut moneta vetus credantur.

*I. Numi adulterini per fraudem veterem.*

Artem monetam turpi fraude corrumpendi cum ipsis fere numis natam, et scriptores docuere, et experientia. Praestereo testimonium Herodoti, narrantis <sup>p</sup>), Polycretam Sami tyrannum Lacedaemoniis plumbum inauratum pro moneta aurea obtulisse, istud, inquam, testimonium praeter eo propterea, quia auctor ipse enarratum istud ματαιοτερον λογος, anilem fabulam, appellat. Major auctoritas Demosthenis, cuius evidente testimonio docemur, jam Solonis aetate monetae publicae corruptionem rem fuisse passim per civitates Graecas cognitam, et capitali supplicio punitam <sup>q</sup>). Ipsa vero experientia non pauca nobis inveterati hujus flagitii exempla suppeditat. Est in museo Caesareo numus Messanae Siciliae, alias mihi conspectus Metapontinus, quem olim edidi <sup>r</sup>), antiquissimi uterque commatis, uterque

intra argenti bracteam vitem ex aere animam recondens.

Atqui jam tum in eos, qui turbare hoc pacto fidem publicam, et corrumperere pignus reipublicae sunt ausi, gravissimis poenis fuisse animadversum, multa habemus legislatorum testimonia. Apud Demosthenem Solon ipse mortis poenam hujus compertis criminis fuisse intentatam docet <sup>s</sup>). Idem reis decretum supplicium alibi testatur Demosthenes <sup>t</sup>), et ex hoc Aristides <sup>u</sup>). Diogenis patrem fuisse reum corruptae monetae, narrat Diogenes Laertius <sup>v</sup>). Cum Graecorum legibus conspirant Romanae. Quicunque, inquit Vlippianus <sup>w</sup>), numos aureos rasferint, tinxerint, finixerint, siquidem sint liberi, ad bestias dentur, si servi, summo supplicio adficiantur. Vide alibi severas Romanorum in reos poenas alias <sup>x</sup>). Atque ut poena reis, sic et praemium delatoribus publice fuit constitutum. Servi, ait Diocletianus <sup>y</sup>), qui monetarios adulterinam monetam exercentes in publicum detulerint, civitate R. donentur.

Intentata haec supplicia quam inutile fuerint adversus fraudem remedium, ipsa superstes vetus moneta experimentum praebet. Incredibile dictu, quanta numerorum copia argentum pro aere men-

<sup>p</sup>) L. III. c. 56. <sup>q</sup>) adv. Timocr. p. m. 805. <sup>r</sup>) Num. vet. p. 38. <sup>s</sup>) l. c. <sup>t</sup>) adv. Leptinem in fine p. m. 566. <sup>u</sup>) Orat. T. II. p. m. 416. <sup>x</sup>) L. VI. §. 20. <sup>y</sup>) L. Quicunque ff. ad leg. Corn. de fals. <sup>z</sup>) Codic. L. IX. tit. 24. <sup>a</sup>) Cod. L. VII. tit. III. §. 2.

tientium ex officinis tam Graecis, quam Latinis emerserit. Atqui per vulgata ea<sup>a</sup> fraus oculis quotidie nostris obversatur. Testatur facto periculus illustris St. Ven- cent Gallus <sup>b</sup>), ex numis argenteis Massiliae, quos propter incredibilem numerum fere falsidimus, majorem partem aes in- trorsum continere. Exempla subaeratae monetae Romanae seu consularis, seu im- peratoriae non adfero, quia omnia hac musea abundant, ac tanto quidem nume- ro, ut saepe animum subiret suspicio, al- tiore eam imperio sic fuisse vitiata, cu- jus quidem facti aliqua continuo dabimus tellimonia, nisi viderem copiosos eorum, quoque imperatorum subaeratos, quos propter vitae integritatem communis opi- nio ab isthoc criminis absolvit. Non igitur Rinckius in tractandis numis veteribus magnopere videtur profecisse, qui adse- ruit, subaeratos argenteos insignis esse ra- titatis <sup>c</sup>).

Tam copiosa corruptae monetae ve- teris variis modis supplementa non mira- bitur, qui novit, justas officinas, et si fur- tivas, huic fraudi fuisse destinatas. Testi- monium D. Hieronymi jam alibi recitavi, cuius verba sunt: (in vita Pauli Erem.) *Erant praeterea per exesum montem (The- baidis inferioris) haud pauca habitacula, in quibus scabrae jam incudes, et mallei, quibus pecuniae olim signatae visebantur. Hunc locum Aegyptiorum literae ferunt furtivae monetae officinam fuisse ea tempe- state, qua Cleopatrae junctus est Antonius.*

Exstant hodieque non paucae formae ar- gillaceae operis antiqui, quas a falsariis ad fundendos numos adhibitas supra ve- tilimile <sup>d</sup> dixi <sup>e</sup>). Tanto majore licentia, quia impunita, augeri debuit falsorum ag- men, quando et viros principes prodidit historia, qui infami huic instituto opéram commodaverunt. Inter Graecos fuisse sparsumrum tumorem, Polycraem Sami ty- rannum inaurasse plumbum, supra ex Herodoto docuimus. Ferrum denario mi- scuisse Antonium III virum, perhibet Plinius <sup>f</sup>): Teste Dione <sup>g</sup>) Caracalla pro ve- ris numis plumbum auratum, et aes ar- gentatum paravit.

Tam fréquentes, variaeque in vitian- da moneta artes fecerant, ut in ea acci- pienda magnam populus adhiberet cau- tionem, ne qua, ut ait Persius <sup>h</sup>), subaerato mendofum tinniat auro. Magna etiam vul- go voluntate acceptae leges, quae discer- nere monetam probam a vitiata docuere. Ejus exemplum offert Plinius <sup>i</sup>): Igitur ars facta denarios probare, tam jucunda lege plebi, ut Mario Gratidiano vicatim to- tas statuas dicaverit. Vide haec latius ex- posita apud Ciceronem <sup>j</sup>). Quod quidem pervicax hominum in exploranda mone- ta studium eleganter, ac fere κωρικῶς de- scribit Epictetus <sup>k</sup>): Οὐχεὶς καὶ ἐπὶ τούτοις μα- τος, πῶς καὶ τεχνητές εἰσεγκλαμεῖς, καὶ δύσοις ὁ ἀρ- ψυρογνωμῶν προσδέχεται κατὰ δοκιμασίαν τού- τοις ματος, τῇ ὄψι, τῇ ἀφῇ, τῇ ὀσφεσίᾳ, τα- τελευταῖς τῇ ἀκοῇ, ἐψαὶς τῷ δημαρχῳ τῷ φορῳ προσεχεῖ, καὶ σχῆματά ἀρκεῖται φορητος,

b) Sur les Méd. de Marseille p. 8. c) de vet. num. potent. p. 68. d) Cap. XI. e) L. XXXIII. §. 46. f) LXXVII. §. 14. g) Sat. V. 106. h) L. XXXIII. §. 46. i) de Of- fice. L. III. §. 20. k) L. I. c. 20.

ἀλλ' ὑπὸ τῆς πολλῆς περσοχῆς μεσκός γίνεται.  
Videte etiam in numismate, quomodo artem invenerimus, et quot adminiculis mensuris ad ejus examen utatur, visu, tactu, obfactu, denique et auditu; projecto enim denario sonum observat, neque semel ejus percipisse tinnitum contentus est, sed adhibita frequenter attentione musicus evadit. Eodem pertinet ille Petronii numalarius, qui per argentum aes videt<sup>1)</sup>.

Restant explicandi varii modi, quibus corruptam a veteribus monetae probitatem aut legimus, aut videmus ipsis.

Auro vel argento tincti numi vilioris metalli, sive inaurati, et argentati. Ejus falsi exemplum dubium in Polycrate Samio ex Herodoto dedimus, certius in Caracalla ex Dione coaevo. Et fuisse has insidias vulgo intentatas, et publice periculosas, appareat ex lege altius recitata, qua ad bellias damnantur, qui numeros aureos tinxerit. Huc tamen non pertinent numi auctoritate publica inaurati, vel argentati, de quibus egi capite XII. in numis sum variis ornamentis parergis.

Numi aurei et argentei admixto ignobilis metallo. Demolhenes loco supra laudato ex Solone refert, esse urbes Graecas, quae palam utuntur ἀγγυεῖ φέρος χαλκον καὶ μολυβδὸν κεκραμένον, argento, cui aes et plumbum incoctum est. Antonium denario miscuisse ferrum, supra diximus.

At maximum malum, quia difficilior cautio, attulit funesta ars, quae docuit, vile metallum tenui argenti aurive bractea sic vestire, ut argentei aureive numi toti putarentur, qui illustris metalli per-

sonam tantum gerunt. Admiranda sane fuit haec ars, et quae nunc in desperditis vulgo putatur, sed quod esse falsum, infra docemus. Neque enim vel minimum subtilis unionis indicium apparet, ac fraus tum demum aperitur, cum pars bracteae quoque casu fugitiva turpem intus animam prodit. Id numorum genus artis nostrae magistri vocant *pelliculatos* ab inducta pellicula, vel *subaeratos*, quia plerumque aes subtus recondunt; minus concinne, ut jam advertit Rinckius<sup>m)</sup>, aliqui *bracteatos*; nam bracteati proprie dicuntur, qui toti bractea sunt, quales medio aeo Germania potissimum copiosos protulit, at hi, de quibus agimus, solidi sunt, et argenti vel auri tantum bractea opertae.

Infamem hanc artem Graecorum esse inventum, dubium non est. Sane hujus operis extare antiquissimos Graecos, supra dimisimus, et superioris adeo aetatis, quam argentum Romae feriri coepit. Paullo eam. fuisse illapsam, ingenis numorum consularium hac peste laborantium numerus demonstrat.

Nullum ab hac injuria metallum immune fuit. Habentur pelliculati aurei, argentei, aenei.

Aurei pelliculati rariores, quia subreptitii metalli levitas iniquum pondus facilius prodiderat. Exstant tamen hujus generis non pauci. Est in museo Caesareo unus Alexandri M., unus Commodi, unus Caracallae, et nonnulli imperatorum inferioris aevi, in quibus ars multo difficilior, quia ejus aetatis aurei tam sunt tenues, ut animae vix videantur posse prae-

1) Satyrie, cap. 56. m) de vet. num. pot. pag. 63.

bere hospitium. In argenteis fraus vulgata, ut diximus. Quo tempore monetae Romanae argentum aut egregie probum fuit, aut modice depravatum, ei a falsariis structas insidias mirum non est, quia inserto clam aere justum potuit sperari lucrum. At istud profecto mirum, idem etiam vi- tium oblatum numis declinantis imperii tam male argenteis, ut in iis vix aliqua pars nobilis metalli inesset. Quod enim iis corruppendis molestae operae pretium? Atqui et sic subaeratos Gallieni et P. uolt mi argenteos testatur Bimardus <sup>n)</sup>). At incredibile videri posset, etiam in moneta aenea exercitam hanc fraudem, nisi eam testarentur exempla, rara quidem, sed certa tamen aeneorum pelliculatorum, quorum aliqua continuo dabimus.

Anima in pelliculatis his numis ex vario est metallo, semper, ut causa postulabat, ignobiliore, quam ex quo est pellicula. Ea ex aere Cyprio plerumque est, unde his numis inditum *subaerorum* no-men. Singulare est, quod testatur Neuman-nus <sup>o)</sup>, visum sibi aureum Hadriani subar-gentatum, seu cum anima argentea, similemque serius dedit Taninius <sup>p)</sup>). In argenteis compertam etiam animam ferream, nem-pe quam magnes attraxerat, narrat Froelichius <sup>q)</sup>). Aeneorum anima aut ferrum est, aut plumbum. Est in museo Caesareo Caracallae aeneus I. formae, et operis perelegantis, qui ferrum intus recondit. Alia animae ferreae exempla recitat Rinckius <sup>r)</sup>, et Froelichius <sup>s)</sup>). Aeneum cum

anima plumbea ex Schulzii testimonio me-morat Neumanus <sup>t)</sup>.

Creditum plerisque, ut dolo huic ob-viam iretur, flante rep. repertos numeros serratos. Sed quod minus mihi videri ve-risimile, probabo in Prolegomenis ad nu-mos Familiarum capite XVI. Illud certum neque huic generi ab impostoribus parcitum. Creditum etiam, neque injuria, in-feriore aevo aureos non ea, qua olim, crassitie, sed multo tenuiores fuisse cuso-s, ut iis, qui subternere vilius metallum vel-lent, labor esset difficilior, quamquam et in his, ut diximus, a manibus avidis fa-cutum periculum.

In eorum numero, qui numos veteres conquirere amant, sunt, fueruntque non pauci, qui subaeratae huic merci studio-sius, quam monetae fanae probaque in-hiarunt. Ejus illis cupiditatis causa unica fuit, quia, cum persuasum sibi esset, ve-terem sic adulterandi artem esse desperdi-tam, securos se in comparandis hujus naturae numis a recente impostorum fraude crediderunt. Non repugnavero his vi-ris, fin id unum maxime illis fuit propo-situm, non inferre thesauro suo numos, nisi certae fidei veteres, tametsi agere ipse sponsorem semper nolim, numum ali-quiem esse veterem, quia subaeratum. Ete-nim recentem fraudem in nostra quoque aetatis moneta simile fecisse periculum, testatur Froelichius conspectis monetae Gallicae numis plane affabre subaeratis <sup>v)</sup>), et Cl. Neumanus ex museo Caesareo sub-

n) Jobert. T. l. p. 60.

o) Numi pop. P. II. p. 199. p) Suppl. ad Band. p. 326.

q) IV. Tent. pag. 364. r) l. c. p. 67. s) l. c. t) l. e. v) IV. Tent. p. 368.

aeratum, ex obviis Batavorum aureis unum, mihi conspiciendum dedit. Si ergo nostri aevi praestigiae monetam nostram potuere imitari, an idem in hac imitandae monetae veteris licentia non poterunt experiri, praecipue cum in raro quopiam numismate hoc modo fingendo insignem sibi quaestum videant propositum? Ceterum, magnopere falluntur viri numorum veterum studiosi, si existimant, illatis in museum suum numis subaeratis, et si haud dubie veteres praeclaramus, aut gazae suae fuisse consultum honori, aut verae utilitati, cuius unius causa veteris monetae supplementa desideramus. Quam enim copiose in his, quam prave plerumque peccatum sit, quamque adeo fallax sit eorum in philologiae causis auctoritas, jam ante me experti sunt viri eruditii, quorum nonnullorum judicia recitat Froelichius<sup>1)</sup>, et abunde ipse in Catalogo musei Caesarei indicavi. Evidenter non semel experientia didici, si quem imperatorum denarium vidi adversari rationibus chronologis, aut historiae, aut cuicunque alteri cause, eum instituto examine turpem intus animam abscondere. Quocirca, ut non plane aspernandam puto vitiosam hanc sobolem, quia aliquem tamen potest usum praestare, sic in fallacibus antiquitatis testibus esse habendos cordatus quisque facile tecum consentiet, malimque in hoc periculo niti auctoritate aeneorum, quorum plerumque incorruptior fides, quam argenteorum, qui causa metalli magis impostorum avaritiam irritavere.

*II. Numi adulterini per fraudem modernam.*

Accedimus ad partem artis numismaticae ex praecipuis unam, quae numos vere veteres a recens confictis discernere docet. Qua enim mente advocabimus numum, ut antiquitatis testem agat, qui nuper ex clandestina impostoris officina emersit? Quapropter omnibus iis, qui aut numos veteres comparant, aut comparatos ad philologiae causas adhibent, argumentum istud in praecipuis curis esse debet, illis, ne magnis sumptibus numos falsos pro genuinis in thesaurum suum inferant, his, ne antiquitatis doctrinam corruptis testibus magis corrumpant. Incredibile dictu, quam saepe utrisque, ex quo numis veteribus honor haberi coepit, communis hic scopulus fatalis fuerit. Et quod longe est molestissimum, infamis hujus operis artefactis praestantissimorum etiam virorum libros, tum et catalogos, qui maxime studiosorum manus volvuntur, videmus inquinatos. Ejus labis culpa in ipsos est auctores confenda, sive quod illi scientiae, quae numos probos a falsis discernere docet, non eam, quam oportuerat, operam impenderunt, sive quod ad numorum examen non omnem *ἀριστείαν* contulere, sive quod plus justo creduli communicatas sibi ab aliis numorum descriptiones neglecta severiore crisi in opus suum recepere. A simili culpa immunem non fuisse magnum Spanhemium, jam aliis fuit observatum. Quam densum damnosae plebis agmen

1) l. e.

contineat catalogus Mediobarbi, alio niensis prodigiis comparata, qui unus loco demonstrabimus. Froelichium et Khellium viros sane doctissimos in probandis numis non paucis, quos in *Cimelio Vindobonensi* ediderant, nimium fuisse indulgentes expertus sum ipse. Plures etiam malae profapiae in genuinorum societatem admisere auctor praecleari Massei Pembrockiani, et Maffeius in Verona sua illustrata, et nonnulli alii. Ex quo illud sequitur etiam incommodi, quod, qui indicis his ad proposita sibi studia uti volet, pendeat animi, et in anticipitate deprehensum intelligat. Adstruat si dem? at habet graves dubitandi causas. Abneget? at prohibet magnorum nominum reverentia, atque inter haec metum ingenerat illud Hesiodi <sup>y)</sup>:

*Kai πιγεις δ' αε' ομως και απιγιας αλεσαν  
ανδρας.*

Pauci sunt, quorum in hac causa judicio sine erroris metu stare possis, quos inter cum laude nominandi Vailantius, Bandurius, Buonarrotius, Haymius, Pellerinus, Belleyus, Barthelemyus, Combius, Blondius, Neumannus. In aliis, et si non defit artis numismaticae cognitio, tamen utrum hac in parte recte ab iis fuerit judicatum, dubitari potest. Nuper Abbas Sestinius paucis paginis copiosos vulgavit numos imperatorum commatis peregrini, quorum tot annis, a totum numerum hellionibus aut nullus, aut singuli tantum sunt reperti <sup>z)</sup>. An verisimile, tantum fortunae contigisse uni, quod hactenus negatum omnibus? Verum ludicra haec sunt cum Balthasaris Münteri Hav-

nienis prodigiis comparata, qui unus privatus in museum suum intulit numos, quos principum facultates comparare nondum potuerunt, Cyriadis, Ingenui, Pisonis, Balistae, Trebelliani, Celsi, Odenathii, Herodiani, Herenniani, Timolai, Saturnini, Proculi, Bonosi, Achillei, quos miravi satis nequeo potuisse a Taninio tanquam genuinos in opus suum recipi, et animadversionibus etiam illustrari, cuius praecleari viri arduum laborem in augendo Bandurio ut grato animo accipimus, sic moleste ferimus, Bandurii castmoniam hac illuvie et sordibus fuisse pollutam. Habes, lector eruditus, causas, cur ab auctore, qui numos nobis *ἀνερδοτος* promulgat, non modo criticae hujus artis scientiam requiramus, sed etiam in judicando rigorem tanto magis nostra aetate necessarium, quahto non modo major est improbae hujus mercis eluvies, sed et saepe perfectior ars multis tam nitide ad veterem modum fabrefactis, ut et peritissimos possint in fraudem inducere.

Inter eos, qui argumentum istud persecuti sunt, praecipua laus debetur eruditio Beauvais, qui ante annos non multos satis prolixum de hoc tractatus conscripsit, eumque subjecit operi, quod *Histoire abrégée des Empereurs* inscriptis. Quoniam non mihi tantum arrogo, ut melius me aliquid adferre in hac causa posse sperrem, eum totum huc transferendum duxi, nisi quod mihi permisum putavi, resecare illa, quae jam alibi in his prolegomenis fuere tractata, aut quae superflue dicta videbantur.

y) Opp. v. 372.

z) Lettere T. IV, pag. 86—132.

*Dissertatio de numis adulterinis auctore  
Cl. Beauvais.*

Quoniam judicium, quod discernere numos antiquos a fictitiis docet, maxime scitu necessarium est illi, qui ad colligendos numos veteres applicat animum, mirum profecto, in hoc auctorū numerō, qui hactenus artis numismaticae praecepta tradidere, neminem repertum, qui leges certas praescriberet, quibus ducibus verum a falso dignosceremus. Joberius in pervulgato suo opere tam perfunditorie hanc partem est persecutus, ut magis videatur eam attigisse, ne reprehensionem incurreret ejus neglectae in opere, quod omnes artis numismaticae causas complecti debuerat. Atqui si fuit tempus, quo necesse fuit, iis, qui his studiis delectantur, indicare praestigiatorum fraudes, istud profecto est, quo omnēm Galliam, aliasque regiones inundavit numerum spuriōrum torrens, quos olim intulit Italia, et quotidie inferre non definit\*).

Tametsi hos numos veteres singendi ars et licentia, ac pro genuinis obtrudendi

nequaquam nostrae sit aetatis inventum, sed antiquae prosapiae. Guilielmus du

Choul, qui ante annos omnino ducentos vixit, fuitque inter primos, qui Graecorum Romanorumque monumenta commentariis illustrarunt, in opere suo: *Discours de la religion des anciens Romains illustré de Médailles*, binos silit Agrippae numos, utrumque haud dubie falsum, quorum unus magni aeris exhibet Pantheon, alter argenteus Neptunum hippocampis yectum cum epigraphe: *Aequoris hic omnipotens*. Huic coaevus Antonius le Pois dedit numum Scipionis Africani, alium Hadriani cum *Ponte Aelio* in parte averfa &c. Ex quo efficitur, sub ipsa artis numismaticae incunabula continuo nefarios pecuniae veteris fabros pullulasse.

Non multo post malam artem in Italia auspicati sunt falsarii, nomine *Patinini*, et *Parmensis* late cogniti. Post hos Michael Dervieu Florentinus, et Cognierius insignis sunt nomen adepti, ille imitando omnis generis numos veteres, praeципue aeneos maximae formae, hic Tyrannorum sub Valeriano et Gallieno mo-

\* ) At cui. cl. auctor unam hoc Italiam in hujus ignominiae invidiam vocat? An ab hac immunes aliae cultioris Europae provinciae? Non poterat fane ignorasse novissimas, et in Galliae luce perdiu patratas fraudes, quarum idoneum testem habeo Enneryum in hac palaestra prae aliis exercitatum, cuius verba sunt in epistola ad Ill. Baronem Seckendorf data: *tulit noska aetas numerum παραχαραχτην in paucis nobilem, cui nomen la Roche. Delituit is in ignobili oppido Lugdunum inter et Gratianopolin. Ea vita functo patris fraudem aliquamdiu continuavit filia. At eum non eodem esset quo pater ingenio, ab opere deslitit. Ejus opus sunt numi rarissimi a Pellerinio vulgati*. His perfectis nemo mirabitur, praestantissimorum numismatum, ante Pelleriniū praeconia plane ignotorum altera exempla nunc passim in privatorum museis jactari. Similis fallacie specimina dedit Germania et Hungaria. Quin ex insigni numorum numero, qui Constantinopoli empti, et ad me adlati sunt, praestantissimi quique sere omnes certa prodidere ἀγνησιοτητος indicia. Ceterum hoc loco omittenda non fuerat industria Rinckii, qui argumentum istud satis adcurate et copiose illustravit (de num. vel. pot. cap. XVI.)

netam. In Batavis Carteronus aliique spuriorum agmen infinitis supplementis auxere. \*)

Ab horum ergo tenebrionum astutis ut tutos praestarem artis nostrae studiosos, sequentia conscripsi praecepta, quae placuit in X. articulos dividere, quorum

I. aget de numis moderni commatis nomine *Patavinorum cognitis.*

II. de numis fusis in matrice numorum modernorum.

III. de numis fusis in matrice numorum antiquorum.

IV. de numis antiquis, quorum mutantur capita, et typi.

V. de numis malleo transformatis et compositis.

VI. de numis fissis.

VII. de numis subaeratis et incusis.

VIII. de numis veteribus fusis, iisque, qui sunt duplicitis metalli.

IX. de numis confictis, et iis, quorum pauci inveniuntur spurii.

X. qui articulus titulum non praefert, et omittendum duxi, quia aut jam alias dicta continet, aut quae ad praesens argumentum non magnopere pertinent.

### §. I.

#### *De numis moderni commatis nomine Patavinorum cognitis.*

Numi, quos generatim Patavinos appellamus, ex matricibus prodire, quas sciti artifices variarum nationum vetero quodam exemplari ad imitandum propofito insigni artificio et nitore elaborarunt.

Hujus naturae numi incredibili numero circumferuntur, quos sola ars vetus pulchritudine et decore superat. Elegantes ex his series possunt componi in quacunque magnitudine, et metallo, numorum five Graecorum, five Romanorum. Numi aenei maximae formae cum capite imperatorum, siquidem falsi sunt, aut ad exemplar numorum vere veterum sunt fabricati, aut ex cognitis factis historicis confici. Frequentissime sese ars recens in XII. primis imperatoribus exercuit, praincipue quorum capita sunt rariora, ut Tiberii, Othonis, cujus aenei triplicis formae Latini non exstant, nisi Antiocheni, et Aegyptii, deinde Vitellii, Pertinacis, duorum Gordianorum Africanorum, Agrippinae Claudi, Domitiae, quae vix reperitur commatis vere antiqui, Plotinae, Marciana, Matidia, denique Anniae Faustinae Elagabali, et Tranquillinae Gordiani.

Quibus ad lectiores veteris monetae thesauros aditus patuit, minus erit difficile hos evitare laqueos. At enim major eorum pars in remotis degit provinciis, et vix Parisios combeat, ut reliquarum artium omnium, sic et numismaticae sedem, neque adeo a virorum in his studiis illustrium consuetudine aliquam potest percipere utilitatem. Vidi ipse horum non paucos, qui, et si vitam omnem in colligendis numis consumpissent, non tam sibi certum judicium, qui numi vere veteres sint, qui spurii, potuerunt comparare. Quod quidem usque adeo verum est, ut unanimis sit eruditorum Parisino.

---

\*) Alios malae mercis fabros commemorat Rinckius (de vet. num. pot. p. 115.)

rum fententia experientia confirmata, maiorem partem rariorū ex magno aere numorum, qui thesauros etiam illustrios famae, sed in provinciis collecti, constituunt, cum Parisios ab haerede vendendi causa deferuntur, novicii esse operis agnoscit.

Interea ad dignoscendam Patavinam hanc mercem regulae possunt prodeſſe ſequentes: I. Numi omnes magni aeris, qui Patavini dicuntur, de quibus ſolum hic agitur, generati minus crassi ſunt, quam antiqui. II. Nihil eorum elegantiae ademit aut longior uſus, aut aevi et aeruginis injuria. III. Literae noviciam formam produnt, quali inscribi ſolent noſtræ aetatis numi. IV. Nunquam vernice \*) obiecti ſunt, niſi artificiosa, quam tamen minus diſſiculter dignoveris; nam plerumque nigror eſt, et pinguior, neque ſcalpro reſiſtit, cum tamen vernix naturalis ſplendore fit eximio, et eadem cum ipſo numo duriſie. V. In eorum marginē apparent limae veſtigia, ſaepe occultiora, ſed quae oculum attentum non effugiunt. VI. Formae ſunt perfecte rotundae, quan- da numi antiqui, praesertim inde a Trajanō, tam anxię rotundi non ſunt.

Eaedem leges ad explorandam aeneorum maximae formæ probitatem valebunt. Ac primum quidem admodum ſu- ſpectos habebimus omnes hujus classis numos, qui imperatoris caput a J. Caefare uſque ad Hadrianum offerunt. Vix unus aliquis genuinus intra hoc temporis ſpatium reperitur.

Neque major diſſicuitas in examine numorum imperatoriorum ex argento vel auro, aut numorum Graecorum cuius- cunque metalli. Eſto, numi oram videri inculpatam, at literae facile dabunt judicium. Et vero ad harum naturam cognoscendam praecipuus eſt adhibendus labor, qui adeo operofuſionis eſt, ſiquidem voles iſtuc animum advertere. Etenim quo- cunque modo numus falſus erit, five quia operis eſt moderni, five ex numo vetere vel moderno fuſus, five ſcalprum mal- leumve eſt expertus, ſemper literae frau- dem indicabunt. Sane hae ut verum fa- teat, regulam certifimam, ac forte uni- cam de numorum fide recte judicandi ſuppeditant illi, cui nondum vera operis veteris natura ſatis eſt perpecta, cujuſ deinde ſcientia momento temporis docet, utrum vetus, utrum novius ſit numus \*\*).

\*) Quid intelligamus nomine *vernice*, cuiusque ea fit in moneta vetera naturae, diximus ca- pite XII.

\*\*) Niſum nobis hoc loco promittit auctor. Etenim ſi tam facile nobis *χρυſηιον* ſuppeditarent literae, cum pauci fint in moneta vetera numi, qui literati non fint, ſequeretur, pronum promptum queſeſſe de oblati cuiuscunq; numi fide' judicium. Contra experimur, peritiſſimum quemque in ap- probando numo, reprobandove nonnunquam pendere animi, et non raro inter peritiſſimos quo- que exortam litem, his approbantibus, reprobantibus illis. Accedit, quod ipſe auctor non ſibi ſatis conſtet. Nam quam hoc loco diſſicuitatem elevat, infra §. IV. etiam peritiſſimis moleſtam profitetur. Enimvero non ſatis video, cur habiliſ quidam artifex figuræ ad veterem modum imitari ſcire poſſit, literarum formam non poſſit, cum is dolum omni collata opera meditatus eſt.

## §. II.

*De numis fusis in matrice numorum modernorum.*

Id genus numi tanto sunt numero, ut musea omnia, nisi quae artis magistri instruxere, iis abundant. In his facilior est fusionis modus, quam in antiquis. Major pars numorum veterum alicujus meriti, quos solum imitari operae pretium est, vitium situ contraxit, et nitoris adeo jacturam fecit, demptis aureis fere semper illaes. At vero numi Patavini, quia integræ, facile, quam voles, formam accipiunt. Quare falsarii, quorum in sculpendis matricibus minus erudita manus, in hoc fusionis modo acquievere. Horum malam fidem saepe difficilius detexeris, quam ipsorum archetyporum, quia potes addere crassitatem, quamcunque voles; deinde cavitates ab arena profectæ replentur lithocolla, scalpro emendantur literæ, denique quaquaversum inducit vernix ad tegendum aptius dolum. Nequaquam mirum, adlectos his artificiis tirones saepe numero in laqueos incidere. Neque tamen in iis dignoscendis plus impendendum operæ, quam in iis, quos malleus parturivit, modo leges hactenus dictatas in consilium adhibeamus; praeterea eorum exploremus pondus, quod levius est in fusis, quam malleo percussis, quia in iis metallum rarefecit igitur, in his ictus vehementia coartavit, effecitque gravius, modo denique observemus, literas esse distortas, praeterquam quod lithocolla et falsa vernix suapte in oculos incurront.

Numi aurei et argentei eodem modo fusi multo facilius discernuntur, quia et

lithocollam, et vernicem respuunt. Quare continuo turpes suos natales produnt, et necesse est valde esse tironem, qui his se laqueis illigari patitur.

Falsorum numorum ora in fraudem saepissime inducit. Enimvero plerumque ab hac parte numorum examen solet inchoari. Plerique in hac lege acquiescent: aream numorum absolvit ab ora, et vicissim. At nihil hac lege falladius. Exstant copiosi argentei, quorum oram jam Romanorum aetate attrivit lima, ut includerentur annulis, vasis, alijsve monumentis, quorum aliqua nonnunquam reperiuntur. Similes numi saepe pro suspectis sunt habiti, iisque diffidunt plerique, et si certae sint auctoritatis. Ad hoc multi numi falsi oram habent punctis et aerugine scabram, tanquam saeculorum hoc esset injuria, quod quidem hoc modo peragitur. Margo numi falsi cera obtegitur, et haec pluribus locis pungitur. Immisa foraminibus aqua fortis oram sic exedit et pervertit, quam istud longi temporis aetas praestare potuit. Ergo tum ora in speciem legitima patrocinari areæ non potest, atque ut paucis absolvat, nihil hoc judicio institui, quia, ut dixi, numus, cuius oram lima rotis, potest esse antiquus, et alter, qui oram habuerit ad veterum modum exesam, esse spurius.

## §. III.

*De numis fusis in matrice numorum antiquorum.*

Magis arduum in his examen, quam in praecedentibus, quia, cum hujus generis numos fundere est propositum, ad parandam formam fusioni servitrum se-

ligitur numus quisque integerrimus, unde  
numus nascitur adeo parenti similis, ut  
etiam peritissimo cuique posset imponere.  
Fundi hoc modo possunt omnis magnitu-  
dinis et metalli numi, et si eorum vitia  
emendavit scalprum, tam prope imitan-  
tur verum, quam numi ipsi veteres, atque  
istud tanto certius, quia, cum haec fraus  
raris tantum numis intendatur, falsarii  
liquefactis numis coaevis, sed obviis, in  
operis materiem utuntur, ut numus nascitu-  
rus ejusdem sit spectato metallo naturae.

Negari nequit, numos hoc modo pa-  
ratos difficilius discerni, et plurimis hanc  
fraudem esse fatalem, praecipue in com-  
parandis imperatorum argenteis, quos pro-  
pter arctius volumen facilius licet imitari.  
Vix existant musea, quae non contineant  
numos hac ratione confictos. Gynaeceum  
Trajani, Pertinax, Did. Julianus, Pescennius,  
duo Gordiani Africani, Tranquillina,  
Cornelia Supera millies ad hanc fraudem  
sunt vocati, et doctus sum experientia, ex  
horum numis XX., quos musea ab urbe  
nostra principe remotiora continent, vix  
unum alterumve esse a fraude immunem.

Praecipua duo in hac causa sunt ob-  
servanda, I. literae, II. area numi. Cum  
is fusus est, literae apparent vagae, neque  
nitide ex area prominent, et agnos-  
cuntur vestigia scalpri, si hoc illae adjutae  
fuere. Ergo sollicite indagandum, utrum  
literae omnes eandem sequantur legem  
et formam, an earum nulla claudicet,  
sed omnes eadem fiducia ex area existant.  
Cum haec deerunt, numum suspectum pu-  
ta. Quod ad aream attinet, ea in numis  
fusis non aequae, ac percussis integræ est,  
sed exiguis hiatibus, quos ingressa im-

portune arena excavavit, respersa. Vitium  
istud nequaquam, ut in aeneis, ope  
lithocollae, et vernicis occultari potest,  
sed necesse est, ut in aureis argenteisque  
continuo in oculos incurrat.

## §. IV.

*De numis antiquis, quorum mutantur ca-  
pita et typi.*

En tibi numorum genus prioribus mi-  
rabilius, quodque minus in suspicione-  
patet, cujusque ut evites laqueos, opor-  
tet magnos in numorum mechanica fe-  
cisse progressus. Intelligo numos vere qui-  
dem veteres, sed quibus novae inscri-  
ptiones, nova capita, novi typi mira arte  
sufficiuntur. Hos cum comparavere nu-  
morum studiosi, sui securi fraudis suspi-  
cionem procul habent, quia vere anti-  
quos experiuntur, sed qui nihilo minus  
falsi sunt, quia re ipsa a veris differunt.  
Suapte patet, nonnisi in raris capitibus  
et typis hanc fraudem instrui. Major  
eorum pars ex Italia infertur, qua in re-  
gione coeptum est hoc modo corrumpere  
numos, ex quo priores modi frequen-  
tiore usu cogniti vim nocendi amiserent.

Placuit igitur, numum quempiam an-  
tiquum quidem, sed obvium in rariorem  
alium transformare, v. c. aeneum Clau-  
dii Antiochiaæ Syriae in Othonem, Fa-  
ustinam seniorem commatis Alexandrini in  
Titianam, Domnam in Didiam Claram,  
Macrinum colonia in Pescennium, Or-  
bianam magni aeris in Anniam Fausti-  
nam, Mamaeam in Tranquillinam, Phi-  
lippum patrem vel Valerianum in Aemili-  
anum etc. Nihil obstat, vultus lineamen-  
ta in his aliquantum differre. Quod deest,

commode supplet scalprum. Lubet creare Pertinacem, serviet istuc numus M. Aurelii, praecipue in cuius aversa est consecratio, quia uterque hunc typum communem habet. Effice, ut magis turgeant barba et nasus Aurelii, et siquidem dextre mutaveris epigraphen, numus similis, qui aversam offert incorruptam, aliaque integratatis indicia, nisi cautissimo, facile imponet.

Numi hoc modo personati saepe occurunt in museis, praecipue in serie aeneorum I. et II. formae, quorum fraudem maligna vernix praeterea adjuvat. Ergo iis, qui opes veteres colligunt, danda principio opera, uti hunc fallendi modum discant detegere. Fere semper litetae judicium dictabunt. At enim fuere in Italia artifices, qui longo per omnem vitam usu artem sibi propriam fecere tollendi literas proposito inimicas, et sufficiendi alias, atque istud adeo scite, ut plerisque sincerae videantur. Vidi virorum peritissimum diffidere judicia in approbanda Titiana operis Aegyptii, quae tamen aliud non fuit, quam Faustina sic transformata. In simili numero fuit Caesonia ex auro musei olim Lebret. Compertum serius fuit Parisiis, in primaevo suo statu fuisse Agrippinam seniorem cum aversa Caligulae, factamque Caesoniam ope inscriptionis per artem inductae.

Eadem fallacia non capitibus modo, sed et typis intentatur. Saepe ab aevi iniuriis immunis est pars capitum, sed vitium oblatum parti aversae. Si haec rariorem habet typum, numusque est aeneus, reparari solet scalpro, figuraeque omnes restitui numeri area aliquantum excavata. At enim

advertere tum licebit, figuratas parum prominere, et ex area existere, praecipuo latentis fraudis argumento.

Multi numi aenei partes aversas offerunt illaesas totas, et primaevae integritatis, sed has ipsas recente arte elaboratas. Horum quoque pars adversa vetus revera est, qua intacta relicta excavatur pars aversa, repletur lithocolla ejusdem cum numo coloris, atque haec tam solide adglutinatur, ut nonnisi vi avelli possit. Subinde lithocollae insculpuntur literae, figure, et quae lubet alia, ut numus rarus, et totus integer evadat, inducitur utrinque vernix, ac tum tanto magis ad fraudem valent, quia pars antica sincera est, neque adeo aversa facile in rigidius examen vocari solet. Enimvero non paucis numis aeneis I. formae hoc modo vitium oblatum est. Tamen eti non toti falsi sint, et existent plures, qui tantum aliqua sui parte hunc dolum passi sunt, vitiosi nihilominus sunt, et exigui propterea pretii. Paucae dantur series magni aeris, quae non numis sic reflectis abundant. Longo usu, et intelligentia artis veteris ad eos dignoscendos opus est, ac tum fallacia haud difficulter in apricum proferetur. Quo in argumento princeps lex esto, diffidere vernici, scalpro suspectas partes experiri, explorare, utrum omnes partes sibi content, quo merito semper erit numus prognatus ex matrice adcurate et perite scalpta.

#### §. V.

*De numis malleo transformatis, et compositis.*

Numi mallei ope transformati ejusdem fere sunt cum praecedentibus indo-

fis. Pars **aversa** numi veteris obvii, sed pro-  
be integri, lima auferitur, et in ejus locum  
ope matricis modernae typus aliis, qui ve-  
terem imitetur, imprimitur, quod fit, par-  
tem, qua caput est, applicando chartarum  
strui, ne caput ictus **vehementia** subdat.  
Hac igitur ratioue numus exsilit elegans, et  
si dexter fuit matricis novae artifex, vete-  
rum aemulus. Id genus **aversae** sua **seso** ra-  
titate commendant, et pleraeque genuinis  
in numis nunquam reperiuntur, quales sunt:  
*aquas Claudiam ex fontibus oto.* in *numo*  
*Claudii, Pons Aelius vel Expeditio Iudeica*  
in numis Hadriani. Numos hae arte forma-  
tos ex ipso fabricae modo, quo pars anti-  
ca ab **aversa** abludit, dignoveris.

Nomi compositi constant ex duobus  
numis dimidiis obviis quidem, sed qui con-  
juncti rarum efficiunt. Haec **fraus** non ae-  
neis solum, sed argenteis quoque intenta-  
tur, v. g. ex **nomo** Antonini tollitur pars  
**aversa**, eisque applicatur caput Faustinae,  
en tibi numum rarum. Si numus est aeneus,  
seligitur alter ejusdem coloris et vernicis.  
Numos reperias hac arte tam **affabre** so-  
ciatos, ut nonnisi scientia, esse sic compo-  
sitios, fraudem apieriat, praecipue cum in  
hoc fallendi negotio ora numi semper ma-  
neat illaesa.

Sunt nomi alii partim argentei, par-  
tim aenei, compositi ex duobus numis di-  
midiis conglutinati, opus artificum, qui  
memoratum componendi modum, quia  
magis arduus, praestare nequeunt. Verum  
in his fallacia se continuo manifestat in-  
specta ora, quam hoc in insituto limari  
semper oportuit.

Interea compositi hi nomi confundi  
non debent cum magno numero numorum

vere antiquorum in omni metallo et for-  
ma, qui **aversas** offerunt ab imperatori-  
bus, quorum praefixa sunt capita, alie-  
nas. Harum causa perversitatum fuit aut  
oscitantia monetariorum, aut **fraus** arti-  
ficum, jam vetere aevo monetam publi-  
cam corumpentium.

### §. VI.

#### *De numis fissis.*

Fissurae, quas contraxere copiosi nu-  
miveteres, et praecipue majoris aeris causa  
amplioris voluminis, occasionem dedere  
falsariis ipsum hoc vitium imitandi, quo  
facilius numus antiquus videretur. Potior  
pars numerorum falsorum dubium istud an-  
tiquitatis indicium praeseferit, et cum  
primis, ut dixi, ii, qui magni sunt aeris,  
quia, quanto latior est nomi orbis, tanto  
facilius finditur; atqui certum est, a sola  
mallei **vehementia** fissuram nomi proficiisci.  
In nostrae aetatis moneta vix unquam vi-  
tium istud reperitur, quia in hac operis  
monetarii perfectione unicus sufficit ictus  
ad imprimendos nomo typos. At vero nu-  
mos veteres propter repetitos mallei ictus,  
cujus certissima indica eorum plurimi of-  
ferunt, facilius findi necesse fuit. Has igi-  
tur fissuras in nomis, seu percussis, seu  
fusis imitari placuit. Ad quam fallaciā  
detegendam oportet utramque nomi par-  
tem in examen vocare, et advertere,  
utrum fissura haec iter naturale peragat,  
illudque arcuatū, ac denique in filum  
tenuissimum desinat. Haec si praestō erunt,  
nomum, aut verius nomi orbiculum anti-  
quum puta, etenim fieri potest, ut numus  
cetera antiquus alio vitio, qualia hacte-  
nus expoluimus, laboret. At si fissura

principio sit latior, et linea recta pro- currat, neque, ut dixi, definat, continuo judicato, fuisse eam lima procuratam; neque praeterea alia spuri commatis in- dicia sunt quaerenda.

## §. VII.

*De numis subaeratis et incusis.*

(De subaeratis, quia ad fraudem ve- terem pertinent, jam egimus parte prio- re hujus capituli. Vnicam, quod huc per- tinet, praeterea monendum). Quoniam: ut dictum, difficile est, numeros veteres, subaeratos imitari, ac propterea in sub- aeratis nulla est recentis fraudis suspicio; solent nonnunquam falsarii numum spu- rium argenteum candente acu ferrea trans- figere, quo facto argentum intrinsecus nigredinem contrahit, et numi vere sub- aerati speciem praebet. At fraudem ten- tatis scalpro aliis numi partibus facile perplexeris.

(Numi incusi, quia non dolo inten- tato, sed monetariorum negligentia vitiosi sunt, a praesente argumento alieni sunt, de iisque actum alibi).

## §. VIII.

*De numis veteribus fusis, iisque, qui sunt duplicitis metalli.*

Quae hoc articulo auctor de numis veteribus fusis differit, praeterimus, quia consilio, ut tirones objecto typo illu-

de hoc numerorum veterum genere, jam egimus capire XI. At non omittendum insigne auctoris monitum de numis, qui fusi, ac propterea suspecti videri possent, et si fusi omnino non sint. Nimurum magna numorum veterum partem, cum ex terrae sinu emergunt, et si intrinsecus in- columes sint, spissa aerugo involvit. Ad hanc tollendam solent imponi igni. Ve- rum cum numi omnes sive argentei, sive aenei aliquam materiae heterogeneae par- tem contineant, necesse est, metallum mol- lius liquefieri, et in fumum abire, dum interim illud, quod durius est, calefiat tantum, nihilque sui desperdat. Quo sit, ut metallum in vaporem solutum in su- perficie numi cavitates relinquat, quae fusionis praeferre suspicionem possunt, et si fusi non sit numus, vitiumque suum uni igni debeat, cui impositus fuit, ut aeruginem exuat: Addit cl. auctor, saepe se ejus eventus facile periculum, cui fi- des haberi possit \*)

De numis duplicitis metalli egimus capite XII.

## §. IX.

*De numis confictis, et iis, quorum pauci inveniuntur spuriis.*

Aliud mihi hoc loco propositum non est, quam indicate: numeros confictos eo consilio, ut tirones objecto typo illu-

\*) Sunt in museo Caesareo numi non pauci argentei aeneique, in quorum superficie unus, duo, pluresve colliculi turgent, et speciem praebent campi, in quo talpae cubilia soderunt, cum tamen haud dubie sint genuini, tantumque absit, ut fusi sint, ut certissima in iis apparet adhibiti mallei indicia. Rei insolentiam cum diu mirarer, neque aut ipse causam repetire, neque eam possenti explicare illi, quos consulueram, gaudebam sane, mibi ab hoc viti praeclarri indicio desideratam lueem fuisse adfusam. Ejus in numis veteribus vitiis, et a qua causa oriatur, mentionem jam fecit Savotus. (de Num. ant. P. II. c. 4.)

stri ac singulari in fraudem inducantur. sint commatis moderni, tametsi adfirmare Ejus generis sunt numi Graeci Priami, nolim, non existere aliquos fusos. Quo- Paridis, Helenae, Aeneae, aliorumque circa cuius cupiditas in numos consula-regum, ducum, philosophorum, qui olim res fertur, minus falsariorum præstigias nominis sui fama orbem replevere, sed pertimescendas habet.

quorum imago nunquam vetere aeo- Numi coloniarum Romanarum multo mis fuit inlata. Eodem pertinent numi adhuc minus, quani consulares, fraudi Latini Hannibal, Scipionis, Ciceronis, ansam dedere, quia rudioris sunt operis, aliorum Romae et Carthaginis virorum ac propterea eos imitari est difficilius. illustrium. Omnes hi numi tam manifesta Omnes igitur hujus classis numi in anti-præferunt operis novicii iudicia, ut pi- quis possunt putari, neque facile memini, geat ei comprobando longius immorari. in his me spuriū aliquem vidisse.

Numi consulares, quorum maxima pars est ex argento, paucis aureis et aeneis, non tam frequenter ad fraudem vocati sunt, quam numi regum et imperatorum, quia minus avide a rei monetariae studiosis expetuntur. Praeterquam quod pauci reperiuntur sic sani et incomplures, ut inde forma ad fusionem apta confici possit, vix sunt aliqui, si restitutos a Trajano demas, quibus supra metalli valorem aliud praeterea pretium soleat hactenus constitui. Quae causa fuit, cur hactenus falsariorum cupiditatem non irritaverint. Vix credam, horum reperiri aliquos, qui

Quinarii non minus, quam alii impares experti. Eorum multi, tam aurei, quam argentei, fusi occurunt. Quin magis in his cautione opus est, quia denariis multo sunt rariores. Tamen ab hac suspicione liberi sunt numi ferrati, quorum multi occurunt inter numos familiarum, quin et Julii Caesaris, M. Antonii, et Augusti. a quibus imitandis, impolitorum avaritia torniatos, quia causa singularis fabricae difficultem habent imitandi artem.

## C A P V T X X.

*De numis monetariorum veterum culpa vitiiosis.*

Etiam istud argumentum propter multiplices artis numariae causas tractandum haud dubie est, dignum jam olim mam efficit. Ex copiosa hac messe altissimo summo viro Froelichio, de quo pro-

lixam dissertationem conscriberet, quae inter vulgata sua IV. Tentamina postremum summa efficit. Ex copiosa hac messe altissimo summo viro Froelichio, de quo pro-

quis tantum spicas sublegam, partim quia

\*) De numis ferratis agetur in Prolegomenis ad numos familiarum. Numismate unquam inter numos J. Caesaris, Antonii, et Augusti videre ferratum, non memini, quod tamen hos loco auctor adserit.

unum alterumve in eadem causa exemplum praecipue in materia suapte clara tantundem probat, quantum amplius eorum catalogus, qualem instruxit Froelichius, partim quia multas causas tractatu suo insertuit, quas nos in praecedentibus commentariis jam expedivimus.

Veteribus monetariis sive in scalpedis matricibus, sive in feriundis numis aliquid potuisse accidere humanitus, quis negabit? Atqui et lapsos fuisse frequenter, et quidem negligentia, quam ipsa facilitas nequeat excusare, infinita habemus documenta. Monendum tamen, vix aliqua reperiri monetariorum sphalmata in moneta Graeca, quae signata fuit floribus Graeciae rebus, aut saltē non dum valde attritis, et si quid forte in ea videbitur peccatum, adhibito studio patere plerumque, absolvendum jure monetarium. Sic cum Florentiae in museo M. Ducus incidet in numum Thespiensium elegantem, et pervetustum cum insolente, sed luculenta epigraphe ΘΕΣΠΙΚΟΝ, in eo eram, ut condemnarem monetarium K pro E intrudentem; verum conlatissimis exemplis ΝΑΙΓΙΔΙΚΟΝ, ΤΕΡΣΙΚΟΝ, ΦΕΝΙΚΟΝ etc. edoctus facile fui, monetarium in hoc numo usum verbo κτητικό pro θείω. Vide dicta capite XVII. §. 8. Eandem laudem sibi vindicat moneta Romana, quam consolare, et familiarum vocamus, modo numus subaeratus non sit. Graecam serius corrupit ingruens barbaries, Romanam auctus in immensum monetariorum numerus, officinae per provincias distributae, omissa

paullatim pulcri atque elegantiae cura, denique barbaries quoque. Sed jam aliquot spinae negligentiae exempla proferamus.

Exhibit Froelichius numum aeneum I. formae, qui nunc est in museo Caesareo: AVRELIVS. CAESAR. AVG. PII. F. COS. *Caput M. Aurelii nudum.* Ξ DESNOS. S. C. *Honos stans.* Satis appareat, syllabam DES: ad partem adhuc anticam pertinere, sic ut sit COS. DES., nempe *consul designatus*, et pro hoc in aversa ponendum HO, sit ut sit HONOS, epigraphe obvia in numis Aurelii Caesaris. Exemplum aliud magis lepidum olim ex aceno Alexandri Sev. I. formae dedi, qui est in museo ill. Com. Vitai<sup>y</sup>), in cuius aversa est: PMRTI PACIFERO. S. C. *Mars galeatus stans d. oleum rumum, s. hastam.* Habentur hujus imperatoris numi cum eodem Martis typo, quorum alii inscribuntur: P. M. TR. P. COS. P. P., alii: MARTI. PACIFERO. Ex quo patet, monetarium, cum priorem epigraphen insculpere matrici-meditaretur, finitis jam prioribus binis elementis ad alteram dilapsum, eaque continua pro O in fine posito ex intenta primum inscriptione recepisse literam P. Docent haec exempla, frustra esse eos, qui in his rei numismatice abortibus nescio quid eruditiois reconditae augurantur, et cum eos tanquam portenta despere oportet, dignos subtili explicatione putant. Similis naturae numus olim Lutetiae emersit: IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. COS. VIII. *Caput Titi laur.* Ξ AERES.

y) Num. vet. p. 312.

AVGVSTI S. C. *Aequitas* fass. AE. II.  
Cl. Boze explicando huic prodigio inten-  
tus multa erudite congesit, ut comprobet,  
AERES positum pro AES, et hoc pro  
MONETA<sup>1)</sup>). Misso hoc iudicio ad erup-  
tam veritatem utar mope meo. Exstant  
inter numos Titi eodem anno signatos alii  
cum epigraphie AEQUITAS. AVGVST.,  
alii cum CERES. AVGVST. Certum ergo,  
et ex praecedentibus exemplis liquet, mo-  
netarium, cum scribere volueret AEQUI-  
TAS, post scriptum jam AE ad epogra-  
phen CERES aberrasse.

Alia scalptorum vicia constunt, in  
mendoza literarum metathesi, ut in numero  
Neronis: IANVM. CLVSTI pro CLVSTI  
(Mus. Cael.), in numero Rhescuporidis  
Thraciae regis: ΡΑΙΣΚΟΤΠΟΡΔΟΣ pro  
ΡΑΣΚΟΤΠΟΡΔΟΣ (Mus. Cael.), in  
numero Vateriani: LERIGO pro RELIGIO  
(Ibid.). Alia in adiectione literae sup-  
pluae, ut: OPITIMVS, SAECVLIVM pro  
OPTIMVS, SAECVLVM (Ibid.). Alia  
in omissione litterae, ut: VERITAS pro  
VBERITAS, et similia. Substitutione li-  
terae alienae, ut: SYLVTARI, REDVCA,  
ΓΟΡΔΑΝΩC, pro SALVTARI, RE-  
DVCI, ΓΟΡΔIANOC. Huc pertinent per-  
versae notae chronologicae, ut cum legi-  
tur: COS. XIII. DES. VIIIIL, pro quo ma-  
nifeste legendum: COS. VIII. DES. VIIIIL,  
quae coafuso, praecipue in subaeratis im-  
peratorum per frequens est. Accedunt li-  
terae inversae contra naturalem earum  
situm, quibus monstros in numis tyranno-  
rum sub Gallieno, et Claudii Gothicī pri-  
dem adsuevimus, etiā subinde justus epi-

graphes ordo ac lex in moneta Romana  
revixerit. De scriptura retrograda, pri-  
mum remota antiquitatis indice, deinde  
invalescentis barbarie, egimus cap. XVII.  
Saepē prolansis Graecorum Romano-  
rumque rebus tanta est in inscriptionibus  
perturbatio, ut in his nullum componere  
verbū sanū, aut quodcumque libuit,  
possit. Haec cum luce ipsa sint evidentio-  
ra, et obviis possint exemplis comproba-  
ri, saepē tamen ingenia diligentia, et su-  
pra communem sensum perspicacia, qui  
ex his paludibus rigare philologiam sunt  
aggressi. Atque horum conatibus accepta  
referimus inandita hactenus in historia  
Romana imperatorum nomina, v. g. D.  
N. EOANVS, R. F. AVGVST. D. N. C.  
BRITIUS. — D. N. CALPITIANVS —  
D. N. VECVNINVS — AVLENAVS &c.,  
quae cum risu perstringit Seipio Maffeius  
a Froelichio laudatus<sup>2)</sup>. Quibus adden-  
da ORIVNA, AVGVSTA credita Carau-  
fi uxori, de qua vide monetam hujus im-  
peratoris.

Sunt exempla, a scalptoribus saepē  
non tam negligentia, quam ignoratione  
orthographiae et linguae fuisse peccatum.  
Obvium est in denariis Antonii III viri:  
LEG. XYIII. LYBICAE, et, quod mira-  
re, constans, cum tamen Graeci, Ro-  
manique constanter scriplerint ΛΙΒΤΑ,  
et LIBYCVS. Inconcinnum est etiam,  
quod frequenter in numis Caſarenſibus  
Cappadociae, aliisque legitur: ΤΙΑΤΟΤ.  
TPITOT, vel TETAPEOT, id est, si  
ad verbū reddas, *consulis tertii*, vel  
*quarti*, pro ΤΙΑΤΟΤ. TPITON, vel

y) B. L. T. XII. p. 809. z) I. o. p. 321.

**TETPAKΙΣ.**, *consulis tertium*, vel *quartum*. In numis Hostiliani: C. OVAL. OSTIL. MES. COVINTVS pro C. VAL. HOSTIL. MES. QVINTVS arguit scaliptorem Graecum orthographiae Latinae rudem. Adde numulos argenteos Gallicos, numos coloniae Laodiceae Syriae, et passim alios declinantis imperii mixtis litteris Graecis, Latinisque deformes.

Etiam aetatis consuetudo, quae a veteri instituto discessit, et ad novam loricendi legem dellexit, non raro absolvet sculptorem. Sic RAEDVX, PIAETAS, BAEATISSIMO, contra CESAR, REI PVBLICE paullatim sese inferiore aeo insinuavere.

At super sunt vitia, quae unius sculputrum incariae procul dubio debentur, qualia sunt, cum inscriptio longe a typō, quem enunciat, discrepat. Sic: FAVSTI NA. AVGVSTA. scriptum juxta caput M. Aurelii in aeneo I. formae; qui est in museo regis Galliarum teste Vallemon-  
tio <sup>a)</sup>). Item; ΛΟΤΚΙΛΛΑ. AC. CEBACTHC. scriptum juxta caput L. Veri in aeneo Ephesiorum maximi moduli olim muci Foucault, teste Gallando <sup>b)</sup>). Ejusdem rationis est: AEVNDANTIA. AVG. typō Pudicitiae, in numo Etrusclae. (Banduri p. 40.)

Aliud certum, et obvium monetariorum vitium sunt formae numerorum male compositae, ut quando cum parte antica alicujus Augustae jungitur aversa, quae per inscriptos consulatus, tribuniciam potestatem, pontificatus, typos militares &c.

ad maritos tantum imperatores pertinet, aut etiam, quando, quae aversa est patris, tribuit filio, et vicissim, tametsi fuere tempora, quae monetarios palam absolvunt, nam certum est, in moneta Romana cum Philippo filio communicatas fuisse partes aversas, quae sine dubio sunt patris, ut olim probabimus, in moneta vero Antiochiae Syriae obvium est videre nummos Octiliae et Etruseillae, in quorum politica legas trib. potestatem, et consulatus, martiorum nempe titulos. Peccatum item a monetariis, quando in uno numero duas partes anticā ejusdem imperantiis conjinxere, aut duas partes aversas, hoc ut illis de sit pars aversa, in hoc pars antica. Notum tamen cum Froelichio in negligentiae peccatis putare numum aeneum II. formae mulei Cael., in cuius ultraque parte est: HADRIANVS AVGVLSTVS, et hujus caput laureatum; nam plura viri ejus exemplaria, quam ut oscitantes suspicio cadere in monetarium possit, et si, quo illud imperatum sit confitio, ignorem. Peccatum etiam, quando cum capite Augulti, vel Augustae junxerunt aversas, quae sunt praecedentium impetratorum. Infinita hujus sunt exempla in argenteis tubaeratis, nimis rursum signatis. De typis in numis familiarum hoc modo permutatis vide prolegomena ad hujus classis numinos.

Denique in certis monetariorum lapibus putamus nummos incusos, et bis percuscos, de quibus egi capite XII. in mechanica artis monetariae.

a) Wolterbeck Electa p. 182. b) Ibid. p. 200.

## C A P V T XXI.

*Dé aetate numorū definenda, variisque varia aetate, locisque artis causis.*

Varii sunt modi, qui docent de numeris modis, ac literarum forma, famam aetate recte ac sobrie arbitrari. Nam brica, quo nomine intelligimus causas agimus hic de iis, qui per certas notas operis externas a mechanica petitas, de chronologicas suam ipsi aetatem <sup>scapto</sup> nique picturae filius, quo vocabulo jam edifferunt, cuiusmodi sunt inscripti epo- recepto indicamus circumscriptionem, ge- chae anni, quae ratio certissima, saltem stum, habitum, cultumque signorum, quae tum, cum de ejus exordio constat, vel omnia varia aetate, variisque locis ma- effigies, aut saltem nomes regis, aut goopere differrē sunt comperta. Haec. quocunque nomine imperantis, quia tem- quidem discrimina suapte feli homini pus, quo principatum tenuebat plenariaque tractandis numis adsueto offerunt, sed ex historia critica certam tenemus, quan- quia longius istud tempus postulat, neque quam in hac parte cautione opus, quia omibus ad musea liberalius instructa ad- fuere principes, quibus grata posteritas itus patet, ut experimentum capere ipsi- diu post eorum mortem numes dedicavit, possint, ad operis moi institutum pertine- ceu Geloni, Hieroni, Alexandro M., Julio re putavi, utilissimae hujus doctrinae, et Gaelari, ut in singulorum numis dicetur. Verum agimus hoc loco de sumis iis, qui utroque hoc subfido ad definiendam aeta- tem suam carent, qua indole plerumque sunt numi illi, quos *autonomos* vocamus. Et tamen permagni interest lice ad artis veteris historiam, lice alias causas, ethi non proximum, tamen quoad ejns fieri poterit, propinquum autonomorum tem- pus indicare, praecipue cum haec num- rum classis antiquitate reliquas omnes antecellat.

Ergo deficientibus certis temporum indiciis advocandae leges aliae, quae possint desideratam aetatis intelligentiam suppeditare. Sunt vero metallum, inscri-

Et invero Barthelemyus, in hoc stu- diorum genere semper cum honore no- minandus, ante annos complures ar- gumentum istud coepit tractare edita insigni dissertatione, quam *Essai d'une paléogra- phie numismatique* inscriptis <sup>c)</sup>). Parabat materiam omnem duabus partibus com- plecti, quarum prima ageret de numorum fabrica, metallo, pondere, magnitudine, forma literarum, et natura typorum, al- tera pars in naturam monetae variis in regionibus signatae inquireret initio facto.

c) B. L. T. XXIV. p. 30.

a Cyrenaica, et continuato itinere vocatis in examen numis Syriae, Asiae minoris, Graeciae propriae, insularum Archipelagi, et mediterranei, denique magnae Graeciae. Verum dolendum, virum praestantem, qui unus sive propter insignem rei veteris numismaticae usum, sive eruditio- maxime praesto sunt, subsidia et facili- polteaquam partem eam, quae ad veritatem tanto proposito par fuerat, suffitima monetae fabricam pertinet, praesertim explicuisse, in medio cursu substa- tisse nulla relicta spe utilissimi hujus argumen- ti ad exitum perducendi. Non est mihi animus, coepit a viro summo mate- riam eadem diligenter, tantoque rerum verborumque apparatu continuare, neque istud permittunt fines, quos praesenti ope- rari praefixi. Tentabo tamen generalia de singulis pracepta tradere, quibus olim, cui plus otii fuerit, ad pleniorum ejus tractationem uti opportune poterit. Atqui multa ad praesentem hanc causam perti- nentia hactenus variis locis prolixius sunt exposita, quae jam necesse non erit, iterum commemorare, et deinceps omessa brevitatem orationi, modumque conciliabunt.

Sed ad definiendam recte numorum veterum aetatem oportet epochas quasdam constituere, intra quas numi singuli verisimili quadam ratione possint concludi. Eas ex causis, quas dabimus, statuimus sequentes:

*Epocha I.* Eam a primis rei monetariae incunabulis porrigo usque ad Alexandrum I. Macedoniae regem. Mortuus est circiter V. C. 291.

*Epocha II.* Inde ab Alexandro I. usque ferè ad initia Philippi II. Amyntae filii, quae complectitur annos circiter C. *Epocha III.* Ab initiis Philippi II. usque ad vicina eversae reipublicae Romanae tempora.

*Epocha IV.* A tempore extuntis rei publicae usque ad Hadrianum.

*Epocha V.* Ab Antoninis usque ad Gallienum.

Antequam singularum epocharum characterem constituo, monendum omnino, praecpta, quae dictabimus, nequaquam ejus esse naturae, ut citra errandi periculum numi omnes certae suae epochae, et non potius vicinae, possint inseri, aut ut non interdum justae sint dubitaadi rationes, cui potius epochae hic illeve numerus sit tribuendus. Nequaquam nobis, nostris facultati tantum tribuimus. Verum si scientiae antiquariae magistri permisum sibi putant, ex variis indicis longo usu ac meditatione captis statuarum, operum anaglyphorum, gemmarum aetatem augurari, possumus et nos permisum nobis putare, ea, quae longo rei numismatis usu didicimus, in pracepta redigere, ac majore istud in numis fiducia, quia hi fere semper epigraphes adferunt, ex cuius sive literarum forma, sive mentione, qua in regione, aut urbe signata sint, eximia saepe possunt auguria capi ad definiendam certius eorum aetatem.

#### EPOCHA I.

*A primis rei monetariae incunabulis usque ad Alexandrum I. Macedoniae regem.*

Eius characteres sunt:

*Metallum.* Nullus in hac aeris usus, in his volumini detrahitur, compensat (de Graecorum hic moneta agimus, non massa. de namis Italiae mediae, in qua aliud obtinuit) argentum cum auro, sed hoc rarissimo, solum dominabatur, de quo argumento supra late egimus capite VIII.

*Inscriptio* saepe nulla. Quae causa est, cur multis hujus epochae numis certam patriam non possumus praescribere. Vide hujus generis non paucos apud Pellerinium, (Rec. III. tab. CXV.) et in museo Hunteri. (Tab. 66.) Cum adeat inscriptio, simplex ea est, et parca, sola urbis mentione contenta, nulloque inscripto magistratu, aliisve indicis in inferioris aevi moneta obviis. Ea vel recta est, vel retrograda, vel, quam βαρεσφηδον vocamus; sed si posterioribus duobus modis peragitur, plerumque tantum hujus epochae, minus frequenter secundae erit indicium. Vide, quae de his modis plura alia praeceperimus supra capite XVII.

*Literarum forma.* Hanc pete ex capite VIII. §. 10., quo loco antiquissimum characterum formam pictam ex numis vetustissimis fitimus. Sed monendum, sicut in linguis, ita et in literarum delectu et forma nonnunquam occurrere archaismos, v. g. in obviis drachmis Achaeorum, quae certe epocha I. posteriores sunt, est F pro Φ, et ο pro K, in aeneis Atheniensium Theta quadratum pro rotundo.

#### *Fabrica.*

Quorum numorum argentum vel auri globosum magis est, et crassiusculum, vel informis rotunditatis, ii plerumque hujus sunt epochae. Vide numos Peloponnesi cum typis testudinis, Regini Bruttiorum, antiquissimos Atticos. Ergo quod

Contra fuere regiones, in quarum moneta orbiculi tenuitas, et rotunditas perfectior certum remotissimae antiquitatis characterem constituant. Confer numeros Syracusarum, Naxi, Abacaeni, alias rumque Siciliae urbium. Tenuis etiam sunt laminae numi variarum M. Graeciae urbium, iisque omnes vetustissimi, qui typum in aversa incusum offerunt.

Quadratum informe parti aversae incusum, de cuius natura et causis actum capite XII. §. 2., certissimus est hujus epochae testis.

Typi in parte antica existentes, in aversa introrsum cusi, qui modus, ut mox dixeram, fuit urbibus M. Graeciae proprius, et de quo ex instituto agetur in prolegomenis ad numos Lucaniae, hanc quoque sibi epocham sine dubio postulant.

Circulus ornatus extrellum numi marginem ambiens, qualem saepe videmus in gemmis, quas Etruscas vocant. Hie plerumque conspicuus est in numis M. Graeciae incusis, ut Sybaris, Crotonis, Cauloniae; item Pandosiae, (Pellerin. Lettres p. 201.) Tarenti, (Hunter.) in Sicilia Naxi, (Torremuzza.) et numis Messanae inscriptis Zancle. Extra has regiones vidi etiam in numo Barces Cyrenaicae, (Pellerin.) sed qui potius epochae II. videtur.

#### *Stilus picturæ.*

In numis antiquissimis talis est, qualis esse debuit illo tempore, quod numos hos parturivit. Tametsi magnum observetur inter ipsos numos, quos huic epochae tribuimus, discriminem, aliis picturam fere

bararam praefterentibus, aliis eam, quae rectum jam tramitem ad artis perfectio-  
nem ingressa est. Neque aliter evenire istud potuit, quoniam finibus satis laxis hanc epocham circumscripsimus. Quare nū-  
mi, quanto magis sunt barbari, tanto aut altiori tempori debentur, aut exstincti sunt signati in urbo, quae veras artis le-  
ges nondum receperit, quod nos discriminem  
cagimur perinde habere, quia ejus reperiundi facultas jam non supererit. Hujus igitur epochae numos secundum varias picturae causas inspiciamus.

Pictoram barbarem ad finem offerunt numi antiquissimi variarum Cretae urbium, Kleuthernarum, Lycti, Rhauci, quorum iconismos vide apud Hunterum. Ibidem numi insigniter antiqui Phaselidis Lyciae. Eiusdem sunt naturae numi inde a Goltzio Lesbo tributi, sed quos nunc esse Mace-  
donicos certo constat, ut dicetur in mo-  
neta Lesbi, qui violentum mulieris raptum exhibit. In his, ut reliqua picturae mon-  
stra praeterea, five dextera mulieris in altum elata, five sinistra demissa omnem justae mensurae modum exceedunt. Quibus numi ipsi praefto non sunt, adeat eorum imagines apud Hunterum. (Tab. 33. n. 1. seq.) Erunt, qui causam requirent, cur malini numos similes signatos statuere remoto illo aevo, et sub artis Graecae ini-  
tiis, ac non potius illa aetate, qua ars per Graecas urbes a summa perfectione ad ultimam barbariem prolapsa est. At facie est; dubium istud expedire. Praeter-  
quam quod peristales supra aditae eorum antiquitatem stabiliunt, necesse foret, eos detrudere in ea tempora, quibus urbes Graecas ferire monetam pridem desivere,

quo de argumento abunde actum alias. Ceterum quantumcunque bararam dixi picturam, tamen multum praefat iis rei monetariae abortibus, quos olim populi vere barbari progeuerer, seu Daci et Moesi imitando numos regum. Macedoniae, Thasiorum, &c. Galli numos Mas-  
iliae, &c. neque mirabimur, Graecorum artem sub artis initiis, quam ipsis invenere, fuisse bararam, quando memorati bar-  
bari inventam ab iis, perfectamque ar-  
tem non poterant nisi barbare imitari.

Alter modus huic epochae proprius in violento membrorum motu, gestu, totiusque corporis sita consilii. Insignia hu-  
juſ ſtilli exempla suppeditant numis, quos propter alias omnes causas necesse est in antiquissimis putare. In numo apud Pellerinum (Suppl. IV. tab. II. n. 10.) Apollo nudus flexo violenter sinistro genu dextera, plectrum attollit. In numo Cnossi Cretae, Minotauros humi sinistro genu inmixta dextera globum attollit, similitram nulla apparente causa distorquet, (Pellerin. Rec. III.) In numis Camarinae idem est. Nemesis ingeniculatae situs. Adde incelum Crimisi naturae plane inimicum in-  
numis Segetae Siciliae. Quod in figuris humanis placuit, placuit etiam in fingen-  
dis animalium motibus. Nihil violentius motu caprae, quae singitur in numis qua-  
liumcunque Aegarum apud Hunterum, (Tab. 16. n. 13. 14. 15.) adde taurum et leonem in numo Acanthi Macedoniae apud eundem. (Tab. 1. n. 16.) Qui vi-  
lentos corporis motus fuisse artificibus, Etruscia proprios dixerunt, habent in his numis exempla vetustissimorum Graeco-  
Graecas ferire monetam pridem desivere, rum, ac mihi quidem verisimile semper.

vifum, hunc picturae modum nequaquam in Etrusco solo prognatum, sed ex vicina M. Graecia inventum, adoptatumque ab Etruscis, et ab his diutius retentum, cum interim Graeci magis naturae obsequi disserent. Tamen in hoc stilo, eti absque causa naturae vim inferat, adversus partium inter se proportionem non peccatur, quemadmodum peccari vidi mus articulo praecedente in numis picturae barbarae. Hac enim spectata nihil vitio dabis sive laudato Apollini Tarentino, sive Minotauro Cnossio, aliisve, quorum attuli exempla.

Vtrumque vitium hactenus commemoratum vitavere numi plures, praecipue M. Graeciae, quorum pictura non modo nihil offert aut barbari, aut violenti, sed potius naturae legibus fideliter inheret, in qua, si rigorem et asperum membrorum textum demas, nihil culpareris. Hujus stili sunt Neptunus Posidoniatarum, Juppiter fulminans, aut quisquis is est, Cauloniatarum, bos respiciens Sybaritarum, Juppiter sedens, et caput leonis Reginorum, ut cōpiolis aliis exemplis abstineam. Atqui et hos intra hanc epocham concludendos, aut saltem horum plures, ex eo manifestum est, quia fuere urbes, quae post statutum a me hujus epochae exitum numos amplius ferire non potuerunt. Exit haec, ut dixeram, circa annum V. C. 291., at Sybaris jam anno V. C. 243. eversa a Crotoniatis fuit. Ergo hujus urbis numi omnes, saltem qui manifeste per vetustum opus offerunt, huic sunt epochae vindicandi. Zaucle Siciliae subacta a Messeniis circa annum V. C. 273. Messana subinde coepit appellari, ergo

et hujus epochae suntnumi omnes Zaucle nomine inscripti. Plerique etiam Naxiorum Siciliae numi haud dubie huc pertinent, quia eorum urbs V. C. 351. a Dionysio deleta fuit. Ex harum igitur urbium numis certissime possumus de statu monetae, qualis per epocham I. fuit, arbitrari.

Esset hic locus commemorandi complures alias vetustissimi Graecorum stili causas, quarum ope non raro possemus de hujus epochae numis confidentius arbitrari, sed quas lubet praeterire, sive quod eas altii ex veterum omnis generis monumentis abunde proposuere, sive quod ambigua; et nimium saepe fallacia haec artis pracepta existimo, sive quod non sit sum, qui ausim, veras vetustissimae in numis picturae notas, ut eas ex longo illorum usu apud animum meum sentio, oratione quoque secundum artis regulas explicare. Facile is, qui contemplando numis veteribus multam impedit ope ram, ex descriptione primum totius corporis, deinde partium, ac praecipue vultus hec mentis poterit de eorum antiquitate, ac cui sint epochae inferendi, probabile judicium ferre.

Aliquos tamen adhuc modos hujus epochae artificibus familiares profertam. Observo, capillos coaptatis globulis, et sic per filamenta in cervicem desluis fuisse formatos. Hujus generis elegantissimum unum Syracusanorum habet museum Caelareum, capite muliebri ad hunc modum trinito, et videri possunt similes complures inter Syracusanos principis Turris Muciae. Eodem modo formantur pili, qui collum bovis cum facie humana in

numis Gelae Siciliae ambiunt. Est hoc indicium artis vetustissimae, sed qua usos etiam video scalptores in gemmis, et si, ut appareat, non antiquissimis <sup>d)</sup>). Eodem cultu sunt etiam capita Centauri, et mulieris raptae in argenteis pervetus, quos supra dixi Lesbo hactenus tribui solitos. (Hunter.) In numis Aegarum, et Acanthi, quos supra quoque indicavi, capra, leo, taurus sparsos per corpus globulos similes offerunt, nulla, quod norim, certa picturae lege. In perantiquo alio Syracusorum numero musei Caesarei reticulum, quod capitum muliebris crines colligit, lineis tortuosis et in se recurrentibus ambientur, quod antiquissimum ornementum genus veteribus Macander dictum est, de quo plura notabimus in tractatu de fluviis.

Atque hujus quidem aetatis numi ut veritate naturae, artisque perfectione multo sunt inferiores iis, quos epocha III. habent, habent tamen vel ab ipsa senectute aliquid aucti, et quod venerationem illis, dignitatemque conciliat, quos cum aspicio, idem soleo apud animum meum sentire, quod conspectis Daedali signis sentit Pausanias <sup>e)</sup>: Δαιδαλος δε ὅπουτα ἀκραγαντο, ἀτοπωρέα μεν ἐξ εἰς την ὁφιν, ἐπιπέπτει δε ὅμως τι και ἵδεον τετοις. Quaeunque fabricatus est Daedalus, oculis quidem absurdiora videantur, tamen ex iis divinum aliquid elucet. Cum quo consonant ea, quae dixit Aesthylus apud Porphyrium <sup>f)</sup>: voteris quidem operis simulacra, et si nulla arte elaborata, divina

putari; verum ea, quae ars recentior fictius finxit, esse quidem admirationi, sed multum inferiora opinione divinitatis.

En tibi certos hujus epochae characteres, quorum nonnullos non negavero in sequente etiam nonnunquam reperiri, ut jam altius monui. Quae leges si rite fuissent ab eruditis variis expensae, non hercule ausi fuissent, numos Syracuseos Gelonis et Hieronis I. nomine inscriptos his regibus synchronos existimare. Ex quo uno exemplo, ut similia alia omittam, satis intelliges, chronologicam hanc numerorum veterum scientiam cum primis in hac arte esse necessariam.

### EPOCHA II.

*Inde ab Alexandro I usque fere ad initia Philippi II.*

Mortuus est Alexander circiter V. C. 291., Philippus regnum adivit V. C. 395. Ex artis historia constat, intra hoc annorum intervallum, quod Phidiam tulit, artes omnes insigniter fuisse excutias, quod beneficium arti quoque monetariae fuisse proficuum in aperto est. Quos enim habemus certos hujus epochae numos, seu regum Macedonias, Cariae, aliosque, mansuetiore jam sunt cultu, posito rigore, qui epochae praeteritiae proprius fuit character.

Deinceps necesse non erit, ad definiendas uniuscujusque epochae notas eandem adferre ἀναγραφas, quia major jam numerorum copia levius examen efficit.

d) Nauor Traité de la méth. de grav. p. 10. e) L. II. pag. 121. f) de abstin. ab esca carnis. L. II. §. 18.

**Characteres** hujus epochae:

**Metallum.** Argentum adhuc, aurum que dominatur, et nonnisi paucos aeneos intra hauc epocham signatos possumus affirmare. Inductam hac aetate Athenis monetam aeneam testatur Ariophanes in Rani, quae actae sunt V. C. 348., sed constat etiam ex ejusdem Concionantibus, eam paullo post fuisse abolitam clamante praecone: *argento enim utimur*, quod argumentum laxius tractabimus in moneta Attica, quo loco docebimus etiam, jam aliquanto maturius ejus usum tantum a Dionysio rhetore, sed reprobatum. Ergo jam tum aes in Graecia respici coepit. Namvero complures habemus aeneos Amyntae numos, qui Philippum II proxime praecessit.

*Inscriptio* ejusque modus fere ad eam accedit, quam diximus fuisse epochae I., et jam sensim *literarum forma* novae se rationi adcommodare incipit, v: g: H: pro E longo, Ω pro O longo &c.

**Fabrica.** Metallum antea globosum jam se magis explicat, et si crassius adhuc est, quam deinceps erit. Confer numos regum Macedoniae et Cariae, qui sunt hujus epochae, tum Syracusanos, Messenenses, Cyrenaicos, aliosque, qui per plures alias causas hujus esse epochae comperiuntur. Nullum jam in parte aera quadratum turpiter hians, aut incertis lineis divisum, sed in ejus locum succedit typus, et si saepe quadrato, atque huic nonnunquam duplice, inclusus, remanentibus nimis operis prisca, sed iam cultioris, vestigiis, quod argumentum loco saepe laudato eleganter ac ordine tractavit Barthelemyus. Percurre, qui hanc

doctrinam rite confirmabunt, praincipue numos Macedoniae, et vicinae Thraciae.

**Stilus picturae.** Vitatis prioris epochae seu vitiis, seu consuetudine numos hujus intervalli distinguit modus picturae justas quidem servans partium dimensiones, nondum tamen perfectioris naturae elegantiam et illecebras, quas subinde Charites addidere, exprimens. Possunt ex numis infinita ejus exempla peti, atque istud tanto certius, quia pauca alterius generis monumenta ex hoc aevosupersunt.

### EPOCHA III.

*Ab initiis Philippi II. usque ad vicinas everas reipublicas Romanas tempora.*

Tria circiter saecula haec epocha, quae aurea artis Graecae aetas putanda est, complectitur:

**Metallum.** Durante auri, argenteique usu jam passim non a civitatibus modo, sed et regibus inventa moneta aenea. Causas dedimus supra capite VII.

*Inscriptio* jam productior additis frequenter magistratus nominibus, sed nondum expressa ejus dignitate, ceu archontis, praetoris &c. Prytanem tamen memorant cistophori Pergameni.

*Literarum forma* eadem est cum hodierna, cum Graece scribimus, sive quia prae vetustiore, et ea, quae secuta est, magis placuit, sive quia, quod a Graecis hac aetate factitatum, propter artium omnium perfectionem, communis jam, neque loco movenda lex evasit. Hujus etiam aevi character certissimus sunt non

(Vol. II).

modo literarum pulcherrima distributio perfectiusque numis Philippi II. aureis, et aequalitas perfectissima, sed etiam in minutis numis subtilitas mirabilis, quae summam operi gratiam conciliat. Vide numos praecipue M. Graeciae, et Siciliae.

*Fabrica.* Metallum in hujus epochae numis habito respectu ad varias magnitudines moderatam, justamque habet crassitatem. Aenei, qui nunc majore numero feriri coepere, plerique tertiae tantum sunt formae, rarius secundae, vix unquam primae, maximae nondum comperti. Variant magnitudines in nobilibus metallis, ut alias dictum.

*Stilus picturae.* Communis hujus aetatis fortuna, quae artes omnes ad sumnum evexit, rei etiam monetariae placide adfulsit, de cuius ortu ac progressu idem potest adfirmari, quod de sculptura et pictura praedicavit Cicero <sup>s)</sup>. *Quis enim*, inquit, *eorum, qui haec minora animadvertisunt, non intelligit, Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitantur veritatem? Calatinidis dura illa quidem, sed tamen molliora, quam Canachi. Non dum Myronis satis ad veritatem adducta, jam tamen quae non dubites pulcra dicere. Pulciora etiam Polycleti, et jam plene perfecta, ut mihi quidem videri solent.* Qae sequuntur, ad picturae fortunam pertinent. Ex iis, quae hactenus disputata sunt, facile intelligimus, rem quoque monetariam suos habuisse gradus, et nunc demum, ut reliquas artes omnes, ad summam perfectionem fuisse proiectam. *Quid enim est politius, quid elegantius,*

ejusque filii Alexandri, et qui his coaevi jure putantur, numis magnae Graeciae, Siciliaeque? Atqui horum merita ab aliis abunde sunt expladata, neque nostris jam laudibus cupiunt celebrari. Tamen sunt nonnulla, quae ab aliis aut omissa, aut segnius tractata nolim in hoc operis instituto desiderari. Ac primum quidem non tam miror, existere in Graecorum hujus aetatis moneta numos summae elegantiae, quam mihi potius videtur admirabile profecto, multas in Graecia late sumpta numerari urbes, in quarum moneta, quae hujus sit epochae, praecipue aurea et argentea, non videas numum, nisi qui operis sit nitidissimi, artificemque peritissimum testetur. Enimvero nemo sibi persuadebit, ad formandam pecuniam, quae omnium promiscue manibus esset terenda, variisque exposita casibus, parem fuisse impensa aut curam, aut sumptus, quanta impensa fuerit ad singenda signa, sigilla, variaque pretiosa, quae aut in conspicuo, interioreve loco posita quamcunque injuriarum procul habuere, aut in cimeliis putabantur, certe singula eo consilio sunt fabricata, ut aetatem ferant. Quare necesse est, praeclaros artifices tanto tum fuisse in numero, ut etiam ad res, quae obvii esse usus solent, decore et eleganter singendas eorum esset parabilis opera. Fuisse Graeciam omni aetate artium omnium magistrum habitam, adfatum docent residua ejus omnis generis monumenta; verum picturae, sculpturaeque artem tam fuisse illi populo familiarem,

s) in Bruto cap. 18.

ut viris in hac peritissimis abundaret etiam, non alio magis testimonio, quam numerorum erudimur. Sunt vero in epochae hujus moneta numi sane innumerabiles, qui artificem suum non minus commendant, quam suum gemmæ Dioscoridem, vel Solonem, et cuius nomen aequa merebatur posteritati transmitti, ac tot artificum nomina gemmis insculpta. Tamen Plinius, aliquie, qui insignem nobis catalogum reliquerat eorum, qui in arte quapiam excellere, ne unum quidem prodidere illum numerum scalptorem. Solum Nevantum nominant numi Cydoniae Cretae, inscripti ΝΕΓΑΝΤΟΣ. ΕΠΟΕΙ., ut in hujus moneta ostendemus.

Observandum deinde, non modo in Graecia, quam propriam appellamus, sed etiam in plerisque terris aliis, quas Graeci incoluere, hoc aëvo operis monetarii artem fuisse absolutissimam. Omitto Graeciam M., Siciliamque, felices, ut satis constat, artium omnium, exercitorumque aemulas, quas Graecia propria mater invenit, excoluitque. At fuere regiones, ut Thracia, Bithynia, Caria, insulae Aegaei &c., quarum ad artes liberales ingenium vix unquam a veteribus fuit celebratum, quin sive etiam, et in ipsa quidem Graecia, populi, ut Boeoti et Arcades, quorum quidam stupor, et obtusior mentis acies in proverbium ivere. Tamen quanta fuerit has per terras, populisque artis pictoriae perfectio, superstites eorum numi palam eloquuntur. Quod vero mirandum est maxime, cum coloni Graecia profecti in medio gentium barbararum, maximeque diffitarum sedes sibi quaererent, tantum abfuit, ut patriæ suae artes, pulchrique amorem dedisceant, ut in longum etiam tempus conservarent; magisque vicinos barbaros ad artium praecepta instituerent, quam ab his corrumperentur. Hujus facti lucentes habemus testes numeros per elegantes Cyrenensem Africæ, Rhodetum Hispaniae, Massiliensem Galliae, quin, quod miraculi instar habendum, Graecorum inde ab Alexandro M. in ipsa Bastriana constitutorum. Tam akas in animo mirabilis hujus populi radices fixit artium ac philosophiae amor, ut, quod patria Graecia dictavit, quoqua sub coelo repreäsentaret, et nonnisi sero a veteribus institutis degeneraret, neque istud antea, quam ipsa mater, a qua, eti longe disjunctus, alimenta semper petivit, avitum cultum, ac instituta sensim abjeceret. Atque haec de praekantissima artis Graecæ epocha videbantur observanda.

## EPOCHA IV.

*A tempore exēuntis reipublicae Romanae usque ad Hadrianum.*

*Metallum.* Rarus jam tum argenti usus, atque illud vix jam amplius nisi signandæ monetae imperatoriaæ adhibitus. Hujus adhuc epochæ sunt cistophori continuati, sed qui cum M. Antonio Ilyiro defecere, tum tetradrachma. Antiochiae Syriae, item inscripta ΕΤΟΤΣ. ΝΕΟΤ. ΙΕΡΟΤ., nonnulla urbium Cretæ, tum copiola Alexandriæ Aegypti, et inde a Tiberio frequentes drachmas Caesareæ Cappadociae, serius etiam Amisi Ponti. Aureus compertus non est

dempto unico Neronis in eadem Caesarea signato.

*Inscriptio.* Satis nunc adhuc modesta, rara adhuc titulorum et ambitionis vanitate, inscriptio quidem saepe magistratu, sed suppressa adhuc plerumque ejus dignitate.

*Literarum forma.* Fere eadem, quae observatur in numis epochae praecedentis. Inde a Domitiano rarum jam  $\Sigma$  pro C, frequentiore etiam E pro E, ut dictum capite VIII. §. 10.

*Fabrica.* Crassities aeneorum magis jam attenuari incipit, de quo modo vide plura in epocha sequente.

*Stilus picturæ,* quem hoc loco describere non attinet, quia ex imperatoriis numis potest intelligi, cum vix aliqua esset urbs Graeca, quae autonomos tantum, et non etiam imperatorios signasset. Alioqui satis constat, artium perfecti nem sensim in pejus prolabi coepisse.

#### EPOCHA V.

##### Ab Antoninis usque ad Gallienum.

*Metallum.* Jam fere aes solum rem monetariam occupavit. Perrexere quidem urbes aliquae, ut Alexandria Aegypti, Antiochia Syriae, Caesarea Cappadociae, Tarsus Ciliciae malleo subdere argentum, sed purum rarissime. Aureum unicum, et quidem Caesareae Cappadociae cum capite Getae dedit Vaillantius.

*Inscriptio.* Nunquam antehac numi veteres Graeci tam fuere loquaces, praeципue quos Asiani, homines contentiose et extremae arrogantiae, paraverunt. Turgit haec mentione titulorum, privilegio-

rum, ludorum, magistratum &c., quas olim omnia aut plane fuere omissa, aut non nisi modice usurpata.

*Literarum forma.* Quantum haec a praecedentibus differat, dictum est alibi. Eam plerumque magis monetariorum redditas, quam publicus usus corruptit.

*Fabrica.* Cum hactenus Graecorum moneta contractioris esset voluminis, sed crassior, nunc e converso amissa soliditate excrescit volumea. Etiam numi maximi moduli ab Hadriano demum incipiunt, rarissimis, qui priora sibi tempora vindicant. Soli Alexandrini Aegypti metalli soliditatem servavere, etiam cum minimae formae numos ferirent. Mutata haec fabricae ratio autonomorum etiam aetatem commode definit. Sic numi Athenarum, quorum aes tenuius est, sine dubio hujus sunt epochae.

*Stilus picturæ.* Quod de hoc articulo praecedente dixeram, huc etiam valet. Potest enim ex imperatoriis, cuius generis jam nunc Graecorum numi plerique fuerint, ut eorum aetas, sic et picturæ modus, et haec primum mediocris meriti, denique in incredibilem barbariem desinens, optime intelligi. Atque hi docebunt, quam misera desique fuerit per urbes Graecas, picturæ et sculpturæ conditio, sic ut his conspectis vix videatur credibile, earum eos urbium esse artefacta, quarum insignia anteactio actatis opera hodieque cum admiratione spectamus. Tametsi non dispartum fuit Romanorum conditio, quorum numi circa Gallieni aetatem signati nihil habent, quo se Graecis praferant. Nimirum Graeci a Romanis attriti, hi molliet, ac domesticis seditionibus, utriusque

ab ingruentibus undique barbaris, una est, civitates multis, gravibusqae calamis humanitatis sensu liberalium quoque militibus exercitas paullatim attinunt arietum amorem exuerunt. Adeo veterum morum, artiumque cultura avocare.

## C A P V T XXII.

## B i b l i o t h e c a n u m i s m a t i c a .

Catalogum auctorum, qui de re numismatica scripsere, pridem edidere Philip- cessarius est ad rem numismaticam usus, pus Labbe, Rudolphus Capellus, Bar- aut quæ propter varias causas ignorate chardus Struvius. Hos secutus Anselmus durius, breviori esse licebit, quia jam Bandurius praeclaram suam Bibliothecam ab hoc iudicium incorruptum fuit per- numariam scripsit, de cuius meritis agam ctum, et ipse facile potest adiri. Omitte- infra in hujus operibus. Postremus, qui tur etiam hoc capite auctores, qui de fini in eodem argumento versatus est, fuit gularum tantum urbium aet principatum Christianus Hirsch edito opere, cui titu- humis scripsere, aut unum tantum, al- lus: *Bibliotheca numismatica exhibens ca- ramve numerum libri explicandum lumpere, talogum auctorum, qui de re monetaria, quorū mentionem ad eum locum diffe- et numis tam antiquis, quam recentiori- rimus, quo earundem urbium, principum bus scripsere. Norimbergae 1760. in folio.* ve monetam examinabimus.

Nobis cum idem argumentum in praes- tentis operis instituto tractandum omnino videretur, non tamen eadem sequenda ratio, cum ad causam meam non pertinere, nisi nosse opera, quae eruditis cimelii putantur. Cur in iudicad artis nostrae intelligentiam possunt cando Goltzio fuerimus ubiores, causae prodesse. Quis enim non videt, ut in qua- vis alia scientia, sic etiam in hac nostra multas extare lucubrationes, quas sine artis detimento possunnus ignorare, sive quod in scientiae nostrae incunabulis scri- ptae erroribus scatent, malique sunt viae ab aliis, et non raro metu dictas? Hae ut omitti non possunt a bibliothecae scri- ptoribus, sic a me jure praeteriti. Quate in catalogo, quem coram dabimus, ea solum prodemus opera, quorum aut ne-

Initium ducemus a famigerato Hu- bertio Goltzio, quia eorum opera, qui videbantur, non eadem sequenda habet praecellere, et si magnum auctoritate viva, cum ad causam meam non habuerint nomen, nonne fere tantum in putem pertinere, nisi nosse opera, quae eruditis cimelii putantur. Cur in iudicad artis nostrae intelligentiam possunt cando Goltzio fuerimus ubiores, causae prodesse. Quis enim non videt, ut in qua- vis alia scientia, sic etiam in hac nostra multas extare lucubrationes, quas sine artis detimento possunnus ignorare, sive quod in scientiae nostrae incunabulis scri- ptae erroribus scatent, malique sunt viae ab aliis, et non raro metu dictas? Hae ut omitti non possunt a bibliothecae scri- ptoribus, sic a me jure praeteriti. Quate in catalogo, quem coram dabimus, ea solum prodemus opera, quorum aut ne-

## I. H U B E R T U S G O L T Z I U S .

Ejus operum postrema editio haec praeferit titulum:

*Huberti Goltzii de re nummaria anti- duces, sive quod saepe continent res jam ab aliis, et non raro metu dictas? Hae qua opera quæ extant universa quinque voluminibus comprehensa. Antverpiæ 1708.*

Cum ante aliquot annos opusculum in folio.

criticae numariae, in ejus praefatione de „, atque et si non raro a viris praestantibus  
 Goltzii, et una Mediobarbi operibus meum „, in judicium vocatus, tamen compertus  
 exposui judicium, quod hoc loco ob cau- „, mendacii, convictusque regnaret. At  
 fas, quas dabimus, totum restituo: „, At „, quod his longe est funestissimum, infe-  
 „quid ego de Huberto Goltzio dicam, „, lices hi ejus hominis abortus sic jam per  
 „cujus ego nunquam satis mirari potui in „, infinitos doctorum virorum commenta-  
 „edendis numis consilium, et in facienda „, rios sunt propagati, ut eos inde diffici-  
 „fide fortunam. Non me poenitet incre- „, lius, quam ex agro male culto lolium,  
 „dibilis laboris, quem obnoxius, quam „, tribulosque ejicias, atque ita jam iis  
 „a quopiam ante me factum existimo, „, adsiduo usu, et propter discernendi dif-  
 „examinandae Goltzianae merci impen- „, ficultatem adsueverit oculus, ut malint  
 „deram, sed quem ego nisi praemitterem, „, plerique quacunque ejus viri fide tran-  
 „facile intellexi, quidquid in re numis- „, quille frui, quam animum molestis ejus  
 „matica tentarem, enunciaremque, non „, fraudum conscientiis terreri. Atque in  
 „posse securo, rectoque talo consistere.  
 „En tibi, amice lector, longi ejus exa- „, horum auctoritate Ilvirorum, Goltzii  
 „minis summa quaedam capita, quae „, oputo et Mediobarbi, a tot hactenus an-  
 „superi annuent, enucleatius olim cu- „, nis, quin et saeculis nitebatur ars nobis  
 „ratiusque exponam. I. Magna pars nu- „, lissima numismatica, qua istud fortuna,  
 „morum, qui sunt in Goltzii tabulis, „, quo eventu, noverunt ii, qui in caufam  
 „proba est sincera, excepta ex archety- „, altius inquisivere. Enimvero miserabar  
 „pis veris, iisque saepe rarior. II. Major „, saepe calamitosam fortem Norisii, Pa-  
 „eorum numerus indubitate confictus, „, gii, Tillemontii, Dodwelli, et quos  
 „ac praecipue gentium Romanarum, et „, alios habemus summos artis criticae  
 „quos in Thesauro rei antiquariae huber- „, magistros, quorum illi, dum obtrulos  
 „rimo exhibit. III. Multos paucim repre- „, ab his numos, indomitos saepe et effre-  
 „rias natura genuinos, sed quos auctor „, nes, revocare ad obsequium, et com-  
 „turpiter corrupit adficta, si anepigraphi- „, ponere cum hiltoriae legibus laborant,  
 „fuerant, aut literis exesis, qua libuit,  
 „urbis, populique inscriptione. IV. Non „, queri palam scriptorum, monumento-  
 „raro fallit metallum, cum aureus adse- „, rumque dissensum, vertere sese omnes  
 „ritur numus, qui origine argenteus tan- „, in partes, comminisci effugia necessitate  
 „tum fuit. Hac cum fint partus Goltziani „, utique extorta, alii, dum his praeconiis  
 „conditione atque natura, factum tamen, „, nimium fidunt, historiae veritati vim  
 „ut velut oestro percussi eruditorum non „, inferre, alii, qui paullo ante numorum  
 „manipuli, sed agmina in Goltzii verba „, auctoritatem omnibus aliis testimoniis  
 „jurarent, unus Goltzius ab ortu suo in „, praetulere, jam in facienda fide numos in-  
 „omnium esset ore, Goltzii auctoritati „, feriores ducere. Nimurum suspicari adul-  
 „et praeconio tota se traderet philologia, „, terina, vel minus fideliter promulgata,  
 „, quae Goltzius vel Mediobarbus dicta-  
 „, verant, religio fuit. Quod virorum illu-

„lirium fatum cum mecum animo repū-  
„tarem, cogitabam saepe, magis consul-  
„tum fuisse Philologiae, si horum opera  
„nunquam lucem vidissent, quae sic fal-  
„sis referta antiquitatis testimoniis etiam  
„doctissimum quemque, ut experientia  
„docuit, in fraudem possunt inducere.  
„Atqui, quod optandum maxime fuerat,  
„ut existeret aliquis, qui inveterata haec  
„vitia, pestemque excinderet, nondum  
„contigit &c.”

Haec a me tum scripta, ut praes-  
giverat animus, molestius fuisse accepta,  
ex quorundam virorum insignium literis  
ad me datis intellexi. Nimis me rigidum  
fuisse viri praestantissimi censorem, aegre  
ferebant; non negabant, in ejus operibus  
plura contineri jure suspecta, tamen vi-  
tium istud tribuendum inconsultae lectioni  
praecipue in numis male integris, non  
fraudibus, aut figmentis, nisi malis praes-  
tantissimos quoque vocare fraudulentos,  
quorum neminem reperias non aliquoties  
falsa lectionis praeconem, et, quod ca-  
put est, non raro absolutum Goltzium  
prolati. numis veris, qui ab eo conficti  
malignius credebantur. Haec fere sunt ar-  
gumenta, quae ad amoliendam a Goltzio  
fraudis suspicionem advocant patroni. At  
enim facile ex iis, quae differam, pate-  
bit, meum de Goltzio judicium non a de-  
trectandi libidine, cuius causam non ha-  
beo, sed ab uno veri amore fuisse dicta-  
tum. Istud antequam probare aggrediar,  
lubet aliorum de singulari hoc viro senten-  
tias commemorare, ne solus ego videar

tantorum hominem nefitorum in invidiam  
velle vocare.

Norisius, qui in eruditis suis disputa-  
tionibus argumentorum robur, minime  
auctoritatem spectavit, haec de Goltzio <sup>b)</sup>:  
*Verum miror, virum eruditum (Hardui-  
num) haec ex Goltzio figura in suum  
certe insigne volumen deportasse. Evidem  
Goltzius novo commento in altero numero,  
quem Tito imponit, satis ridicule legit:*  
COL. CAESAREA. PANIAE. — — —

*Goltzius non semel urbium, quarum no-  
mina apud Stephanum legebant, numis-  
mata finxit. En Norisium paucis verbis  
de Goltzio idem, quod ego, et nihil me  
mitius judicantem. Carolus Patinus inter  
primos jure nominandus, qui numorum  
veterum usu, eosque colligendi studio  
claruere, fieri non potest, inquit, ut ap-  
probari possint nunquam omnes, quos aeri in-  
cidendos curavit Goltzius. Quare justa est  
suspicio, eum ex incertis fontibus numos  
suum descriptisse, quorum quidem archetypa  
nunquam viderat <sup>i)</sup>). Alibi idem cum di-  
xisset, nullos se numos admisisse, nisi quos  
vidisset ipse, addit: ne in illum errorem  
inciderem, vel alias inducerem, quo Gol-  
tzius tanta ceterum ex his artibus fama  
celebris tertiam partem Fastorum suorum  
consularium iis numismatum exemplis im-  
plevit, quorum genuinas origines nemo un-  
quam hominum vidit, nemo fortasse video-  
bit unquam <sup>k)</sup>). Andreas Morellius in epi-  
stola ad Perizonium, qua operis sui de-  
numis consularibus institutum explicat,  
tias commemorare, ne solus ego videar haec scribit: *Numi consulares Goltzii or-**

<sup>a)</sup> Epoch. Syromae. diss. IV. §. IV. <sup>i)</sup> Hist. de Méd. cap. X. <sup>b)</sup> Impp. Rom. numism. in praefat.

dine alphabetico ad finem operis adjecti singularem in conquirendis numis diligunt, sicut libri apocryphi canonicis, quia dubiae sunt fidei, et major pars haud incertas notas falsitatis praefere fert &c. Morellii iudicium amplexus quoque est Haverampus, cum ait<sup>1</sup>): *Tantus Goltzianorum numerum est numerus, qui nusquam observantur, quorundam quoque non iusta velut subditorum suspicio, ut a Morellii sententia nequaquam discedam.* Princeps Turris Muciae, qui tanti fecerat Goltzium, ut omnes ejus numos Siculos in opus suum reciperet, tamen agens de Drepani numis, hi, inquit, *sola et nimis antiquariis suspecta Goltzii fide nituntur*<sup>m</sup>). Henricus Florezius, eruditissimus monetae Hispanicae censor, cum videret tot urbium Hispaniae numeros post Caligulae excessum cudos a Goltzio promulgari, at quorsum, inquit, dispersit haec numorum copia, quibus tam liberaliter *Anathea Goltzium donavit?* quod fatum tantam abundantiam in eam penuriam immutavit? Fierine potest, ut, numorum veterum studio et affectu inde a Goltzio quasi ad insaniam aucto, adfirmare tamen nemo possit, se horum numorum vel unum vidisse? Lege sequentia<sup>n</sup>). Spanheimius<sup>o</sup>): *juxta adductum a Goltzio numum, verum haud alibi visum hactenus, ut inde haud immittere suspectum.*

Haec ergo virorum in arte nostra praestantium judicia faciunt, ut non ego solus de Goltzii in promulgandis numis fide severius judicasse videar. Reliquas ejus laudes a merita tantum abest, ut impugnem, ut libenter extollam etiam, quae epigraphie conficta est ex noto de-

1) Thes. Morelli. Fam. Rom. in præf. p. 5. m) Sicil. vet. numi. p. 25. n) Medall. de Espanna p. 72. o) de Praesi. num. T. II. p. 359.

**MARIO: ANTONI ARMENIA, DEVICTA.**  
**Nonnius Goltzii interpres eam sic explet:**  
**ΑΡΜΕΝΙΑΣ. ΚΑΤΑΔΟΤΛΩΣΗΣ.** *Armenia devicta.* Ergo καταδελων sub persona activa passivam habet significationem, ut Latinorum *vapulo, veneo?* Paucas dedi ex infinita segete spicas, sed ex quibus agri natura potest cognosci, et satis appareat, virum cetera praecatarum Mufas Graecas vix a limine salutasse. Sed misericordia his numorum Goltzianorum indolem secundum IV. articulos supra propositos exploremus.

**§. I.**

*Magna pars numorum, qui sunt in Goltzii tabulis, proba est et sincera, excepta ex archetypis veris, iisque saepe raris.*

Necesse non est, hanc thesin argumentis stabilire, quia eam Goltzii icones cum numis, quos ipsi tenemus, collatae abunde comprobant. Addidi, iis numis saepe raros contineri. Est tamen horum pro variis classibus discrimen. In fastis consularibus vix aliquem reperias denarium ex iis, quos nos in raris putamus, rarosque experimur. Non ibi comparent numi gentis Arriae, Crepereiae, Itiae, Statiae, Cornuficiae, Horatiae, nullus Labieni, nullus Sullae aureus, ne unus quidem. Sex. Pompeji. Si hos possedit, vidi vite, cur iis usus non est, praecipue cum horum multi fastis suis fuissent ornamento? Sin ignoti fuere, jure possumus de longo singularium ejus numorum agmine dubitare, cum ne eos quidem viderit, quorum tamen plura exemplaria ex variis nostri aevi museis sunt comperta. Mirum

etiam saepe visum, denarium nullum a Trajano restitutum in copiosis ejus tabulis memorari, quando inde ab ejus aetate id genus numis ad justum numerum adcrevere. Amplior riariorum seges in moneta Julii Caesaris et Augusti excrevit, ac praecipue in moneta urbium populorumque, quae posterior numos continet, quos etiam illustriora nostrae aetatis musea sibi accedere cupiunt, quod tanto magis mirum videri debet, quia numorum Graecorum supplementa Goltzii aetate multo difficilius, quam haec nostra parari poterant.

**§. II.**

*Major Goltzianorum numerus indubitate confictus est, ac praecipue gentium Romanarum, et quos in Thesauro rei antiquariae huberrimo exhibet.*

Goltzium in operibus suis incredibili numero proposuisse numos, quorum deinde alii similes conspecti non sunt, non modo non inficiantur, sed admirantur quoque vel ii, qui Goltzio maxime patrocinantur. At istud ipsum viris eruditis, quorum supra testimonia produxi, non suspicuum solum est, sed plane incredibile, potuisse ab uno homine possideri, aut etiam in museis, quae tunc per Europam claruere, conspici tanta copia numos, cujus modi neque principum sumptus, neque locupletum privatorum obstinata cupiditas, neque eorum contentio, qui per omnem vitam patrii soli viscera rimatu sunt, ut ab eo veteris monetae reliquias extorquerent, obtinere potuerunt. Nihil erant comparati cum Goltzi reges Gal-

(Vol. I.)

u

liarum, nihil Pellerius, Hunterus, Ennerius; vidit Goltzius quinque Hieronis I. numos a Gelois signatos, quatuor nomine Dionysii inscriptos, quos videre nunquam licuit principi Turris. Muciae inde a pueritia patriae suae numis inhianti. Vedit numos copiosos adhuc post Caligulae imperium ab Hispaniae urbibus cœlatis, cum interim in hac Goltzii luce caecutiret Henricus Florezius, et laudatas patriae suae opes in ipsa patria frustra investigaret. Vedit in moneta regum Macedoniae numos Ptolemaei Aloritae, Antipatri, Ptolemaei Cerauni, Meleagri, Antipatri alterius, Sosthenis, Antigoni addito nomine ΙΩΝΑΤΩΤ, bellam hercule, atque invidendam sobolem! at horum nullum videre hactenus licuit amississimo mihi Cousineryo, qui multis jam annis nationis Galicae res Thessaloniae procurat, et monetae veteris amore omnia Macedoniae abdita rimatur; et si regis Pausaniae is numum reperiret et Goltzio, et omnibus nobis hactenus ex numis ignoti. Tanta in unum hominem collata fortuna cui videri potest probabilis, eum non multum ab fore existimo, quo minus et Gygis annulo, et toti Achærontis domui, et hippocentauris, et Hesperidum hortis fidem adstruxerit.

Tamen haec in numis urbium et regum oblata miracula levia sunt et moderata, si cum numis Fastorum, J. Caesaris, Augusti, ac præcipue iis, quos in Thesauro obtrusit, contendas. In his ut multa reperias vera, sic pleraque nova, insolentia, inaudita, portentosa. Solas, si lubet, inspice partes adversas numorum J. Caesaris, Augusti, et M. Antonii,

et reperies, additos his passim titulos, qui, et si veri, tamen in numis hactenus a nobis comperti non sunt. Obvium est in Goltzianis numis J. Caesaris legere imperatoris nomen sexies auctum, in Graecis Antonii dignitatem auguris, omnia nobis hactenus ignota. Legas urbibus tributos neocoratus, dignitatem metropolis, aliosque titulos, quibus illas gavilas infiniti numi alii nobis cogniti non praedicant. Omnim tyrannorum, qui inde a Gallieno imperium R. vexarunt, nobis dedit numos, quorum plerosque in hodiernum usque diem incallum querimus; at monendum hic, tantum eorum ab illo proferri numos, quos inferioris aevi scriptores memoriae prodidere. At cur is, cui omnes numorum abyssi patuere, non etiam nobis dedit Pacatianum, Sponsianum, Druantillam, nullam etiam Corn. Superam? Nimirum horum numi, quia hodieque rarissimi, homini fuere ignoti, et quia ab historicis praeteriti, ad eorum nomina fingere numos non potuit. Volupte est etiam legere in his Goltzianis urbes non modo ex numis, sed et geographis nobis ignotas, earumque nomina perverse, contra ac numi genuini docent, exarata, quorum omnium si quis volet sphalmata commemorare, longum propter copiam, ingratumque laborem suscepit. Denique an ulla verisimili ratione genuinos statuemus numos, quorum epigraphetam graviter linguae Graecæ praceptis adverfatur, cuius supra ex obviis pauca tantum dedimus exempla? atque istud in numis Augusti et superiorum principum aetate, ut prætenditur, signatis, qua, ut experientia docet, singularem nu-

mai Graeci linguae patriae castimoniam vulgo p[re]ferunt. Non hic, quod in aliis solemus, culpam in Goltzium inique legentem, aut etiam dormitantem transferremus, nam frequentiora sunt peccata, quam ut possimus Goltzium oscitantem potius, quam linguae Graecae parum peritum suspicari, ut supra diximus.

At enim, inquit Bandurius, (Bibl. num. sub Goltz.) eorum Goltzii numerum, quos alii in dubium vocaverant, non paucos e tenebris deinde erutos fuisse certum est. Multum etiam accessit Goltzii auctorati, ex quo Morellius denarium Corn. Cethegi reperit ex uno hactenus Goltzio cognitum. Est hoc validissimum ejus patronorum argumentum, ac propterea explicatus refutandum. Totum numorum a Goltzio editorum agmen in duas partes distribuo, unam, quam commatis Romani vocamus, quae complectitur numos consulares, seu familiarum, Augustorum, horumque uxorum, prolium etc.: alteram commatis peregrini, quae continet numos urbium, populorum, regum, coloniarum, denique numos ab urbibus populisque externis cum Augustorum capite signatos. Alterius hujus partis frequentius compertos fuisse numos, qui hactenus unum Goltzium auctorem habuere, certum est, et expertus sum ipse nactus unum alterumque numum ex Goltzio tantum cognitum. Neque istic mirum videatur. Tantus est enim numerum commatis peregrini numerus, tot urbibus etiam obscuri nominis propria moneta usis, tanta deinde etiam eorum varietas mutatis frequenter typis, ut hodieque multi emergant, et emersuri sint

deinceps, quos neque Goltzius, neque post eum alias vidit. Castellus princeps Turris Mutiae, et Henricus Florezius, posteaquam ille Siciliae, hic Hispaniae numos insigni numero vulgaverant, tam[en] post annos non multos copiosa et argumenti novi repererunt supplementa, quae vulgatis adderent. Tot numi hucusque ignoti cum reperiantur in regionibus, quae adiri quaquaversum possunt, et a duobus saltem jam saeculis avide sunt excusae, quam multa necesse est recondi adhuc in regionibus transmarinis, quae propter adeundi et investigandi difficultatem in obscuro latent? Unde fit, ut, delata ad nos ex iis plagis majore copia moneta vetus plerumque contingat, numos plures antea non conspectos. Ergo si eadem fortuna, et repetitis quidem vicibus adfulsit Goltzio, potuit nancisci numos diu nobis aliis negatos, at hos quoque paullatim conspicuos. Aliter sentiendum de numis familiarum et Augustorum, qui cum copiosius reperiantur in Italia, in qua malleum experti sunt, ea que facilem sui copiam semper fecerit, raro tibi accesserit numus saltem insignioris argumenti nondum observatus, et qui nobilioribus causis, quam minutis vigilis, aut notis arithmeticis, ceu numi Rosci, Pisoni Frugi etc, differt. Ex quo Fulvius Vrsinus Familiarum R. numos vulgavit, quod factum annos abhinc CC. et amplius, quam parca fuere eorum supplementa, quae ad hanc classem amplificandam contulere tot viri in nostris studiis indefessi, ac praecipue Patinus, Vaillantius, Morellius? Pellerinius, qui unus tot millia numorum commatis pere-

grini reperit a nemine visos, unicum tantum Familiae nummum nondum notum intulit, scilicet Numoniae, eumque hoc tantum a jam cognitis diversum, quod a Trajano restitutus fuit <sup>a)</sup>). Idem unicum tantum Julii Caesaris <sup>b)</sup>, unicum Augusti <sup>c)</sup>, qui aliorum oculos fugerunt, potuit obtinere. Quapropter non mirabimur, si Goltzius commatis peregrini numeros serius a nobis conspectos potuit ostentare, at mirari sane oporteret, si tanto numero, quantum credi nobis voluit, nactus fuisset nummos familiarum, J. Caesaris, et Augusti, quorum plurimos praeterea nemo aliud vidit. Quod si serius emersit nummus Cethagi, quem genuinum credimus, quia vir summus Morellius adprobavit, inconsultum videatur, ab hoc uno exemplo reliquorum velle innocentiam taeri, nisi velimus homines quoscunque palam mendaces ac perjurios absolvere, quia aliquoties in vita verum dixerunt.

### §. III.

*Multos reperias natura genuinos, sed quos Goltzius turpiter corrupit adicta, si an epigraphi fuerant, aut literis exesis, quilibuit, urbis populique inscriptione.*

Saepe solet in arte nostra evenire, ut epigraphie numorum, si hi ab aetate vietum traxerunt, turbatis literarum imaginibus varie illudat legentium oculis, et peritissimum quemque in fraudem facile inducat. Ergo si auctor musei Theupo- li legit ΜΟΨΕΑΤΩΝ pro ΜΩΨΕΙΩΝ,

(pag. 1284). idem alibi ΣΕΝΑΤ. pro ΛΕΝΑΤ. (pag. 1108), si cl. Combius in numero Metapontino legit ΘΕΟΔΟC pro ΟΒΟΔΟC, tribuitque numum Theodofiae Tauricae, (Num. Hunter. p. 325) si Pellerinius ΓΡΑΝΙC - ΔΟΚΡΩΝ pro ΟΤΡΑΝΙΑΣ ΠΟΛΕΩΣ; (Rec. I. tab. XIV. n. 7.) si in numo Constantini M. a variis lectum ΒΑΡ. NAT. pro ΒΡ. NAT., non miramur hos lapsus, quia eorum causam videmus, nimirum in numo corrupto aliquam saltem inter veram falsamque lectionem adfinitatem. Pridem huic indulgentiae adsueti sumus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim. Quapropter, ne iniqui judices videamur, eam neque Goltzio negabimus, si ex simili culpa peccavit, v. g. si ex eis literis ΕΛΕΤ. legit tantum ΘΕΡΝΑΙΩΝ, nummumque tribuit Thernae Thraciae, (in Graec. tab. 27.) cum sit Eleuthernarum Cretae, aut cum legit ΔΕΛΦΩΝ. ΔΗΜΟΣ pro ΑΔΕΛΦΩΝ. ΔΗΜΩΝ, putavitque esse Delphorum numum, (in Graec. tab. VIII. n. 8.) aut ΔΗΜ. Λεμνος pro ΛΑΜ. Lampacus, (Infl. tab. XIV. n. 2.) ΑΔΡΑΝΙΩΝ pro ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ, (in Sicil. tab. VI. n. 5, 6.) ΦΛΙΠΠΕΝΣΕ pro ΙΛΙΠΕΝΣΕ. (in Graec. tab. XXV. n. 6.) Permittamus etiam lectum ΑΚΤΙΩΝ, Actium pro ΛΤΤΤΙΩΝ, Lyctus Cretae, et si difficile excusat, quia in tribus numis idem legit. (in Graec. tab. VI.) Permittamus item, et si gravate, lectum ΑΣΤΑΩΝ pro AESILLAS in noto tetradrachmo Macedonum. (in Graec. tab. XXII. n. 5.) Ex similibus praeconiis

<sup>a)</sup> Mel. I. p. 192. <sup>b)</sup> Mel. I. p. 196. <sup>c)</sup> Mel. I. p. 192.

si vellemus Goltzium malae fidei convincere, necesse foret eandem diçam scribere Arigonio optimae fidei auctori, cuius tabulae hujus naturae naevis oppletae sunt. Verum alterius generis sunt plurima Goltzii testimonia, ex quibus manifeste eruimus, non eum bono animo, et absque fraudis voluntate lapsum, sed suopte ingenio numis vere genuinis alienas inscriptiones adinxisse. Quod ejus propositum ut plane, et cui contradici non possit, intelligatur, nonnulla exemplaria numerorum Goltzianorum tabulis aeneis incidenda curavi ea lege, ut singulis respondeant numi, quales nobis aut ex museis propriis, aut proborum catalogorum si de sunt cogniti.

## TAB. I. num. 1.

Goltzianus exstat in Graecia tab. XXVIII. num. 1, genuinus apud Pembercck P. H. tab. 16, exstat etiam in museo M. Ducis, qui unus idemque est, nisi quod aberrante deorsum matrice urbis nomen exclusum fuit. Eum primum edidi in meis Numis vet. pag. 42, serius multo adcuratius in Sylloge I. pag. 10. Numus certus est Crotonis. Satis appareat, in numero Goltziano epigraphen KPOTON aut perinde, atque in numero M. Ducis, abfuisse, aut fuisse extritam, cui suomet arbitrio suffecit ΑΓΕΣΣΙΩΝ, tribuitque nummum Ageslo sive Thraciae, sive Macedoniae urbi tam ignobili, ut ne quidem de ejus orthographia satis inter eruditos conveniat.

## TAB. I. num. 2.

Goltzianus captus est ex Graeciae

tab. XIII. n. 10, tributusque Nisaceae Atticae, cum sit certus Metaponti, talisque, qualem proposui, a me olim ex museo Caesareo editus, atque etiam ab aliis alibi, quos citavi in mea Sylloge I. pag. 7. Quo ergo pacto in numum unum eundemque irrepere potuit epigraphe ΚΡΗΤΑΙΩΝ, nisi conficta est?

## TAB. I. n. 3.

Goltzianus est in Insulis tab. XXVIII. n. 5, et vocatus Calarim Sardiniae. Genius alter est apud Pellerinum Rec. II. tab. LIV. n. 18, et sine dubio Cymes Aeolidis.

## TAB. I. n. 4. 5. 6.

Numus 4 Goltzianus exstat in Sicilia tab. XIII. n. 10, Goltzii praestigiis ex obvio Sidetum numo in numum Dionysii Syracusarum tyranni mutatus.

Numus 5 est ibidem tab. XIV. n. 1., ejusdemque Dionysii, sed quem genuinum opposui, editus est a Barthelemyo B. L. T. XXX. p. 427, aliisque.

Numus 6 est ibidem n. 2. et iterum Dionysii, quem evertit positus juxta genuinus, qui exstat in museo Caesareo, et alibi.

De intrisis his Dionysii numis nihil praeterea addo, quia eorum crisi abunde peragamus in ejus tyranni moneta.

## TAB. II. n. 1.

Goltzianus hic Cistophorus est in Insulis tab. III. n. 5, et vocabulo KPH-TAIΩΝ evasit Cretensis, sed Pergamenum vi monogrammatis ΠΕΡ. explosa subreptitio KPH-TAIΩΝ efficit numus re-

## PROLEGOMENA GENERALIA.

spondens, qui est apud Panelium de Cistophoris pag. 7.

Unicum istud adduco Cistophorum exemplum, nam eadem tabula III. Goltzjus tres alios, et sequente tabula IV. binos recitat, quibus omnibus vitium obstat, ut luculente demonstrabo in tractatu de Cistophoris, commemoratis insuper archetypis veris, quae corrumpere placuit, et refutatis solide Goltzii figmentis, qui cum tot Cistophorus Cretenses faceret, eruditis fraudis ignaris molestorum, et inutilium disquisitionum auctor exstitit.

## TAB. II. n. 2.

Habet hunc Goltzius in Insulis tab. XXVI. n. 3, eumque Carium Cypri refert, verum in numo musei Caesarei, aliisque, quos in hac Cypri urbe memorabo, legitur ΟΤΤΣ., suntque hi numi hactenus incertae urbis.

## TAB. II. n. 3.

Goltzianus est in numis Asiae tab. I. n. 2, et propter praetensem ΚΟΛΧΟΙΣ (in praecedente non multum absimili legitur ΚΟΛΧΩΝ) tributus Colchis. Quem juxta posui, habetur apud Pellerinum Rec. II. tab. LVII. n. 38, ejusque similes paucum extant solo variante magistratu. Sunt hi omnes Miletii Ioniae.

## TAB. II. n. 4.

Dedit hunc Goltzius iu numis Asiae tab. IV. n. 4 addito alio fere simili, adficto ΖΕΦΤΡΙΩΤΩΝ, tanquam essent Zephyrii Ciliciae. Obvios habemus horum similes drachmae pondere, quos jam

satis constat esse Arcadum, vel Μέγαλοpolis Areadiæ. Numus huic oppositum mutuatus sum ex Huntero tabula VII. n. 6.

## TAB. II. n. 5.

Goltzianus est in M. Graecia tab. XXI. n. 8. adficto Posidoniae nomine. Aliud docet adfictus genuinus, quem post alias vulgavit Begerus in Thes. Brand. T. I p. 273. Esse hos numos Maroneae Thraciae, in hac probabitur.

## TAB. II. n. 6.

Est in M. Graecia tab. XXXIV. n. 7. Numus juxta positus, qui est in museo Caesareo, velut herus servum fugitivum, Arimino in Arcadiam retrahit.

Ne frustra iconum numerum augeam, nonnullos alios, qui obiter volventi se mihi obtulerunt, citabo, quos, qui volet, privatum contendat.

ΔΕΛΦΩΝ in Graecia tab. VIII. n. 10, pro quo lege ΕΛΤΡΙΩΝ ex numo Pellerinii Rec. III. tab. XCVIII. n. 20.

ΑΒΔΗΡΑΣ. ΚΟΡΑΣ in Graeciae tab. XXV. n. 9, pro quo in genuinis legitur APK., numusque restituendus Arcadiae.


ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΛΤΣΙΜΑΧΟΤ. *Pallas sedens*, infra quam: ΛΤΣΙΜΑΧΕΩΝ, in Graecia tab. XXVI. n. 7, et tab. XXXVI. Sunt obvii numi Lysimachi, at in tanto eorum numero nobis cognitorum additum ΛΤΣΙΜΑΧΕΩΝ nondum vidimus.

ΔΕΣΒΩΤ. in Insulis tab. XIV. n. 7. Adficta haec est inscriptio. Similes copiosi nobis cogniti aut nullam praferunt epigraphen, aut valde diversam. Satis hodie constat, hos numos esse Macedonum mo-

*Numi Golziani.*



*Numi veri.*



I.



R.



III.



R.



IV.



R.



V.



R.



VI.



R.





*Numi Götterini.*



R<sub>8</sub>



Æ<sub>6</sub>

I.



R<sub>1</sub>



R<sub>1</sub>



Æ<sub>3</sub>



III.



ΑΥ



R<sub>1</sub>



R<sub>1</sub>

IV.



R<sub>8</sub>




Æ<sub>3</sub>



Δ


V.



ΑΥ




R<sub>Δ</sub>



Δ


VI.



ΑΥ



Æ<sub>3</sub>



Δ



**metam.** Vide quae in Lesbi numis nota-  
bimus.

**ΚΤΘΝΙΩΝ** in numis quatuor, in In-  
fulis tab. XVIII. Omnes hi nobis ignoti.  
Confer numos in principis Turris Muciae  
Sicilia numismatica, et fatebere, esse Se-  
gestae Siciliae.

**ΕΡΕΣΙ.** in numis quinque, in In-  
fulis tab. XV. In iis, qui se nobis obtulere,  
aliud non legitur, quam EP. in monogram-  
mate. Vide numos Eresi Lesbi.

**ΣΕΡΙΦΙΩΝ** in numis tribus, in In-  
fulis tab. XIX. Sunt nobis iidem hi numi  
satis cogniti, sed in nullo plus legitur,  
quam ΣΕ.

**ΘΕΑ. ΡΩΜΗ. ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ.**  
**χ ΙΕΡΑ. ΣΤΝΚΛΗΤΟC,** in Infulis Asiae  
tab. I. n. 5. Obvii numuli aenei, sed in  
iis, quos magno numero habemus, abest  
ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ, et abesse debet, qnia  
Cappadocia senatus populique provincia  
non fuit.

**ΕΙΣΕΣΤΑΙΩΝ** in Sicilia tab. XII. n.  
9. In numis nostris omnibus cum similibus  
typis legitur ΕΣΤΦΕΔΙΤΣ.

**ΙΕΡΩΝΟΣ** in Sicilia tab. XI. n. 3,  
4, 7, 8, 9, 10. In similibus nostris legitur  
solum ΓΕΛΑΣ. Vide, quae de his Gol-  
tzianis amplius observabo in numis Hie-  
ronis regis.

**ΠΙΣΑΤΡΙΩΝ** in M. Graecia tab.  
XXXIII. n. 6. Numus est haud dubie Ta-  
rentinus. Confer Magnan. Miscell. T. I.  
tab. 42 n. 7, et Hunter tab. 55 n. 4.

Neque tamen mirabilis is vir, quem  
tam promptum vidimus inscriptionum ar-  
chitectum, non etiam singendis, mutan-  
disque typis ludum sibi fecit. Longam pos-

sem, si necesse putarem, corruptorum fi-  
mili modo typorum seriem adornare, et  
nisi posset quivis, qui veterum numorum  
usum habet, suapte experiri, quae sit  
Goltzii hac quoque in parte fides. Et vero  
qui inscriptionibus vim intulit, cur is par-  
ceret imaginibus?

#### S. IV.

*Non raro fallit metallum, cum aureus  
adseritur, qui origine argenteus tan-  
tum fuit.*

Ex quo colligendis numis impendi  
coepit opera, certi quidam numi reperti  
non sunt, nisi argentei, sed quos aureos  
quoque unus vidi Goltzius. Quis unquam  
nostrum viderat numum cum typo bovis  
lactantis sive Apolloniae, sive Dyrrha-  
chii, nisi argenteum? Eorum aureos om-  
nino tres vulgavit Goltzius. Cistophorus  
an alias vidimus, quam argenteos? at  
aureum idem promulgavit. (Ins. tab. IV.  
n. 3.) Ex uno argento hactenus visus est  
numus Macedonum inscriptus AESILLAS.  
Q., aureum dedere fodinae Goltzianae.  
Plura exempla colligat, qui volet; jam  
enim satis reor patientiam meam esse le-  
ctori comprobata.

\* \* \*

En tibi peractam operum Goltziano-  
rum censuram, aut potius ejus partem,  
nam per totum hoc opus multa dabimus  
alia suspectae, aut palam corruptae ejus  
mercis exempla. Impostorem ergo fuisse  
Goltzium, quocunque is animo mira, qua  
pollebat, arte numos ad veterem ratio-  
nem habitumque confinxit, etsi maxime  
vellem, inficiari, cum res ipsa loquatur,  
non possum. Quod si quis ex me requirat,

quid impellere potuerit virum tam praeclarum eruditum, ut publicis aut possidere se, aut vidisse fingeret, quae nusquam existere, licebit continuo ex eo requirere, quid impulerit virum summae eruditionis Harduinum, ut nobis numorum interpretationes daret, quas ronni febri correspondus dare posset, ipse autem esse veras, et si dejerasset, credere nullo pacto potuit? Nimur ut hic tam incredibilia commen-tus est non alia forte de causa, quam ut aliter cogitare ac sentire videretur, quam nos terrae filii solemus, sic et Goltzio gloriosum videri poterat jactare opes, quas nunquam ipse habuit, nemo unquam habitus esset. Quis adeo humanae conscientiae latebras excussit, ut singulorum consiliorum speret se posse causas reperire? Mearum partium fuit eruditum, Goltzium saepe falsum dixisse, quo istud animo fecerit, homini permittamus. Mihi vero minus semper mirabile visum qualecunque istud Goltzii institutum, quam est visum illud, ejus scriptorum, tot tamque evidenter scatentium mendaciis, tot annis consistere potuisse auctoritatem. Narrat Jobertus<sup>9)</sup>, in museo cl. de Boze servari volumen continens numos Goltzii, omnes adcurate delineatos, omnes imperatorios, eorumque numerum esse fere VII. millium inde a Julio Caesare usque ad Justinianum, non adnumeratis. iis, quos jam ante dederat, Julii Caesaris, Augusti, Tiberii. Ad quae Joberti verba haec notavit Bimardus: (ibid. p. 129.) *Je me propose de donner dans une dissertation particulière, la notice de ce volume MS. de Médailles Impé-*

*riales, et d'examiner quelle espèce de confiance il est raisonnable d'avoir en Goltzius par rapport aux Médailles que cet Antiquaire avoit dessinées de sa propre main, et qui ne se trouvent plus aujourd'hui. Apparet, eam dissertationem lucem nunquam vidisse, quod sane dolendum, quia opus a praestante hoc viro elaboratum ad praesentis causae judicium valere plurimum potuerat. Codicis hujus MS. meminit etiam Bandurius in Bibliotheca sua nuncaria pag. 23 editionis Fabricii.*

\* \* \*

Altius questus fueram, Goltzii figura per infinitos doctorum virorum commentarios fuisse propagata. Parum istud adferret mali, si indicium semper aliquod additum fuisset, ut intelligeremus, Goltzianum esse partum, tantamque sionum haberemus fidem, quantam lectori auctor promereri videretur. Verum cum istud ab eruditis, praecipue vetustioris aevi, neglectum plerumque sit, saepenumero accidit, ut, nisi cautissimi sumus, numum aliquem a posteriore quopiam scriptore conspectum nobis persuadeamus, qui tamen alium a Goltzio auctorem non habet. Enim luculentum molesti ejus seu incommodi, seu periculi exemplum. Princeps Turris Muciae in Siciliam suam numismaticam, quod constat, omnes Goltzii nummos recepit. Non repugno, modo, quod ab aliis non nunquam factum, Goltzianos adjecto iconiis. G. distinxisset. Neque multo plus ex adjectis commentariis subsidii, quia in his non semper Goltzium, sed saepè posteriorem aliquem numi sui auctorem fa-

9) *Science des Méd. T. I. p. 99.*

cit. Sic numos 11, 12, 13, 14, 15 tabulae XCVIII. ait captos a Paruta. Quam primum est, credere lectorem non satis attentum, eos quoque a Paruta visos editosque fuisse? At inquirenti facile patebit, eos omnes a Paruta ex Goltzio fuisse captos. Consultius ergo fuerat, primum eorum auctorem efferre. Ejus exemplum aliud proponam in Prolegomenis ad imperatorum numos. Quam istud examen saepe mihi fuerit molestem, et impedit progressum, primum est intelligere. At saltem cum inde percepi fructum, quod remotis his aut falsis, aut suspectae puritatis numis majorem vidi operi meo accedere castimoniam, et a me amplitus sum invidiam, tanquam inconsultum fuisse meum de Goltzio judicium, quod lactenus lectori secundum omnes suas causas proposui. Cautius Vaillantius Goltzianos numos omnes in suo Familiarum opere litera G. notavit, Morellius vero, ut diximus, eos a certis, tanquam libros apocryphos a canonicis, discrivit.

Primus, cui mercem Goltzianam illustrare commentariis placuit, fuit SEBASTIANVS ERIZZVS. Jam istud docuit Morellius in epistola, quam ad Perizonium scripsit, et quae existat in Electis Woltereckii pag. 42. Et vero satis istud docet inspectum ejus viri opus, quod *Discorso sopra le Medaglie degli Antichi* inscribitur, in quo reperias insignem numerum numorum ex Goltzii Fastis captorum eruditis observationibus illustratum. Haec cum certa sint ac manifesta, mirum tamen visum, quo pacto Erizzus, qui laudatum opus Venetiis anno 1559: ediderat, potuerit explicare numos Fastorum

Goltzii, quorum antiquissima editio a Bandurio in Bibliotheca sua numaria proditur ea, quae exivit Brugis Flandrorum 1566. In rei insolentiam cum inquirerem, exitum tandem reperi lecta praefatione, quae est pagina 65. citatae editionis, auctore ipso in hanc sententiam scribente: *Non si sono poste nel presente trattato delle monete le figure di quelle, — — — per essersi le figure, e li disegni di esse stampati questii anni adietro da ALTRUI, donde potranno gli huomini havere comodamente tal beneficio, noi abbiamo stimato soverchio il ritornar' à fare quello, che da altri è stato fatto. Atqui hunc altrui alium esse non posse, quam Goltzium, quis ambiget, cum non constet, praecedentium antiquariorum aliquem aut tot numos consulares, aut hos ipsos in lucem dedisse?* Non satis lectorem eruditivit Erizzus, cum eum vago hoc altrui vocabulo in incerto relinqueret, tametsi eadem incuria non paucis eorum, qui successere, possit exprobriari, ex quo factum, ut Goltzianorum numismatum fides, cum aliorum quoque testimoniiis satis esse confirmata viderentur, altiores semper radices ageret. Ex quo sequitur, aut vetustiorem aliquam existisse Fastorum Goltzianorum editionem, aut alibi esse erratum, in quod nunc inquirere non vacat, sed necesse visum, istud enucleatus propone, ne quis numos ab Erizzo explicatos Goltzio anteriores, et adeo non Goltzianos existimat. Post Erizzum grex fuit auctorum, qui, cum Goltzii auctoritatem quacunque alia potiorem ducerent, ejus commenta tanquam a Musis dictata in opus suum reciperent. Sed missis his lu-

eubratiōnes praestantium virorum, qui artem nostram ex numis, quos viderunt ipsi, promovere adlaborarunt, quibusque nemo, qui studiis nostris dat operam, facile caruerit, secundum aetatem, quae eas nasci contigit, recensere pergamus.

#### II. *FVLVIVS VRSINVS.*

*Familiae Romanae, quae reperiuntur in antiquis numismatibus ab arte condita ad tempora divi Augusti. Romae 1577. fol.*

Praestantissimi hujus operis, et quod hodieque eruditorum manibus teritur, judicium, laudesque dabimus in Prolegomenis ad numos Familiarum.

#### III. *ANTONIVS AVGUSTINVS.*

*Dialogo de Medallas, Inscripciones, y otras Antiquedades. En Tarragona 1587. Opus Italice quoque, et Latine redditum. Vide Bandurii Bibliothecam.*

Etsi facile hodie praeclaro isto opere Antonii Augustini, archiepiscopi Tarraconensis, careamus, quia pleraque posteri antiquarii scriptis suis inservere, ejus tamen mentio propter insignia ejus viri in artem nostram merita facienda fuit.

#### IV. *ADOLPHVS OCCO.*

*Imperatorum Romanorum numismata a Pompejo M. ad Heraclium. Antwerpiae 1579. 4.*

Opus istud Oceohis; medici Augustani, jam plane inutile factum, ex quo illud Franciscus Mediobarbus supplementis auxit, de quo infra.

#### V. *PHILIPPVS PARVTA.*

*Sicilia descritta con Medaglie. In Palermo 1612. fol.*

Operis hujus, cuius nostra hac aetate auctoritas et fides paullatim emoritur, sive quia Goltzianos habet admixtos, sive majorem numerorum partem vitiose depictam, sive deminū, quia praestantiores jam habemus monetae Siculae enarratores, mentionem faciemus in Prolegomenis ad numos Siciliae.

#### VI. *IOANNES TRISTANVS.*

Hujus viri opus, quod inscribitur: *Commentaire historique &c. Paris 1635. fol.*, et distributum in tria volumina numos Augustorum Latinos, Graecosque continet amplis commentariis illustratos, infinitam quidem et admirabilem eruditiorum continet, sed quia eodem malo laborat, quo pleraque ejus aetatis lucubrations, nimurum quod parum adcurate numi aut sunt depicti, aut descripti, ad haec commentarii ipsi eruditio nem jacent, quae lectorem obruat potius, quam instruat, raro Jam aevo nostro in consilium solet adhiberi. Vide plura in Bibliotheca Bandurii.

#### VII. *PETRVS SEGVINVS.*

*Selecta numismata antiqua ex museo Petri Segvini. Lutetiae 1684. 4.*

Molis opus mediocris, sed eximium sane, sive numerorum raritatem, sive iconum veritatem, sive plerumque in explicandis numis felicitatem et praeclaram doctrinam spectes, quo adeo vir artis nostrae studiosus carere vix potest.

#### VIII. *NVMISMATA*

*moduli maximi, vulgo Medaglioni, ex cimeliario Ludovici XIV. in folio.*

Consistit hoc opus tabulis XLI. ele-  
ganter aeri incisis, nullis additis commen-  
tariis. Vide, quae de hoc notavit Bandu-  
rius in Seguino sub finem.

## IX. CAROLVS PATINVS.

*Familiae Romanae in antiquis numis-  
matibus ab urbe condita ad tempora D.  
Augusti, ex bibliotheca Fulvii Vrfini, Ca-  
rolus Patin restituit, recognovit, auxit.  
Parisii 1663. fol.*

Vide, quae de hoc Vrfini opere a  
Patino restituto auctoque dicentur in Pre-  
legomenis ad numos Familiarum.

*Imperatorum Romanorum nuntis-  
ta ex aere mediae et minimae formae,  
Argentinae 1671. fol. In mea editione le-  
gitur: Amstelodami 1696.*

Alias Patini lucubrationes, sed non  
tantia ad studia nostra momenti, vide in  
Bibliotheca Bandurii.

## X. FRANCISCVS MEDIOBARBVVS.

Notissimi hujus monetae Augustae  
catalogi judicium peragemus in Prolego-  
menis ad numos Imperatorum.

## XI. HENRICVS NORISIVS.

*Annus et epochae Syromacedonum in  
vetustis urbium Syriae numis expositae.  
Florentiae 1691. in 4. maj.*

Praestantissimi hujus operis saepe red-  
ibit mentio in explicatione numorum ur-  
bium Syriae.

## XII. PHILIPPVS BVONABROTVS.

*Osservazioni istoriche sopra alcuni mo-  
daglioni antichi. In Roma 1698. in 4. vna.*

Praeclaros hos in numos maximi tra-

duli Cardinalis Carpegna commentarios  
nemo est, qui non maximo cum fructu  
se legisse cogatur confiteri. Vide Bandurii  
illustre de his judicium.

## XIII. ANDREAS MORELLIVS.

*Specimen universae rei numariae anti-  
quae. Lipsiae 1695. 8.*

Opus mole exiguum, sed propter nu-  
morum, quos continet, raritatem specta-  
bile.

Commemoranda bina magni momenti  
opera a Bandurio omessa, quia post hujus  
mortem lucem viderunt.

*Thesaurus Morellianus, sive Familia-  
rum Romanarum numismata &c. nunc pri-  
mum edidit, et commentario perpetuo il-  
lustravit Sigebertus Havercampus. Amstel-  
odami 1734. fol.*

De hujus operis meritis, ingentibus  
sane, si Morellii partes spectes, judicabi-  
mus in Prolegomenis ad numos Familia-  
rum.

*Thesaurus Morellianus continens XII.  
priorum imperatorum Romanorum numis-  
mata aurea, argentea, aerea. Amstelae-  
dami 1752. Tomi III. fol.*

Thesauri hujus crisi dabimus in Pro-  
legomenis ad numos Imperatorum.

## XIV. JOANNES VAILLANT.

Vir si quis alias, de re numismatica  
praecclare meritus non modo numis vul-  
gandis, et genuinos a spuriis dignoscendi  
scientia, sed etiam rite explicandis, nisi  
cum felicitatione, aut limae taedio pecca-  
vit, quorum ille peccatorum copiosa in  
multis suis operibus dedit experimenta.  
Non potest his, et si disparis sunt valoris,

**artis nostrae studiosus carere.** Dabimus ex Bandurio titulos ejus operum, crisi vero reservamus iis locis, in quibus singulas certorum humorum classes pertrahemus.

*Seleucidarum imperium, sive Historia regum Syriae ad fidem numismatum accommodata.* Lutetiae 1681. 4.

*Historia Ptolemaeorum Aegypti regum ad fidem numismatum accommodata.* Amstelaedami 1701. fol. Huic conjungitur: *Aegyptiū numismaticā ex Imperatoribus Romanis defumpta.*

*Numi antiqui Familiarum Romanarum perpetuis interpretationibus illustrati.* Amstelaedami 1703. 4. maj.

*Numismata imperatorum Romanorum praestantiora a Julio Cæsare ad Postumam et Tyrannos.* Hujus operis variae extant editiones; præferenda ea, in qua eidem titulo additur: *Editio prima Romana plurimis rarissimis numis aucta.* Romae 1743., curante Jo. Franc. Baldino cl. reg. congr. Som. Cui addendum: *Ad numismata imperatorum Romanorum a Vaillantio edita Subplementum opera Jof. Khell e S. J. Vindobonae 1767.* 4.

*Selectiora numismata in aere maximi moduli, e museo ill. D. Francisci de Camps.* Parisiis 1694. 4.

*Numismata aerea imperatorum, Augustorum et Cæsarum in coloniis, municipiis, urbibus jure Latio donatis ex omni modulo percussa.* Parisis 1688., item 1695. fol.

*Numismata imperatorum, Augustorum, et Cæsarum a populis Romanae distinctionis Graece loquentibus ex omni modulo percussa.* Amstelaedami 1700, fol.

#### XV. GOTTLIEB RINK.

*De veteris numismatis potentia et qualitate.* Lipsiae et Francofurti 1701. 4.

Quam multa præclara ad cognoscendam monetae veteris naturam contineat hic liber, docebit Bandurius.

#### XVI. EZECHIEL SPANHEIM.

*Dissertationes de præstantia et usu numismatum antiquorum.* Hujus operis aliquoties jam antea vulgati editio præstat ea, quam dedit Londinum 1706. Tomis II. in fol.

Celeberrimi hujus viri laudes commemorare hujus loci non est, quae perseverabunt, quamdiu philologiae honos erit, operis vero ipsius synopsin et causas omnes expositas vide apud Bandurium. Noh esset oraculum aliud numismaticum, quod avidius consuleremus, nisi legentem absterreret silus incomptior, duriorque, tum et sententiae interjectis saepe otiosis nimium diductae, ac propterera impeditiae, denique et molestus consulendi labor defectu indicis opportuni. Ceterum suapte patet, exacto jam fece saeculo, ex quo immortale istud opus lucem vidi, multa jam in hoc esse corrigenda, quae nemo melius ipso auctore correxisset, si iisdem, quibus nos hodie, subsidiis fuisse instructus.

Quae is numismatica alia sive in variis dissertationibus, sive immixta alterius generis lucubrationibus tractaverit, vide apud Bandurium et in subjectis Fabricii notis.

#### XVII. LAVRENTIVS BEGERVS.

*Thesaurus Brandenburgicus selectus &c.* Coloniae March. 1696. Vol. III. in fol.

Opus conspicuum, at multo lectoribus futurum gratius, utiliusque, si auctor omissis conjecturis saepe frivolis, et eruditionis eluvie saepe nimium longe arcessitae, saepe a causa alienae arctiores sibi fines praescripsisset. Ferri tamen haec possent, sed multo absterret magis oratio dura et indigesta, cum auctori pravo confilio venisset in mentem dialogorum sequi rationem interlocutoribus Archaeophilo, et Dulodoro, quod scribendi genus, nisi Veneres, Charitesque calatum ducant, quae Begero nunquam adfulsisse videntur, obscuram, molestamque efficit orationem. Istud certum, me nunquam, nisi renitentem, Begeri oraculum adire, quia plus impendendum temporis enucleandae orationi, quam ipsi antiquitatis causae.

Indefessus Begeri labor plura alia opuscula numismatica parturivit, quae omnia recenset Bandurius; sed quorum in hac artis nostrae luce exiguis jam est usus.

#### XVIII. PAVLVS PEDRVS, PETRVS PIOVENE.

*I Cesari in oro, argento, Medagliont &c. raccolti nel Farnese museo. In Parma 1694. fol.*

Opus istud scribere aggressus Pedrus, finito volumine VIII. vitam ipse sivit. Coeptam telam persecutus Piovenus volumina II. addidit, sic ut totum opus constet voluminibus X. Habuerit tum, cum vulgatum fuit, veram suam utilitatem. Hodie, cum numi, quos continet, satis aliunde sint cogniti, commen-

tarii vero magis morum praecepta, quam antiquitatis doctrinam doceant, non amplius maguopere expetitur.

#### XIX. JOANNES HARDVINS.

Omnium confessione ut vir summae eruditionis et perspicaciae, ita ingenii singularis, cui turpe visum sensui sese communi adipicere, etiam tum, cum istud veritas et sana ratio palam flagitaret. Quare opera ejus numismatica (de his tantum mihi sermo) ut non aspernanda, quia multa sane praeclara continent, ita taedium legentibus propter opinidnum licentiam adferunt. Rara igitur mihi in universo hoc opere viri hujus παραδοξότητες erit mentio, ne refutandis ejus absurdis, quod nimium frequenter evenire necesse foret, temporis et chartae jacturam faciam, lubenter praeclarum illud illustris, ac moderatissimi Barthelemy de Harduino judicium secutus: *Les opinions du P. Hardouin en fait des médailles commencent à perdre le droit d'être refutées* <sup>1)</sup>). Illustriores Harduini lucubrationes numismaticas suppeditant volumina bina, quorum unum inscribitur: *Opera selecta. Amstelodami 1709. in folio.* Alterum: *Opera varia. Amstelodami 1733. in fol.*

#### XX. LVDOVICVS JOBERT.

*La Science des Médailles. Paris 1715.  
Vol. II. in 12.*

Opus istud mole exiguum statim ab ortu suo magna voluntate est acceptum, sic ut non multo post in omnes cultioris Europae linguas verteretur. Serius, cum

1) B. L. T. XXXII. p. 672.

libellus hic omnium manibus volveretur, multa tamen inessent corrigenda, aut jure reprehendenda, novam ejus editionem, sed dissimulato nomine suo, in lucem dedit vir in philologiae studiis insignis famae Josephus de Bimard la Baslie, cuius titulus:

*La science des Médailles. Nouvelle édition avec des remarques historiques et critiques. Paris 1739. Tomes II. in 8.*  
 Atque hi Bimardi commentarii ejus sunt generis, ut praestantia sua operis ipsius, quod illustrandum sibi fumperat, merita facile superent. Ipse enim Jobertus tirones tantum infrafruit, at Bimardus veteres etiam in arena nostra pugiles. Ceterum quantamcunque tribuamus Jobertiano huic operi excellentiam, et si totum illud memoria quis complectatur, parum adhuc in numismatum scientia profecerit. Nam deest pars, quam περιττην appellamus, intelligo, ipsae series numorum saltem illustriorum ab urbibus, populis, regibus, Augustis signatorum, sine quarum cognitione utrum in arte nostra dignum aliquid praestare quis possit, non video.

mitto, qui olim ad Bandurii Bibliothecam continuandam animum adjicit.

#### XXI. ANSELMVS BANDVRIVS.

*Numismata imperatorum Romanorum a Trajano Decio ad Palaeologos Augustos. Lutetiae 1718. Tomi II. in fol.*

Materiam ipse titulus satis eloquitur. Gratiae habendae viro ornatus, quod patientiam suam comprobavit colligendis recitandisque numis iis, quorum jam per pauci aut veram utilitatem, aut voluptatem adferunt. Hujus operis mentio redibit ante monetam Decii. De Hieronymo Tatinio, qui Bandurium nuper supplementis auxit, agetur infra. Hujus operis Tomo I. praesigitur

*Bibliotheca numaria, sive auctorum, qui de re numaria scripsierunt,* cuius libri in hoc tractatu saepe meminimus. Dignus, quod sane merebatur, is vilus est Alberto Fabricio, quem anno sequente 1719. alteris typis leorū in 4to Hamburgi restitueret insignibus observationibus, et sicubi necesse fuit, supplementis auctum, et emendationibus fani- tati restitutum.

#### XXII. NICOLAVS HAYM.

*Tesoro Britannico, overo il museo nummario &c. In Londra 1719. Part. IL in 4. Idem opus Anglice redditum: London 1719. in 4.*

Opus istud, ex quo in lucem prodit, omnium abstulit suffragia. Nam continet numeros variis generis, urbium, populorum, regum, tum et imperatorios, sed quorū plerique extra urbem cusi sunt, omnes, qui in museis Britannicis adservantur,

Hactenus opera rei numismaticae sive utiliora, sive quae majoris sunt momenti, commemoravimus, quorum Bandurius in Biblioteca sua numaria addita erudita crisi meminit. Enarranda jam sunt illa, quae post viri praestantis mortem conscripta prioribus addenda sunt. Quod cum aggredior, monere juvat, me nunc quoque opera tantum, quae justioris sunt molis, adducturum, praeteritis dissertationibus solitariis, quam ἀνέβεια illi per-

omnes aut rarissimos, aut omnino auctoris tempore avenientes. Praecipuam vero laudem emeruit fidelis, et veritatem proxime imitata numorum pictura. Accedunt moderati commentarii numorum naturam et argumentum praecelare illustrantes. Opus tam insigne cum avidum reperiret emptorem, sic ut post annos non multos in ipsa Britannia rarissima ejus essent exemplaria, ejus novis typis restituendi, sed lingua Latina, consilium cepit Khetlius, prodiitque tandem praefixo titulo:

*Thesauri Britanni pars prima, seu museum numariorum &c. Vindobonae typis Ludov. Schulzii 1762. in 4.* Primae hujus partis interpres fuit Aloysius comes Christiani, qui et Marte adjecit *Adpendiculam ad numismata Graeca populorum et urbium*, quos manum ducente Khellio magistro suo, erudite explicavit. Secuta est *Thesauri Britanni pars altera. Vindobonae typis Thomae de Trattneri 1765.* Interpretum egit ipse Khellius addita simili numorum anecdotorum *Adpendicula*. Postrema haec editio tanto magis prima Londinensi praestat, quia et comes Christiani et Khellius auctoris verbis, sive cum mendoza fuere, sive cum dies aliud docuit, praeclaras notas subjecere.

### XXIII. SIGEBERTVS HAVERCAMP.

*Dissertationes de Alexandri M. numismate, ut et de numis Contorniatis. Lugd. Bat. 1722. in 4.*

Vide, quae de hoc libro judicabimus in tractatu de numis Contorniatis.

Multus fuit etiam Havercampus in explicandis tabulis aeneis Morellianis. Ac primum quidem iis, quae numos fami-

liarum continent, commentariorum mole infinitam superinjecit, de quorum meritis agemus in Prolegomenis ad numeros Familiarum. Ejus etiam operam expertae sunt tabulae Morellii, quae XII. primorum imperatorum numos complectuntur, laboris sociis Schlegelio, et Antonio Gorio, cuius crisi dabimus in Prolegomenis ad numeros Imperatorum. Adde aliud ejus opus:

*Médailles de grand et moyen bronze du Cabinet de la reine Christine, gravées par Pietro Santes Bartolo. A la Haye 1743. in fol. Gallice et Latine.*

Est hoc opus, ut Havercampiana omnia, festinatum, verbosum, indigestum, auctore magis sollicito, ut brevi tempore molem magnam conscriberet, quam opus moderatum, illudque justa et sana doctrina finitum. Quae quidem Havercampo vere objici, mille hujus operis locis patebit. Ceterum de numismaticis tantum Havercampi mihi sermo. Neque enim attingo, si qua ex aliis philologiae partibus jure sibi merita collegit.

### XXIV. CHRISTIANVS LIEBE.

*Gotha numaria sistens Thesauri Fridericiani numismata antiqua aurea, argentea, aerea. Amstelae dami 1730. fol.*

Sistit hic liber indicium illustris gazae Saxo-Gothanae, sic ut numorum vulgarium, et jam cognitorum numerus tantum prodatur, at rariorum aut anecdotorum listantur etiam iconismi, eorumque explicationes praeclarae sane et eruditae, quae auctori eximium inter artis nostrae magistros locum paravere. Subjecit ad calcem Spanhemii ad Morellium epistolas

tres, quibus numi quidam rariores hujus *storum ab urbibus Graece loquentibus per-*  
*cussos. Viennae 1744. in 8. Reculæ cu-*  
*rante Khellio 1762. in 4.*

#### XXV. ERASMVS FROELICH.

*Viri hujus de re numismatica insigni-*  
*ter meriti multæ existant lucubrations*  
*ab anno 1732. usque ad 1758., quo diem*  
*obivit, conscriptæ, quarum subinde com-*  
*plures secundis curis auctas emendatas-*  
*que uno volumine edendas curavit.*

*IV. Tentamina in re numaria vetera.*  
*Viennæ 1737. in 4.*

Horum tentaminum primum est: *Dis-*  
*sertatio compendiaria de utilitate rei nu-*  
*mariæ veteris, nimirum ex locuplete pe-*  
*nu Spanhemii, aliorumque pauca speci-*  
*mina proposuit, quibus juventutem adli-*  
*ceret. II. Appendicula ad numos colonia-*  
*rum Romanarum a Vaillantio editos. III.*  
*Appendicula ad numos urbium Graece lo-*  
*quentium sub Augustis percussos & Vaillan-*  
*tio vulgatos. Vtiusque hujus tentaminis*  
*materiam tituli eloquuntur. Modus, quo*  
*eam sibi tractandam sumpsit, insignis est,*  
*magnaque legentibus utilitati. IV. Dis-*  
*sertatio de numis monastiariorum veterum*  
*culpa vitijs. Materia a nemine alio ne-*  
*que antea, neque poli tanta adcuratione*  
*et instruendi studio tractata.*

*Animadversiones in quedam numos*  
*veteres urbium. Viennæ 1738. in 8. Alter-*  
*ris typis curante Ant. Franc. Gorio recu-*  
*læ Florentiae 1751. in 8. Continet opus-*  
*culum istud syllogen complurium numo-*  
*rum anecdotorum, quos auctor in museo*  
*Granelliano Soc. Jesu reperit, additis eru-*  
*ditis commentariis.*

*Appendiculae II. novæ ad numos co-*  
*loniarum altera, altera ad numos Augu-*

*Eiusdem argumenti, cuius sunt citata*  
*altius Tentamina II. et III.*

*Annales compendiarii regum et rerum*  
*Syriæ. Viennæ 1744. in fol. Editio alte-*  
*ra 1750.*

De hoc opere judicabimus in Prole-

gomenis ad numos regum Syriæ.

*Dubia de Minnifari, aliorumque Ar-*  
*meniae regum numis, et Arsacidarum epo-*  
*cha nuper vulgatis proposita. Viennæ*  
*1754. in 4.*

Vide, quae de hoc libello, ejusque  
conscripti occasione dicemus in regibus  
Bactrianis.

*Numismata cimelii Caesarei regii*  
*Austriaci Vindobonenſis, quorū rario-*  
*iconismis, cetera catalogis exhibita. Vin-*  
*dobonæ 1755. Tomi II. in fol. maj.*

Opus magnificum, cuius tomus prior  
id, quod titulus spondet, praefat. At  
tomus II. exhibet numos maximi modu-

li, olim musei Carthusianorum Romæ,

de quo alias sumus acturi.

*Regum veterum numismata anecdota,*  
*aut perrara notis illustrata. Vindobonæ*  
*1752. in 4.*

Opus istud auctorem praefert Francis-

cum Antonium Com. Khevenhüller, sed  
quae ab hoc dictata fuere, sunt partim  
suggerentis, partim adprobantis Fro-

elichii.

*Ad numismata regum veterum aneo-*

*dota, aut riora accessio nova. Vindob.*

*1755. in 4.*

Vtique isthuc opere Froelichius rem

regum veterum numismaticam præclare

promovit, cuius meriti experimenta ad-  
fatum dabimus in iplis regum numis.

*Notitia elementaris numismatum an-  
tiquorum illorum; quae urbium liberarum,  
regum et principum, ac personarum illu-  
strium appellantur. Vindob. 1758. in 4.*

In tironum gratiam scriptum hoc opus  
multa ad eos erudiendos utilia continet.  
Minoris meriti est articulus is, qui numos  
populorum et urbium persequitur. Nam  
aliud is non continet, praeter urbium  
nuda nomina, quae jure suo numos, quos  
autonomos vocamus, signavere. Tanto  
illustrior est tractatus de regum numis;  
nimirum quod in hac veteris monetae  
classe contentiore per anteactam vitam  
studio versatus est. Fuit istud ejus operum  
postremum, nam non multo post vita ex-  
cessit.

*De familia Vaballathi numis illu-  
stra. Vindob. 1762. in 4.*

Postumus hic Froelichii libellus cu-  
rante Khellio lucem videt, cuius magnus  
nobis erit usus in explicandis ejus fami-  
liae numis. Addidit Khellius elogium,  
quo immortalis ejus viri merita hortante  
adversus suum quondam magistrum pie-  
tate et affectu complexus est.

#### XXVI. ALEXANDER PANEL.

*De Cistophoribus. Lugduni 1734. in 4.*

Praeclarae hujus dissertationis merita  
praedicabimus in tractatu de numis Ci-  
stophoribus.

Non eodem adsensu ab eruditis ac-  
ceptae sunt Panelii dissertationes: *De nu-  
mis experimentibus XI. Treboniani annum.  
Tiguri 1748. in 4. — De coloniae Tarra-  
conae numo. Tiguri 1748. in 4. Latine et  
(Vol. I.)*

*Hispanice. — Remarques sur les premiers  
versets du premier livre des Maccabées,  
ou dissertation sur une Médaille d'Alexan-  
dre le Grand. Valence 1753. in 4. Gallice  
et Hispanice. Nimum enim in his ingenio  
suo indulxit, cum mallet esse Harduini  
imitator, quam communi judicio valere,  
ut locis suis demonstrabimus.*

#### XXVII. THEOPH. SIGEFR. BAYER.

*Historia Osrhoena et Edessa ex nu-  
mis illustrata. Petropoli 1734. in 4.*

Vide de hoc opere numos regna  
Edessae.

Exstant etiam ejus variae disserta-  
tiones in numos nonnullos urbium et popu-  
lorum, quas collegit ediditque Klotzius.  
Halae 1770. in 8., easque opulentiore  
scriptas eruditione, quam suapte argu-  
mentum desiderare videbatur.

#### XXVIII. MVSEVM THEUPOLI.

*Musei Theupoli antiqua numismata.  
Venetis 1736. Tom. II. in 4. maj.*

Auctorem hujus operis fuisse Petrum  
Fundum Venetum, docuit me abbas Maz-  
zolenus in Animadversionibus suis, quas  
Museo Pisano a se edito subjequit, et qui-  
dem in Animadversione I. de tribunic. po-  
testi. pag. 121. Complectitur museum istud  
omnis-generis numos veteres, sed eminent  
copia et raritate imperatoriorum Graeco-  
rum, et Alexandrinorum. Laus etiam sua  
debetur ejus enarratori Fundo, raro fal-  
sae lectionis, aut insertae monetae spuriae  
comperto.

#### XXIX. JOH. JACOB. GEßNER.

*Impiger hic vir domo Tigurinus prae-*

claro consilio, ac labore indefesso iconologiam universae rei numismaticae representavit, cujus sequentes exstant partes:

*Numismata regum Macedoniae. Tiguri 1738. fol.*

Vni huic regum classi notas et explanationem praefixit, sed quae Saturnia olent, et exigui adeo sunt usus, quin et lectorem incautum inducere in errorem possunt.

*Namismata regum Syriae, Aegypti, Arsacidarum, Ponti et Bospori Cimmerii, Bithyniae. Tiguri. — Numismata regum Siciliae, Judaeae, minorum gentium, et virorum illustrium. Tiguri. fol.*

*Numismata Graeca popolorum et urbium. Tiguri. in fol.*

Monetae Romanae classes sunt:

*Numismata antiqua Familiarum Romanarum. Tiguri. in fol.*

*Numismata antiqua Imperatorum Romanorum Latina et Gracca. Tiguri. in fol.*

Classem hanc inchoavit recepto more a Pompejo M., et finivit cum Philippis. Ejus abruptae causam existimo, quia succedentium imperatorum numi satis ex Bandurio sunt cogniti, cui primus fuit Trajanus Decius.

Hujus utilitas instituti manifesta est. Etenim cum numorum icones collegerit ex libris omnibus, qui tum exstitere, idque tanta diligentia, ut eum ne quidem fugerent numi descripti in libris, qui ex instituto rem numismaticam non attigere, hoc beneficio collecti ob oculos ponuntur numi omnes, qui ad suam usque aetatem, qua classes has descripsit, cogniti fuere. Illud molestem, quod neglecta omni crisi numeros etiam palam spurious in opus suum

recepit, et quod, et si hoc temporis potius vitium est, fallam numis aut patriam, aut principem adsignat. Qui scalptorum in Gesneri his tabulis aut ruditatem, aut negligentiam culpavere, ingratos et iniquos se censores sunt professi. Quis enim adhibenda ad opus tanti moliminis manu peritiore tam gravibus se volet sumptibus obligare? Nos in dignoscenda ex Gesnerianis typis numorum natura nunquam laboravimus. Quod si non plane satisficeret, licuit adire fontes, quos auctor ad numeros singulos magna cum adcuratione commemorat.

### XXX. RODVLPHINVS VENVTI.

*Antiqua numismata maximi moduli aurea, argentea, aerea ex museo Cardini Alex. Albani in Vaticanam bibliothecam translato. Romae 1739. in fol.*

Opus causa nobilium, rarorumque numismatum, quae omnia tabulis incisa exhibentur, valde illustre, at non ejusdem meriti sunt commentarii, auctore ad ea explicanda plus fiduciae, quam verae scientiae adferente.

### XXXI. ANT. FRANC. GORI.

*Antiqua numismata aurea et argentea praestantiora, et aerea maximi moduli, quae in regio thesauro M. ducis Etruriae adservantur. Florentiae 1740. in fol. maj.*

Constat hoc opus voluminibus III., quae in universo ac magnifico opere, quod museum Florentinum inscribitur, efficiunt volumina IV. V. et VI. Volumen I. occupant numorum imagines eorum orbe immensum aucto, nimirum ne et nostrae arti luac delint ineptiae, auctoribus magis

vanitatem, quam veritatem sectantibus. At quod hoc multo est molestius, numorum pictura scatet infinitis erroribus, qui adhibito studio vel mediocri evitari, aut tolli facile potuissent. Volumina III. et IV. Gorii commentarios continent, eruditionis jejunaee, cum ea maxime opus fuit, supervacuae, cum lumine non egemus, saepe a vero longissime aberrant, ut sunt pleraque ejus viri cetera eximii numismatica.

**XXXII. ALBERTVS MAZZOLENI,  
Abbas Benedictino-Cafinas.**

*In numismata aerea selectiora maxi-  
mi moduli e museo Pisano olim Corrario  
commentarii. In monasterio Benedictino  
Cafinate 1740. in fol. maj.*

Hic quoque catalogus numos insignes maximi moduli continet, sed pictos maiore luxu, quam qui adridere possit iis, qui parabilem cupiunt doctrinam. Numos sequuntur commentarii sobriae eruditionis.

Huic instar appendicis accedit volumen alterum, cui titulus:

*In numismata aerea selectiora maxi-  
mi moduli e museo Pisano animadversiones.  
Ibid. 1741. in fol. maj.*

Hoc in opere idem Mazzolenus multa erudite disputat, quae ad imperantium titulos et dignitates pertinent, ut: *imperatoris, Caesaris, pontificis max., Augu-  
sti, principis juventutis, consulis, procon-  
sulis.* Sequuntur dissertationes aliae de *Octavia in numis Oppii, de urbibus, po-  
pulisque neocoris, de primatu urbium, de  
Asiarchis, de pontificibus Graecorum et  
archontibus, de Perperenorum epocha, de*

*literis A. M. K. in numis Tarfi, de numis  
monetaque Romanorum.* Haec omnia ut non vulgarem eruditionem continent, tamen saepe me a praeclaro auctore diffidere cogunt, ut suis per hoc opus locis patebit. Pars altera harum Animadversio-  
num maxime in explicanda imperatorum tribunicia potestate tot praefantissimorum virorum diffidiis agitata occupatur, at quod invitus profiteor, irrito inter immensum eruditionis apparatus et orationis copiam conatu, ut late demonstrabo in tractatu imperatoriae hujus dignitatis. Accedit animadversio locuples de *vois decennalibus*, tum de nomine *navarchidis*, et nonnullae aliae contractioris modi.

**XXXIII. HONORIVS ARIGONI.**

Eruditus hic Venetus rariores eximii sui musei numos in certas suas classes tributos tabulis aeneis insculptos in lucem dedit, nullis tamen additis commentariis. Operi titulus:

*Numismata quaedam cuiuscunque for-  
mae et metalli musei Honorii Arigonii.  
Tarvisii sumptibus auctoris. 1741. in fol.*

Veteres hujus musei opes cum subinde praeclaris accessionibus augerentur, accessit Tomus II. vulgatus ibidem anno 1744., subinde Tomus III. anno 1745., denique Tomus IV. 1759.

Vt grato animo accipere debemus numos tam illusires, tamque copiosos cum orbe harum opum avido communicatos, sic dolemus tamen, numorum imagines nimirum frequenter ab archetypis nimio aberrare, quod experti sunt, qui rigidius in eas judicium exercuere. Quare etsi liber hic magnas offert ad artis nostrae incre-

mentum utilitates, tamen nonnisi caute sculptos exhibent numos, sed plerosque his numorum imaginibus propter erroris jam aliunde cognitos. metum udemur.

#### XXXIV. FRANCISCVS BALDINI.

Vide supra opera Vaillantii.

#### XXXV. THOMAS COM. PEMBROCK.

*Numismata antiqua in tres partes divisæ, collegit olim et aeri incidi vires scutavit Thomas Pembrachiae et montis Gormerici comes. 1746. Vol. II. in 4. maj.*

Illustris hic vir vulgandis his praeclaris sui musei numis magnam ab eruditis gratiam inivit. Opus totum numorum tantum iconismis absque commentariis constat. Imagines sunt caelaturaæ mediocris, tamen fidelis. Numos dedit musei sui non omnes, sed five ratiore, quos inter complures sunt insignis præstantiae, five etiam magis obvios, siquidem ad locupletandas series valent, in quarum copiosas totum opus dividitur. Sunt tamen ex omni numero numi nonnulli, quos non verear in spuriorum censum referre.

#### XXXVI. FRANCISCVS WISE.

*Numorum antiquorum scriniis Bodleianis reconditorum catalogus cum commentario, tabulis aeneis, et appendice. Oxonii 1750. in fol.*

Exhibitentur primū catalogi musei hujus Bodleiani. Succedunt *Notæ et observationes in numos antiquos*, quae non pauca nova, hactenus antiquariis non observata, continent, auctorisque peritiam et eruditionem eximie commendant. Adduntur ad calcem tabulae, quae in-

#### XXXVII. JACOBVS MUSSELLI.

*Numismata antiqua a Jacobo Musellio collecta et edita Veronæ anno 1752. Tomi III. in fol.*

Tomus I. sifit catalogos, II. et III. numorum icones. Pro operis mole exiguum est ejus meritum. Paucos in eo ratis reperias, et non jam ex aliorum præconiis compertos.

#### XXXVIII. HENRICVS FLOREZ.

*Medallas de las ooloniales, municipios, y pueblos antiguos de Espana. Madrid 1757. Tom. III. in 4.*

De præstantia hujus operis agemus in Prolegomenis ad monetam Hispaniaæ.

#### XXXIX. JOSEPHVS PELLERIN.

Pervenio ad virum, cuius insigne de præstantia numorum judicium, in colligenda moneta vetere consilium, in adipiscenda felicitatem, in explicanda sagacitatem, quoad arti nostræ honos erit, nulla poterit posteritas satis depraedicare. Enimvero ex quo immortalia ejus opera lucem videre, monetae Graecæ, et generatim illius, quae Romana non est, multo explicatior est facies, et deinceps in omnium ore fere unus Pellerinius. Numi omnes, quos dedit, aut perrari sunt, aut magnam partem hucusque ignoti, et maxima eorum pars tam eleganter, et tanta cum veritate tabulis aeneis incisa, ut perinde sit, archetypon, an ejus imaginem intueare, et icones Pellerinianæ verum sint exemplar monetae veteris si-

deliter exprimendae. Explicationes ut propter emendatos majorum errores, ingenium, et praeclararum eruendae veritatis rationem omnium abstulere suffragia, ita in postremis ejus scriptis non raro superfluam reprehendimus facundiam, praecipue cum causa humorum Phoeniciorum pertinaciam suam intendit, et irritis, fatidiosisque altercationibus Barthelemyum, Swintonum, aliasque aemulos aperito Marte lacefferet, sed quas nos iras non odio, aut malevolentiae, a qua præstantissimus ejus animus longe semper absuit, sed mutatis invalecente senectute moribus (nam raro exemplo ad annum vitae fere C. commentari perrexit) imputamus. Peractis tantum viri laudibus, quae multo ampliores illi a gratis posteris debentur, ejuſ jam opera, ut in lucem prodivere, commemoranda.

*Recueil de Médailles de Rois. Paris 1762. in 4.*

*Recueil de Médailles de peuples et de villes. Paris 1763. in 4.*

Opus hoc tribus voluminibus finitur. Primum continet numos urbium Europæ, alterum Asiae, tertium Africæ, insularum, tum numos incertarum urbium, et qui lingua peregrina, plerumque incerti explicatus, inscripti sunt. Accedit his iustius numerus humorum quos imperatorios vocamus, nimirum in urbibus Graecis cum imperatorum capite signatorum.

*Mélange de diverses Médailles. A Paris 1765. in 4.*

Duobus constat voluminibus. Primum divisum est in tres partes, quarum I. offert numos regum et urbium, tanquam accessiones ad eos, quos continent volumina praecedentia, pars II. numos imperatorum

aureos, argenteos, aeneos commatis seu Romani, seu peregrini, tum et numos Alexandrinos, pars III. numos coloniarum qui desiderautur in opere Vaillantii. Volumen II. continet numos imperatorum in urbibus Graecis percussos, qui Vaillantium item fugerunt. Junguntur ad calcem insignes animadversiones, quibus multa Vaillantii menda corriguntur, aut ab hoc omissa exhibentur.

*Supplément aux six volumes de recueils des Médailles de Rois, de Villes &c. Paris 1765. in 4.*

Exhibet hoc opus varios urbium numos seu autonomos, seu imperatorios quos auctor serius gazae suae intulit. Accedit judicium de numis compluribus, quos ipse in tomis praecedentibus promulgavit, causam movente Khellio nostro qui in scriptis suis nonnulla ejus dictata impugnavit; qua in lite animosius nonnunquam, quam verius justiusque in adversarium suum invehitur.

*Second supplément aux six volumes de recueils des Médailles de Rois, de Villes &c. Paris 1766. in 4.*

Hic iterum tomus varios numos variarum classium continet. His addidit catalogos siglarum et monogrammatum, denique indicem omnium voluminum hactenus editorum.

*Troisième supplément aux six volumes de recueils des Médailles de Rois, de Villes, &c. Paris 1767. in 4.*

Idem hujus quoque partis argumentum.

*Quatrième et dernier supplément aux six volumes de recueils des Médailles de Rois, de Villes &c. A Paris 1767. in 4.*

*Argumentum simile. Sub operis finem procedunt jurgia et lites causa linguae in innumis Phoeniciae, quarum supra me mini, et de quibus adcuratius agam in tractatu de numis Phoeniciis.*

*Lettres de l'auteur des recueils de Médailles &c. A Francfort, et se trouve à Paris, 1770. in 4.*

Binas liber hic continet epistolas ad amicum anonymum scriptas. Prior pater numeros complures *ἀνερδοτες* varii argumenti potissimum in molesta adversum eruditos querela versatur, qui ejus sententiam de interpretatione inscriptionum Phoeniciarum vellicarunt. Altera justum iterum numerorum numerum sicut, atque hos inter aliquot regum Armeniae medii aevi.

*Observations sur quelques Médailles du Cabinet de M. Pellerin. A la Haye, et se trouve à Paris, 1771. in 4.*

Auctorem habet abbatem *le Blond* in nostro studiorum curriculo cum laude cognitum. Binae tabulae exhibent numeros in gazae Pellerinianae voraginem derivatos, et a Blondio praecclare et crudite explicatos.

*Additions aux neuf volumes de recueils de Médailles de Rois, de Villes. A la Haye, et se trouve à Paris, 1778. in 4.*

Omnibus, qui rei numismaticae dant operam, postremus hic Pellerinii partus semper acerbus, semper honoratus est habendus. Acerbus, quia natura denique secunditatem sicut, honoratus, quia nunc demum maxime patuit, quam pertinace is amore et affectu in has veteris aevi

reliquias teneretur. Scriptit opusculum istud, quod omni retro aetate raro evenit, annum agens omnino XCV., et cum oculorum jam usum amisisset, artem meditando extudit, quam ipse in operis hujus aditu explicat, qua posset nullo oculorum usu literarum notas chartae inscribere. Hic ergo liber primum sicut numeros *ἀνερδοτες*, quos inter sunt nonnulli insignis meriti. Succedunt animadversiones in numeros aliquot a se jam olim vulgatos, quae tamen plerumque nonnisi conjecturas, easque valde infirmas continent. Sequitur inde a pagina 68, quod ad me unum pertinet: *Réponse aux observations critiques de M. Eckhel*, quo ille articulo argumenta impedit, quibus olim in opere, quod *Numi veteres anecdoti* inscribitur, plures ejus lapsus notaveram. Aegre ferebam, virum praestantem iratiore animo causam suam esse tuitum, quam istud a cognita ejus morum integritate poterat expectari, praecipue cum fere semper fateri ipse cogeretur, judicium meum solidis esse argumentis nixum. Satis me serius in præfatione ad Catalogum musei Caesarei a me editum purgaveram, et quidem ea moderatione, ut satis ex ipsa mea reprehensione constaret, a nemine antea insignis ejus viri merita tantis fuisse laudibus celebrata. Postrema operis portio varia artis observata continet, tum et præstantissimum numrum aureum Euthydemii Bactrianae regis, qui unus qualemque opus numismaticum satis poterat nobilitate. Non potuit vir aeternus vetus suum fluidorum curriculum illustriore præconio finire.

**XL. THOMAS MANGEART.**  
*Introduction à la science des Médail-*

*les. A Paris 1763. in fol.*

Auctor ampli hujus operis id unum sibi maxime habuit propositum, ut numerorum typos, dignitates in iis memoratas, inscriptionum sensum, et similia explicaret, aliorum plerumque magis judicio, quam suo usus. Absunt qualesunque variarum classium catalogi, sine quibus utrum in his studiis profici possit, non video.

**XLI. JAC. PHILIPPVS D'ORVILLE.**

*Jacobi Philippi D'Orville Sicula. Edit Petrus Burmannus Secundus. Amstelaedami 1764. in fol.*

Eximios Siciliae nummos hoc in opere reperias a Burmanno erudite explicatos. Vide prolegomena ad numos Siciliae.

**XLII. JOSEPHVS KHELL.**

Praestantis vir eruditionis, et indecessi in studiis nostris laboris, magister olim meus, mihi non sine grati animi affectu nominandus aliquot insignes edidit industriae suae partus. Plures meditantem mors oppressit. Quid in restituendo Haymii thesauro praefiterit, supra in hujus censura dictum. In edendo etiam magnifico opere, quod Numismata cimelii Cae-sarei regii Vindobonensis inscribitur, cu-jusque supra in Froelichii operibus memini, suas et Khelius habuit partes. Omissionis lucubrationibus aliquot levioris momenti memorandum opus, cui titulus:

*Ad numismata imperatorum Romanorum aureu et argenteu a Vaillantio edi-*

*ta, a cl. Baldinio aucta supplementum.*  
*Vindobonae 1767. in 4.*

In unis museis Austriacis reperit hos manipulos, quos opulentae messi a majoribus congestae adderet. Vaillantii institutum secutus parcas singulis notas subdidit. Formam operis externam sic temporavit, ut cum Romana Vaillantii editione a Baldinio procurata conspiraret, et cum hac instar Tomi IV. posset conjungi.

**XLIH. BEAUV AIS.**

*Histoire abrégée des Empereurs Romains &c. pour lesquels on a frappé des Médailles. Paris 1767. Tomes III. in 8.*

Numismatica tantum hujus operis nostra putamus. In eorum gratiam, qui numis colligendis dant operam, singulis imperatorum vitis subjicit justum, ut videbatur, numorum pretium ad modum monetae Gallicae expressum. Nemo non videt, hac in causa certas valoris leges dictari non posse, cum eae plerumque sint arbitriae, atque is pro vario regionum situ variet etiam. Accedit, eas saepenumero nimis parum instruere, lectoremque in vado destitui. Nam cum ait v. g., aureos Trajani esse obvios, addat deinde: *on en trouve avec des revers qui valent jusqu'à environ 200 livres*, neque amplius edoceat, qui definite sint hi nummi, nihilo ex his legibus evasi doctior. Atqui in hujus naturae instituto nimium frequenter necesse est id genus occurrere dubia. Interim qualemque illud subsidium grato accipimus animo, quia tamen multis in casibus fluctuanti opem practicata. Additur tomo III. dissertatio:

*Maniere de discerner les Médailles antiques de celles qui sont contrefaites.*

Praeclare in hac explicantur modi, quibus usi sunt falsarii nostri aevi in imitanda antiquitatis moneta, cujus praecceptis in eodem argumento nos fuisse usos, supra capite XIX. professi sumus.

#### XLIV. DOMINICVS MAGNAN.

*Miscellanea numismatica, in quibus exhibentur populorum insigniumque virorum numismata omnia &c. Romae 1772. Tomi IV. in 4.*

Opus istud numorum tantum imaginibus constat. Ordinem sibi praefixit auctor nemini hactenus alteri tentatum, qui v. g. Crotoniatarum numos inter numos Commodi et Domitiani constituit. Numi ipsi ex variorum eruditorum operibus sunt corrasi, nullo addito indicio, unde; neque Goltzianorum auctorem cepit oblivio, ut adeo liber *Miscellancorum* titulum, quem sibi praescripsit, plene adim. pleat, utrum et reliqua ibi promissa, arbitretur lector. Idem hoc opus uno partu geminam edidit sobolem, cui indita nomina:

*Bruttia numismatica. Romae 1773 fol.*

*Lucania numismatica. Romae 1775 in 4.*

Tabulae in utroque hoc opere eadem sunt, quae in praecedentibus Miscellaneis, sed callida libratorum ars sic novit secernere tabulas et rursum compонere, ut inde duplex opus ad speciem novum existeret, nimurum Bruttia (ut auctori appellare placuit) et Lucania numismatica.

#### XLV. LVDOVICVS DVTENS.

*Explication de quelques Médailles Grecques et Phéniciennes avec une paléographie numismatique. Seconde édition. A Londres 1776. in 4.*

Exhibit hoc opus numos Graece, aut lingua peregrina inscriptos, variaque ad causas numismaticas utilia observata, inter quae praecipue commemoranda paleographia numismatica. Major operis pars explicationibus numorum Phoeniciorum, Punicorum, Numidicorum occupatur, quibus in studiis quantum hactenus fuerit profectum, examinabimus disputatione singulari, quam dabimus ad calcem numorum Phoeniciae.

#### XLVI. THOMAS ANDREAS DE GVSSEME.

*Diccionario numismatico general para la perfecta inteligencia de las medallas antiguas. Madrid 1773. Tomi VI. in 4.*

Lexicon istud cum obiter inspicerem, vidi desiderari Mostidem, Monunium, Moagetem, Zenodorum, reges dudum ex Froelichio, Theupoli, Pellerinio cognitos. Quid ergo sibi quaesivit auctor, cui optimorum scriptorum opera fuere ignota? et quod adeo huic VI. voluminum operi pretium? Quam praeterea inconsultum, non citare fontes, unde numos suos hausit, ut, si quis amplius instrui cuperet, haberet, unde peteret? Taedebat post haec in alia hujus operis seu somoda, seu vitia inquirere.

#### XLVII. ANONYMVS.

*Catalogue raisonné d'une collection de Médailles. 1774. in 4.*

Audivi, opus istud vulgatum Liphae, ejusque auctorem Schachmannum. Complectitur catalogum numorum, quos is in museum suum intulit, quo in dilectu eos tantum suos esse voluit, qui perfectione laboris et integritate praestare videbantur. Rariores (sunt autem inter eos non nulli perrari) nitidis fidelibusque iconismis exhibentur. Adjectae non magno numero notae praecipue spectatis artis causis dignae sunt, quae legantur.

#### XLVIII. JOSEPHVS ECKHEL.

*Numi veteres anecdoti. Viennae Austriae 1775. in 4.*

Numos *āvendōtēs* lectori antiquario quadringentos et amplius obtuli, quos in itinere meo Italico, et redux in museis patriis reperi. Addidi explicationes, quos mereri videbantur, numos ipsos tabulis XVII. proposui.

*Catalogus musei Caesarei Vindobonensis numorum veterum distributus in partes II., quarum prior monetam urbium, populorum, regum, altera Romanorum complectitur. Vindobonae 1779. in fol.*

Jam olim Froelichius illustris thesauri hujus numos typis vulgavit, sed rariores tantum, at cum is amicorum iudicio dignus videretur, qui universus eruditorum oculis objiceretur, eum totum edendum censui servato ordine, cuius rationem infra capite XXIV. uberior exponam.

*Sylloge I. numorum veterum anecdotorum thesauri Caesarei. Viennae 1786. in 4.*

Museum Caesareum annis proximis praeclaras propitia fortuna fecit ac-

cessiones, ut me poeniteret, ejus edendi consilium non longius distulisse. Ergo cum incōsultum esset visum, novam ejus adornare editionem, cepi consilium, si justum quem numorum *āvendōtēs* numerum ei gazae intulisset, eos omisso viliorum aut jam satis cognitorum agmine praefixo sylluges titulo vulgandi. Propositum subinde istud latius placuit porrigere, neque solum in hunc censem recipere numeros *āvendōtēs* musei Caesarei, sed etiam alienorum, si forte ab amica manu numorum hujus naturae typi mecum communicarentur, quod et in hac ipsa Sylloge I. a me fuit praesitum. Quin et invitare ausus sum viros per Europam insignes, ut si quem praesto haberent ejusdem meriti numorum numerum, suam velint conferre symbolam, hoc syllogen II., altero III. vel IV elucubrante, quae deinde, siquidem chartae idem modus habebitur, in unum corpus redactae materiam eodem pertinentem complectantur. Praesens sylloge exhibit numos circiter CXX. tabulis aeneis X. expressos et commentariis illustratos. Accedunt numi nonnulli praestantis argumenti, quorum picturam doctissimus Stephanus Bor-gia, nunc amplissimis suis promeritis S. R. E. cardinalis, mihi expendendos explicandosque miserat una impulsus praeclaras sua in haec studia voluntate.

#### XLIX. FRANCISCVS NEUMANN.

*Populorum et regum numi veteres inediti. Vindobonae 1779. in 4.*

En tibi partem musei, quod non tam numorum numero, quam horum raritate, nitorc, sive ac castimonia spectandum

eruditus auctor multorum annorum labore, industria, sumptibus instruxit. Pars I. exponit numos Graeciae Europeae, altera numos Asiae, Africæque, omnes necessariis eruditisque commentariis illustrantur. Sequuntur numi incogniti, tum et nonnulli inediti commatis Romani, deinde commentarii perutiles varii argumenti, v. g. denarii familiarum incusis notis insignes, numi monetariorum culpa vitiosi, anecdoti subaerati, denique animadversiones in numos a Pellerinio vulgatos, quibus magnum numorum numerum, quos illustris hic vir perperam aliorum derivavit, magno purgatoque judicio verae suae patriæ restituit, non impune latus, si Pellerinio vita superfluissest testibus Khellio, Barthelemyo, me. Haec omnia artis nostræ studiosus non sine magna voluptate ac fructu leget, nam vix alium facile reperias, qui ea artis nostræ parte, quam πρακτικη appellamus, Neumanni nostri præstantiam aequet.

L. GABRIEL CASTELLVS PR. TVR-RIS MVCLAE.

*Siciliae populorum et urbium, regum quoque et tyrannorum veteres numi Saracenorum epocham antecedentes. Panormi 1781. in fol.*

A multis jam annis eruditus hic princeps, et patriæ monetae veteris cultor impiger præclari hujus operis, cuius simile dudum desideravimus, fundamenta jecit, praeceuntibus ejusdem argumenti opusculis V., *Aggiunte di medaglie alla Sicilia numismatica di Filippo Paruta*, in quibus aut majorum errores in vulganda explicandave moncta Sicula admissos ide-

nee castigat, aut numos alios nemini anteac conspectos offert, et præclaris animadversionibus illustrat. Nunc omnibus illustris hujus insulae numis, quotquot hactenus comperti sunt, in unum congestis idem patriæ suæ præstit beneficium, quod nuper Hispaniae suæ insignis Henricus Florezius. Utinam majorem scalptores ad imitanda numorum archetypa attulissent curam, et numi Goltziani a reliquis, qui certae sunt fidei, manifestiore quodam, et in oculos mox incurrente signo fuissent discreti. Operi huic serius accesserunt Auctaria II. continetia numos Siculos hactenus sibi non conspectos.

FRANC. PEREZ BAYER.

*De numis Hebraeo-Samaritanis. Valentine Edetanorum 1781. in 4.*

*Numorum Hebraeo-Samaritanorum vindiciae. Ibid. 1790. in 4.*

Praestantissimos hos commentarios collaudabimus in ea operis præsentis parte, quae Hebraeorum monetam explicabit.

LI. CAROLVS COMBE.

*Numorum veterum populorum et urbium, qui in museo Gulielmi Hunter affervantur, descriptio figuris illustrata. Londoni 1782, in 4.*

Illustre hoc opus continet partem thesauri numismatici quem Hunterus artis anatomicae ævo suo facile princeps coemptis ingenti sumptu plurimis museis, quae in prooemio recensentur, ad prodigium auxit. Numorum catalogus a Combe eruditæ, nitide, et adçurate contextus est sub-

jectis ad calcem rariorum aut anecdoto-  
rum copiosis tabulis aeneis. Ut thesauri  
hujus incredibiles copias et praestantiam  
non possumus satis admirari, ita dolemus,  
una cum Huntero exspassisse quoque spem  
nobis in eodem prooemio ostentatam, fore  
ut, quo coeptum est, more lucem etiam  
videant classes aliae, videlicet numi pere-  
grina lingua inscripti, numi regum, numi  
imperatorum in coloniis et Graecis utbi-  
bus cusi, numi Romanorum inediti, numi  
Saxonici et Anglici. Sed haec credo nostra  
yota pridem abstulere venti, piis tantum  
desideris nobis relictis.

### LII. CHRISTOPHORVS RASCHE.

*Lexicon universae rei numariae veterum. Lipsiae 1785 in 8.*

En tibi opus, quod hominis unius vi-  
res atque aetatem, et quamcunque velis-  
animo pertinaci et adversum ardua im-  
perterritio tribuere patientiam, longe vi-  
deatur superare. Nunquam illud in manus  
sumpsi, quin continuo mihi displicerem  
ipse, et omittetur fastum, si quem ani-  
mus reputandis secum plurium annorum  
vigiliis ac laboribus forte concepit. Cum  
dico, omnia, quaecunque etiam laxius  
cum scientia numismatica connectuntur,  
hoc in opere contineri, citatis ubique fi-  
deliter ac religiose fontibus, una operis  
et propositum, et argumentum, et mate-  
riam edixi. At quanto vir praestans ma-  
gis et sibi, et lectori consuluisse, si resecare  
placuisse, quae nemo jam curat, aut nosse  
cupit, qualia sunt, Pacuviorum nostrae

artis dictata, Harduini aliorumque deli-  
ria, monetariorum absurde errata, quae  
aut ridendo aspernamur, aut facile emen-  
damus ipsi, tum et manifesta auctorum  
in describendis numis vitia, laxi catalogi  
numorum omnium, quos singulae urbes  
signavere, cum mentione typorum quo-  
modocunque ignobilium ac tritorum, et  
quae sunt similia alia, paucis ut rem com-  
pletear, si in universo hoc, tamque lau-  
dabili conatu alias saltem partes sobrio  
dilectu tribuisset Minervae, non omnes  
Herculi. Factum ex hac infinitae materiae  
coagmentatione, ut propter objectam re-  
rum inutilium, otiosarum, obsoletarum  
molem mora sit in reperiundo, quod ma-  
xime cupis, et malis saepe plane abstinere,  
quam cum inquirendi tacido erudiri. Ta-  
men, quae nos reprehendimus, erunt for-  
te, qui laudi potius ducent; at quod idem  
ille, qui artis nostrae corruptos situ latices  
perinde ac fontes fanos salubresque com-  
movit, et in receptaculum suum derivavit,  
quod idem, inquam, ille puros et abun-  
dantes Pellernii rivos fastidivit, et fere  
reliquit intactos, et sic effecit, ut deside-  
rentur ea, quae vulgo praestantissima pu-  
tantur in ea arte, cuius commodis et in-  
crementis tanti moliminis opus est con-  
scriptum, istud enimvero mirabile mihi  
semper visum, et cuius ego rationem con-  
silioi adsequi nunquam potui. Ceterum  
quoscunque velimus viro praeclaro intan-  
ti molimine operis irrogare naevos, ha-  
bebit, quo nulla arrogantiae invidia tueri  
se possit, illud Apollodori pictoris<sup>1)</sup>: Μα-  
μοσται τις μαλλος, η μημοσται.

1) Plut. de gloria Athen.

**LIII. GEORGIVS ZOËGA.**

*Numi Aegyptii imperatorii prossantes  
in museo Borgiano. Romae 1787 in 4.  
Meum de eximio hoc opere iudicium  
vide in Prolegomenis ad numos Aegypti  
imperatorios, vulgo Alexandrinos.*

**LIV. DOMINICVS SESTINI.**

*Lettere e dissertazioni numismatiche  
sopra alcune medaglie rare della collezione  
Ainsliaea. Livorno 1789 in 4.*

Numi capti sunt ex illustri museo, quod a multis jam annis Robertus Ainslie M. Britanniae apud Turcos orator magnis sumptibus instruxit, et adhuc instruere pergit. Auctor eruditus ejus rarioribus numis edendis quatuor jam tomos impletivit, additis dissertationibus forma epilogiari, in quibus aut novas suas expromit sententias, aut veteres aliorum corrigit. Etsi non facile quis omnibus ejus dictatis volet subscribere, tamen fatebitur peritus quisque, virum clarissimum in contendendis idonee numis et vera numorum patria definienda magna cum laude veratum. Quam non gravate ejus me praecoptis instrui sim passus, suis per hoc opus locis patebit. Erunt, qui jure mecum reprehendent repetitos unius ejusdemque urbis numorum catalogos, tabulas variae magnitudinis, numorum imagines parum scite expressas, in prioribus tribus tomis multas superfluas, in quarto pauciores, quam vellemus, denique in codem hoc

tomo postremo numos non paucos, quos esse genuinos haud facile dabunt eruditii, de quo jam supra conquestus sum capite XIX.

**LV. HIERONYMVS TANINI.**

*Numismatum imperatorum Romanorum a Trajano Decio ad Constantium Draconem ab Anselmo Bandurio editorum supplementum. Romae 1791 in fol.*

Argumentum operis ipse titulus satis exponit. In reliquis auctor fecutus fere est ordinem, quem praeivit Bandurius. Supplementa sunt insignia, et multo labore congesta, et si nemini non molestum esse debeat, datum locum numis manifeste spuriis, quales haud dubie sunt numi Münteriani, de quo item egi altius capite XIX.

Praeter hos nostri aevi scriptores essent adhuc cum laude commemorandi viri insignes, qui singularibus dissertationibus rem numismaticam illustravere. Multos complectitur opus multorum jam voluminum, quod *Memoire de l'Academie des Inscriptions et Belles lettres* inscribitur, quos inter haud dubie eminent Barthelemyus et Belleyus. Varios etiam virorum praestantium commentarios silit aliud Gallorum opus, quod *Memoires de Trevoux* titulum praefixit, quorum partem jam inde exceptit Woltereckius in suis *Electis rei numariae*. Sed singularium harum dissertationum ad ipsos numos profitebimus et nomina et meritum.

## C A P V T XXIII.

*Illustriora per Europam musea.*

Commemoratis virtis praestantibus, quorum opera et labore indefesso ars nostra crevit, justum videatur quoque, propone catalogum illustrium per Europam monetae veteris museorum, partim ut hac quoque in parte instruantur ejus studiosi, et cum occasio tulerit, hac possint scientia opportune uti, partim ut grato animo depraedicemus institutum virorum seu principum, seu privatorum, qui sive collatis sumptibus, sive consiliis, sive utrisque effecerunt, ut illustres hae veteris aevi reliquiae ad literarum, liberaliumque artium firmamentum in unum cogerentur, et a certissimo interitu vindicarentur.

Dabimus hoc loco eos tantum thesauros, quos dignos esse praeconio aut fideles eorum catalogi, aut certa fama, aut ipsi a me coram conspecti explorati que docuere. Quare si quem praeterivi, qui propter praestantiam jure fuerat commemorandus, scito, horum, quae modo enarravimus, illi aliquid defuisse, quo modo ignoravimus, quantas opes numismaticas contineant Pellerinii, et Hunteri scrinia, antequam eas illi cum orbe eruditio communicarent. Qui initia museorum, quae inde a renatis literis constituta, sed incertis deinde casibus dissipata fuere, nosse cupit, adeat praefationem Josephi Bimardi la Bastie, quam Joberti operi, quod *Science des Médailles* inscribitur, praefixit.

## H I S P A N I A.

Numorum veterum, quos *museum regium* continet, catalogi hactenus editi non sunt, de ejus tamen, saltem in certis classibus praestantia dubitari non potest, praecipue ex quo Philippus V. rex celeberrimum museum abbatis de Orleans Rothelin regio sumptu emptum gazae suae veteri addidit. Teste Panelio istud continebat DCCXXXIII. Latinos et Graecos ex argento maximi moduli numos, DCCLXV. quinarios, denariorum fere sex millia Caesarum, et Augustorum. (de Numis experimentib. XI. Treboniani ann. pag. 100.) Etiam serenissimi infantis Gabrielis Antonii opes numismaticas Henricus Florezius in praefatione ad tomum III. ejus operis, quod *Medallas de Espanna* inscribitur, magnis laudibus effert.

## G A L L I A.

Ut hactenus praef Gallia nulla fuit regio, cui artis veteris numismaticae progressus et perfectio suorum indigenarum contentionе, peritia, studiis plus debeat, sic neque alia fuit hactenus, quae ampliores, lectioresque harum opum thesauros potuerit jactate. Tamen ex illustribus museis, quae superior, nostraque aetas celebravere, vix jam aliquod seorsim existat. Ea, quae viri insignis famae, Boze, marshallus d' Etrées, Seguinus, Patinus, ac nuper Pellerinius instruxere, praef-

clara fortuna in museum regium fuere derivata, Foucaultianum cum Farnesiano conjunctum exstat hodie Neapoli, Rotherlinianum, cuius continuo a me facta mentio, nunc est Madriti in museo regio, opulenta gaza cl. d' Ennerii anno MDCCLXXXVIII. auctione publica dissipata magis, ut fertur, quam vendita. At supereft, quod instar omnium haberi potest,

*Museum regium Parisinum*, quod, cum antea non modo illustrium, quas memoravi, gazarum accessione, sed etiam ope virorum praestantium, quos, ut prae-dicat Barthelemyus, (B. L. T. XXVIII. p. 598.) ad comparandam monetam veterem in Orientem, Italiam, Britanniam misere Colbertus, Maurepafius, Argensonius, sic effet locupletatum, ut principem facile p[re] reliquis omnibus locum obtineret, adjectis nuper Pellerinii im-mensis opibus tantum inclaruit, ut spes vix superfit, quacunque aetate, aut quibuscumque sumptibus ejus posse aequari praestantiam. Incredibile dictu, quanta philologiae incrementa ex hoc Musarum sacrario accesserint, et tamen multa in eo adhuc contineri ignota, et si vulgarentur, publice profutura, experimentum haud ita pridem dedit Georgius Zoëga, qui, cum unam tantum humorum classem, nu-mos intelligo Alexandrinos, scrutaretur, materiam reperit tam copiosam, tamque illustris argumenti, quantam post vulga-tam hujus generis monetam sperare ausi sunquam fueramus. Quod si idem bene-ficium impensum fuisse reliquis, quam in multis causis minus effet impeditum stu-

ejus nobis consilii spem olim ostentavit Barthelemyus, quando, commemorata regii ejus thesauri suae curae crediti ex-cellentia, haec addit: (l. c.) *il m'a paru-que nous pouvions enfin jouir de nos avan-tages, et les publier.* Scripserat haec anno MDCCLVII. Quod quidem promissum tan-to majore accepimus voluptate, quanto nos neminem alium novimus, five inge-nium species, five eruditionis copiam, ad tractandum hoc argumentum perae-que instructum. Tamen posthac nonnisi paucas videre licuit lucubrations ab hoc oraculo profectas. Nimirum eodem tem-pore ad scribendum Anacharsin suum con-versus, huicque uni curae intentus, ut propter operis praestantiam eruditae alio-rum cupiditati cumulate satisfecit, ita no-nram forte in perpetuum distulit.

*Museum S. Genovevae*, cujus numos praestantiores edidit Claudio Moulinet in opere: *Le Cabinet de la bibliothèque de sainte Geneviève.*

### ITALIA.

#### Roma.

*Museum Vaticanum*, si numeros maxi-mi moduli species, ex praestantissimi-unum, quippe ex illustribus duobus compositum, nimirum Cardinalis Carpegna, quod vulgavit Philippus Buonarrotius adjectis insignibus commentariis, et cardinalis Alexandri Albani, quod edidit Rodulphinus Venuti, ut dictum supra capite XXII. Hujus classis splendorem, cum Romae agerem, non aequavere aliae. Quid deinceps accellerit, ignoro.

*Museum ducis Bracciano*, olim Chri-diorum nostrorum curriculum! Nam vero stinae Suecorum reginae, illustres in om-

ni classe series complectitur. Ejus numos insigniores plerosque jam vulgavit Vaillantius, tum aeneos Augustorum I. et II. formae Havercampus in opere, quod supra capite XXII. §. XXIII. recensui, ut adeo, nisi novae opes accessere, nihil jam fere ignotum egregius hic thesaurus contineat, quod expertus sum ipse, cui excell. ducis humanitate ad investigandos ejus numos aditus patuit.

*Museum em. card. Stephani Borgiae,* quod est Veleris, cuius excellentiam vel una numorum classis, scilicet Alexandrino-  
rum, nuper a cl. Zoëga edita, commendat.

Feruntur et illutria alia in hac urbe existare musea in principum domibus, sed centum servata clavibus, in cuius veritatem famae inquirere meum non puto. Praelari olim musei Ottobonianii reliquias tantum vidi alias, reliquis partibus diffatis.

#### Neapolis.

*Museum regium*, olim pars elegantiarum nobilissimae domus Farnesiae, auctumque numis Foucaultianis Parma huc translatum est. A Paulo Pedrusio et Petro Piovene fuisse editum; diximus capite XXII. Haud ita pridem cum eo coniunctum fuit museum ducis Caraffae Noiae magna Graeciae opibus insigniter locuples.

#### Florentia.

*Museum Magni ducis*, insignes reliquiae magnificentiae et liberalitatis, quam gens Medicea inde a principio bonis artibus impedit. Numos maximi modulic平 cum orbe eruditio communicavit Gorius, ut dictum capite XXII. §. 31, imperatorios

Graecos Vaillantius, et quidquid post horum conatus praecipue ex numis regum, urbiumque autonomis restabat ignotum, illud omne publici juris feci in opere, quod *Numi veteres anecdoti inscripti sumptis numerum ectypis*, quo tempore jussu Leopoldi Magni ducis, nuper Caesaris Augusti, procurante Raymundo Cochio viro immortali, amplissimo literarum artiumque thesauro, qui Florentiae est, tum praefecto, lectissimum istud museum in ordinem redegit.

#### Venetiae.

*Museum Theupoli* a Joanne Dominico Theupolo conditum, a viris illustribus ejusdem gentis auctum et vulgatum. Ejus merita promulgavimus capite XXII. §. 28.

*Museum Pisani* ab Hieronymo et Angelo Corrariis constitutum, et dotis nomine in amplissimam gentem Pisanam translatum. Hactenus tantum numi maximi moduli prodire, quo de opere egimus capite XXII. §. 32, reliquae classes ignotae.

Celebre etiam hac in urbe fuit *museum Honorati Arigonii*, vide caput XXII. §. 33, sed quod pridem fuisse dissipatum fama accepi. Aliud non minus illustre *Antonii Savorgnan*, ex quo numos non paucos meo de *Numis veteribus anecdottiis* operi inserui, sed de cuius hodie fortuna nihil amplius compertum habeo.

#### B R I T A N N I A.

*Museum Pembroke*, de cuius auctore et meritis egi capite XXII. §. 35.

*Museum Hunteri* omnium in Britannia facile princeps, de quo vide dicta ibidem §. 51.

*Museum Roberti Ainslie*, quod hactenus est Constantinopoli, ubi adornari coepit est. Vide ibidem §. 55.

Haymius in Thesauro suo Britannico plura alia eruditae hujus regionis musea meritis laudibus celebravit, *ducis Devoniae, Sadleri, equitis Abdy*. Bina etiam alia nostro aevo coaluere, quorum cum laude meminit eruditus Dutens, (Expl. de quelq. méd. p. 162.) alterum, quod instruxit *My lord Rockingham* numis praeципue aeneis I. formae illustre, alterum quod constituit cel. *Duane*, nobile cum primis numis aureis et argenteis maximae formae regum, populorum, urbium. Conflat, insignes numos Siculos, quos multorum annorum curis collegerat princeps *Turris Muciae*, cum Duani gaza fuisse unitos. Vidi complures tabulas aeneas, in quibus expressi fuere copiosi numi regum Syriae, et Macedoniae ex ejus viri thesauro deprompti, tamen et si insignes hujus musei opes testentur, tamen vix aliiquid novi majoris momenti in iis reperi- re licuit. Sub finem ejusdem operis narrat Dutensis, illustre istud Duanii museum cum Hunteriano fuisse unitum. (inter paginam 232 et 233.)

#### G E R M A N I A.

*Museum Caesareum Vindobonense*. Jam ante saecula duo et dimidium magni fuit nomiris teste Wolfgango Lazio. Auctum liberalitate successorum principum, ac praeincipue Caroli VI. Aug., qui illustre Cartusianorum Romae museum, quod ejus coenobii procurator Rochesortius collegerat, adjecit. Quae omnia latius olim descripsi in historia hujus musei, quam ejus

catalogo anno 1779 vulgato praefixeram. Ex quo ejus regendi cura mihi est demandata, praeterea accessere supplementa, museum Granellianum, quod stetit in collegio Vindobonensi abolitae Societatis Jesu, humis Graecis sane locuples, museum comitis Ariosti, quod continebat praeclaram ac perpetuam seriem monetarum Augustorum ex argento, Bruxellense Caroli Lotharingiae ducis, Ambrasianum Tirolense, ex quo aurei omnino LXXX., qui hactenus desiderabantur, capti fuere, museum bibliothecae Windhagiana, non adnumeratis iis, qui seorsim coempti, aut permutatione acquisiiti sunt. Facile igitur Caesareus hic thesaurus inter alios sui generis principem in Germania locum obtinet; et forte, si regium Parisinum demas, nulli alteri cessurus, si inde a principio eadem cura colligendae monetae Graecae, quanta Latinae, impensa fuisset.

*Museum regium Berolinense*, eximiae et istud famae, cuius numos illustriores edidit explicavitque magnae vir eruditissimae Laurentius Begerus, ut diximus capite XXII. §. 17.

*Museum Saxogothanum*, quod olim Antonius Guntherus comes Schwarzburgicus Andreae Morellii potissimum consilio usus collegit, et Arnstadii collocavit. In eunte hoc saeculo a Friderico Saxonum Gothanorum duce magnis sumptibus emptum Gothae securam in hunc diem stationem reperit. Ejus opes praedicavit Christianus Liebe in praeclaro opere, quod laudavimus capite XXII. §. 24.

*Museum S. Floriani canonorum regularium S. Augustini Austriae*, superioris. Ejus auctor Apostolus Zeno, impe-

rante Carolo VI. poeta Caesareus, vir variae eruditiois ac solidae. Inchoatum Vindobonae, et cum Venetias impetrata missione redivisset, per honestum otium insigniter auctum, ejus abbatiae sumptibus Austriae repetiit. Illustres in omnibus monetae veteris classibus series continet, sed parum adhuc a tanto annorum spatio eruditis cognitas propter difficilem, quae vetus est querela, ac fere ~~adversor~~ ad illud accessum, cum videantur viri praeclarae ceterum famae fecisse impensam, non ut veteres hae opes servirent literarum incremento, sed ut, quod alibi questus fueram, vix ex terrae visceribus renatae alteram continuo mortem cogarentur experiri. Aliud fuisse in simili causa virorum nobilissimorum institutum, ac propterea grato a nobis animo acceptum, sequentia exempla docebunt.

*Museum celsi principis Christiani de Waldeck exercitus Caesarei promareschalli, legionis equestris supremi tribuni etc.* Virum nominavi, quem Mars, cum res armis gerenda, Minerva, cum ab his cessatur, in familiarissimis suis putant. Illustrem imperatorum seriem, ac si aeneos primae formae spectes, et praefantissimis unam, quas per Europam reperias, non tam sumptibus suis debet, quam institutis fere quotannis cluso Jani templo in Italiam itineribus, ac purgato suo judicio, quo numorum fidem longo, multoque usu explorare didicit. Praeclarum hoc museum nunc Vindobonam translatum insignes mihi ad praesens opus commoditates attulit, in quo non pauca reperies numorum ~~adversor~~ exemplaria, quos in literarum bonum vulgandi princeps liberalissimus veniam lubens fecit.

(Vol. I.)

*Museum Alexandri L. B. de Seckendorf, equitis ordinis Teutonici, C. R. M. a cubiculo etc.:* quod is multorum annorum opera, sumptibus, ac suamet peritia instruxit, et in dies augere accessionibus non definit. Quod si lentius est ejus ad perfectionem iter, in causa est negotiorum moles, quae virum Musis amicum, praecipue cum civilibus discordiis Belgium misceretur, a nostris studiis astraxere.

*Museum excell. feminae comitis de Bentinck natae comitis de Aldenburg,* cuius erectam supra sexum suum mentem multa alia experimenta nobilitaverunt. Iam inde a prima juventute elegantes artes totto animo complexa faciles subinde illas paratasque experta est, quae senectutem oblectarent. Hoc illa animo coepit mohri Hamburgi thesauro monetae veteris, quem subinde, cum satis jam auctum colonis videret, nullo ipsa adjutore usi vulgaris hactenus tribus voluminibus publici juris fecit. Erunt, qui de numorum non nullorum fide, quos catalogus hic continet, volent dubitare, quod eorum esto arbitrii, qui videre. Praeclara nuper ad paratas jam opes accessio fuere numi maximi moduli, quos ex thesauro Ennerii Lutetiae venali emptos in museum suum derivavit.

*Museum Francisci Neumann,* cuius capite praecedente §. XLIX. obiter memini, et laudavi merita. Monetam tantum regum, urbium, populorumque complectitur in omni metallo, non tam numero, nam numorum circiter quatuor millia cum semisse continet, quam horum nitore, ac raritate conspicuam, quas propter laudes

inter privatorum musea locum insignem promeretur. Haec scribebent certiorē fecit auctor, se thesaurum hunc suum, multorum delicias annorum, cessisse excell. comiti Szechenyo Hungaro, qui il- lpm proxime in aedes suas, quae sunt So- pronii, transferet.

### H V N G A R I A.

Museum ill. Michaelis comitis a Vitzai, jam a patre Michaele tanta contentionē instrui coeptum, auctumque suppetiis, ut jam tum omnes illustris ejus regni thesau- ros, qui monetam veterem continent, nu- morum et copia, et praestantia post se re- linqueret. Argumento sunto tot numi in- signes, et nondum cogniti, quos mihi, quo fuit praeclaro adversum me, quoad vixerat, animo, ultra suppeditavit inse- rendos operi, quo tum scribendo maxi- me occupabar, numeros veteres anecdotos complexa. Cœptum a patre institutum, r̄texens filius ut bonorum, sic, quod ra- ri est exempli, voluntatis quoque pater- nae haeres, incredibile, quanto, non di- xerim, affectu, sed fame in has feratur veteris aevi reliquias, impigro usus ad- jutore P. Felice Caronni Barnabita Italo, quem anno proxime elapsō eas conqui- rendi studio magnam cultae Europae par-

tem obire voluit, et nunc alteri eruditio- itineri destinat. Quō ille praeclaro, usus consilio dum bona fortunae eruditiois adjumentis, tempus hogefissimo litera- rum otio impendit, nemo est, qui non intelligat, quantum inde honoris gloriae- que non modo nobilissimae genti sua, sed et patriae, cuius simul ornamentis haec subidia parantur, accedat. Non pau- cis hujus operis locis apparebit, quam insignes ex ejus musei numis, quorum mihi usum pro sua humanitate, et publi- co serviendi studio indulserat, utilitates abstulerim. Praetereo, quia huc non per- tinent, gemmas veteres, diptycha, ta- bulas honestae missionis, et quamcunque aliam veteris aevi supellectilem, quarum magnam partem jam collegit, partim col- ligere non definit.

### T R A N S I L V A N I A.

Museum excell. L. B. de Bruckenthal, quod est Cibinii. Praeter insignes series operum, quas sive ars pictoria, sive natu- ra produxit, tum et opulentissimum mo- netae patriae thesaurum illustres etiam audio continere numorum veterum opes, ac præcipue imperatorum R. in omni metallo.

## C A P V T XXIV.

### *De ordinandis utiliter museis.*

Supereft, ut, quo pacto disponenda, or- dinandaque sint numorum veterum musea, quia apta partium dispositio magnas stu- dentibus ad fert opportunitates, consilium

nostrum expediamus. Fuere, qui in col- ligendis numis certam sibi tantum seriem praefixere, sive quod in haec unam præ- cipuo ferrentur affectu, sive quod sum-

ptuum vererentur magnitudinem, si ad omnes cupiditatem suam porrigerent. Sic cardinalis Alexander Albani ad numos tantum maximi moduli imperatorum, alii ad alios animum adjecere. At de his agere hoc loco non insitum, quia ipsi sibi legem ordinemque facile praescribunt, sed sola musea locupletia, quae omnes, et diversissimas quasque monetae veteris classes complectuntur, huc pertinere putamus.

Antequam, quem ipse modum reliquis praestare existimem, aperio, commemorandi sunt varii modi, qui majoribus nostris, et ad hunc diem plerisque aliis maxime adridere sunt visi.

Froelichius veterum institutum secutus totum numismatum agmen in plures classes dispescuit. Harum omnino quindecim, et his etiam plures proposuit<sup>1)</sup>, et hoc consilio non modo in disponendo catalogo, qui *Numismata cimelii Caesarei Windobonensis* inscribitur, usus est, sed eodem ippos etiam numos per scrinia musei Caesarei ab eo distributos reperi. Ex hujus legis praescripto primum locum obtinent numi aurei maximi moduli primum urbium et popolorum, tum regum, denique imperatorum. Succedunt aurei voluminis minoris urbium iterum, regum, imperatorum. Auro succedit argentum eodem voluminis discrimine. Argenteos excipiunt aenei-distributi in numos maximi moduli, dein numos I. II. III. formae. At vero veteris hujus moris incommodam alias perstrinx. (in praefat. ad Catal. mus. Caes.) Demus, ajebam, aequabili-

hoc cum metalli, tum voluminis modus passi nonnihil oculos, istud indubitatum, numos ejusdem populi vel principis per classes nimio diversas multiplicesque disjici. Nam tum evenire necesse est, ut cum commentarii in numos v. g. Syracusano rum, vel Alexandri M., vel Hadriani cipimus, ii ex sex, pluribusve diversis locis pro varia metalli, voluminisve ratione conquirendi sint, quod ipsum quanto mihi saepe in vetere musei Caesarei distributione et incommode fuerit, et taedio, facile est intelligere. Nemo est, qui non intelligat, ad disciplinam nostram nihil interesse, ex quo quis numus sit metallo, qua magnitudine. Cum raras has prisci aevi reliquias non aliam ob causam ad servandas putemus, quam quod transactae aetatis idonei sunt testes, ac magistrorum, perinde est, seu aurum illud sit, et argentum, quod nos erudit, seu aes, seu etiam plumbum, sitne magno orbis spectabile, an intra angustiores limites coartatum. At nemo est qui negaverit, ad institutum nostrum magnopere interesse, nummos omnes, quorum una est aetas, aut patria, etiam uniri situ, plusque valere ad institutionem ac usum museum etiam mediocre hac lege distributum, quam locupletissimum aliud per incommodam nimiumque diligenter *ἀρχεῖαν* in superfluas classes partitum. Haec cum sedulo reputarem animo, nulla me aliorum auctoritate permoveri passus sum, quo minus in musei Caesarei partitione neglectissimis illecebris, quas captius ex metallo, et

<sup>1)</sup> Notit. elem. p. 7.

volumine ordo suppeditat, alium magis naturalem, et ad usum multo praestabiliorem sequendum censerem, quem continuo dabimus. Quod si quis oculorum etiam voluptati tribuendum aliquid exsilitat, is quaeſo reputet, ne hanc quidem facile sinceram posse obtineri. Exemplo esto ſerjes numorum maximaſ formae Auguſtorum, in quam ii, qui ea delectantur, inſerere amant aureos quoque et argenteos, ſi modo conſuetum monetae aureae vel argenteae modulum vel tenuiter excedant, qui adeo collati cum praegrandibus aeneis juxta poliſti contempti ſunt voluminis. Deinde cum uſque ad Hadriani imperium vix extenſt aenei maximaſ formae numi, neceſſe putant in conſortium admittere numos, quos *Contorniatos* appellamus, qui propter deſpectam proſlapiam ab hac ſocietate excluendipotius ſunt, quam cum hac nobili claſſe miſcendi. Vide, quae huic pertinēntia alia dedi ſupra capite X.

Praeter hunc modum plerisque hactenus familiarem placuit alijs quoque, cuius auctor fuit Jacobus Oſelius<sup>a)</sup>. Is numismata in varijs claſſes a prioribus diuersas diſpēſcit, v. g. regionum, provin- ciarum etc. — deorum, dearumque — virtutum — rerum militarium — circo- rum, ludorum etc. — conſecrationum — templorum, aedificiorum publicorum etc. — facerdotiorum, ſignorum pontiſicalium — miſcellaneorum. Eandem legem ſecu- tus etiam videtur is, qui muſeū Pem- brockianum diſpoſuit, ut appetet ex ejus catalogo. At enim quis non videt, hoc

pacto illuſtrius quoddam muſeū in ſerje infinitas diſduci poſſe, et hunc modum conſuſionem magis, quam rectum ordinem appellaſdum eſſe, eti non negaverim, aliquas cum hac lege utilitates eſſe conjunctas, ſed quaſ nos alio etiam mo- do, nimirum adjectis indicibus rite di- geſtis, poſſumus recuperare.

Omissis hiſ diversarum claſſium mo- diſ, quos magis auctoritas, quam rei natura conſecravit, aliam placuit diſponendorum rite numorum tentare le- gem, cujus rationem in eadem praefatiōne ad Catalogum muſei Caſarei ex- pliſavi, atque hoc loco utiliter repe- tendam exiſtimo. Non alia magis ido- nea, magisque ſimplex viſa eſt, quam totum numorum agmen in binas partes diſpēſcere; quarum I. numos urbium, populorum, regum, II. monetam Ro- manorum completeretur. Ad primam quod attinet, ſatis conſtat, eam hactenus per legem alphabeticam perturbatam po- tius uifſe, quam ordinatam. Quid enim magis vero, juſtoque ordini repugnat, quam Panormum Siciliae excipere Pan- ticapaeum Tauricae in Septemtriones poſitae, huic proxime conjuŋgi remotiſtimam in meridiem Paphum? Et tamen paſſim videas fiue in muſeis, fiue cata- logis hac lege diſteſtos numos. Neque vero ea methodus propterea ſolum repudian- da, quod vicinas urbes longe dimovet, diſſitas conjuŋgit, verum etiam quod in- ſigni commodo, atque ex praecipuis uno disciplinam numismaticam privat. Nam cum quaevis regio, ac ſinguli fere tractus.

a) Thes. ſel. num. ant.

in eudenda moneta certam quandam, ac sibi propriam habuerint legem, seu epigraphen spectes, ejusque varium situm ac modum, seu typos, seu metallum, ejusque mixtionem, seu numi diversam conformatiōnem, seu fabricam ipsam, seu denique qualemque illud discrimen, quod oculi longo usu erudit facili intelligunt, sed tradi praeceptis nequit, sic ut harum ope differentiarum mox definias, Siculusne sit numus, an Creticus, an Aegyptius, omne istud discrimen tam varium, ac multiplex non alia felicius ratione perspici, atque intelligi potest, quam si numi, quos idem natale solum in lucem dedit, situ quoque conjungantur. Ea ejusdem regionis numorum contentionē factum, ut magnus Pellerinius, qui eo consilio forte primus uti coepit, magnam partem tot in re numismatica aenigmāta, quae suo hactenus Oedipo caruere, incredibili felicitate ac perspicacia explicaret. Ad ejus viri institutum sic universam distributionis rationem adcommendandam existimo, ut fas tamen putem, ab eo in nonnullis discedere. Nam primum nummos regum iis regionibus conjungere amo, quibus imperitabant, deinde numis singularum urbium, quos autonomos vocamus, continuo subjicio illos, quos eaēdem urbes seu coloniae nomine, seu absque hoc, cum imperatorum effigie signavere. Hoc ordine unum Harduinum, quod mihi constet, in suis populorum et urbium numis usum video, cum eos alii in separatas classes coniicerent, seu coloniarum, seu numorum in urbibus Graece loquentibus cum im-

perantium effigie signatorum. Nolo hic adversum eos, quibus haec lex praepalauit, iniquiore ferre censuram, facile tamen adducor, ut credam, eruditos hos viros magis vetus institutum, quod non semper optimum est, quam veram utilitatem secutos, cum, quidquid adferri possit, indubitatum sit, argumentum, quod partes aversae continent, raro cum imperatoribus, quos exhibent, sed cum ipsa urbis historia, religione, situ, aliisque peritissibus plerumque connecti. Denique insularum numos, quos in separatam seriem conjectit Pellerinius, conjungo cum regionibus, quibus maxime fuere vicinae, quia plerumque eandem cum illis legem in ferienda moneta secutas video.

Sequitur pars II., five quae monetam Romanorum complectitur. In hac agmen ducent numi, quos consulū aetas tulerat, sed de quorum dispositione dicere nihil attinet. Nam cum neque chronologia, neque opportunis legibus aliis ligari possint, nisi conjecturis non ferendis indulgeas, sequenda omnino, si sapias, recepta ratio, quae numos secundum gentium Romanarum nomina persequitur. Aliud de imperatorum moneta judicium.

In hac duplex hactenus observata lex, Occo et Mediobarbus eam praeclaro quidem consilio per Romanorum fastos duxere, verum istud plerisque molestum jure visum, quod conjecturis nimium darent, numerosque omni nota chronologica destitutos, quales non paucos reperias etiam prima Caesarum aetate, inde vero a Gallieno fere omnes, nulla opportuna ratione ac consilio certis annis illigarent. Despe-

Fato ab hac parte successu plerique alii dere, si lubet, possunt in opere: *la Science des Médailles T. I. p. 199.* Ceterum si tum in consulatum ac tribuniae potestatis et historiae ratione Mediobarbum fere constanter secutus sum, et frequentius adeo hoc duce peccavi, in causa fuit, quod et ibidem ingenue confessus sum, quia nondum mihi tum otium fuerat, adcuratum universae historiae Romanae examen, et ad severiores critices leges exactum, quod multorum esse annorum opus nemo nescit, instituendi. At enim cuius tum facultas non fuit, istud adcuratus a me praelente in opere fuisse praefitum, et non vulgari contentione, facile quivis, qui inspicere volet, intelliget.

His generatim expositis superfluum existimo, reliquas, minimasque quasvis hujus instituti causas, modosque expondere, cum hi omnes ex inspecto musei Caesarei catalogo possint intelligi, aut potius eos, quibus haec mea praefata videbuntur, hortabor, ut in disponendis nummis sequantur ordinem, quem in praesente opere secutus sum, quia, ut continuo dixeram, re secundis curis curatius discussa, praecipue ea in parte, quae chronologiam imperatorum continet, vitavi *vita*, quae illi catalogo inhaerent.

Superest, ut partem etiam hujus cauae mechanicam attingamus, intelligo, scinia recipiendis numis destinata, eorumque conformatiōnē internā, praceptō tanto magis necessario, quia institutum meum alias dispositionis internae leges exigit. Pro mōre hactenus recepta haec scinia, sive arculae continent asperes variae magnitudinis foras et introrsum mobiles, in quibus torno excavatae sunt

areolae rotundae numos receptuae. Ha-  
rum varia est pro numorum volumine ca-  
pacitas. Ampliora exigit hospitia classis  
illa, quae numos maximaes formae com-  
plectitur, et sic ἀναλογως contractiora illi,  
qui sunt formae I. II. III. Nemo non vi-  
det, hanc areolarum spectata magnitudi-  
ne distributionem, ut huic se instituto  
suapte adcommodat, quia voluminis le-  
gem sequitur, a meo plane esse alienam.  
Nam cum in hoc nulla habeatur magnitu-  
dinis ratio, sed sibi succedant numi, ut  
eos seu geographiae, seu chronologiae lex  
jubet succedere, necesse est, areolas ejus  
esse capacitatis, quae seriem coeptam in-  
terrumpi non patiatur. At enim hoc mo-  
do, inquies, necesse erit, areolas omnes  
per ampliae esse diametri, quia non raro  
fiet, ut numum III. vel IV. formae, v. g.  
Pergami, vel Valentis, excipiat numus  
praegrandis formae ejusdem urbis, vel  
Caesaris, ac tum necesse etiam, supra  
modum multiplicare scrinia, quia etiam  
minimae formae numuli eandem fortien-  
tur aream, quantam, qui maximaes sunt.  
Ad haec non potest non offendere oculos,  
cum vident, numulum exilem, quales sunt  
minutissimi Tarentini, vel Attici, quos  
propter parvitatem vix possumus digitis  
tractare, occupare spatium, quod centenis  
similibus sufficeret, accedente etiam ejus  
jactuae periculo, si carcere tam laxo con-

tineatur. Non possum equidem hanc diffi-  
cultatem inficiari, quae instituti mei ra-  
tionem necessario consequitur. Sed eam  
mitigare hac ratione institui. Prospecto  
antea numorum numero duplicitis generis  
paravi tabulas, seu afferes mobiles. Ho-  
rum unum divisum fuit in areas, quae  
numorum I. formae mensuram aliquan-  
tum excedunt, atque per has perpetua  
serie distribui numos I. et II. formae,  
quin et numos maximi moduli, si modo  
eos areolae capacitas admisit, (nam sunt  
non pauci, qui numos I. formae magis  
crassitie, quam volumine excedunt). Al-  
terum divisum fuit in areolas angustiores,  
quae numos III. formae, et quoscunque  
his minores reciperent. Qui numi maxi-  
mae formae majoris sunt voluminis, quam  
ut eos prior divisio coercere possit, quo-  
niam per pauci sunt numero, neque etiam  
omissi seriem perturbant, facile extra or-  
dinem in tabulas aliquot capacioribus  
areis instructas possunt differri. Atque  
haec lex tam in serie numorum urbium,  
populorum, regum, quam in ea, quae  
Augulorum numos complectitur, locum  
habet. Hac ratione olim museum Cae-  
fareum non modo, quod ad universam  
ejus dispositionem, sed etiam, quod ad  
tabularum apparatum pertinet, instruxi,  
neque ejus me consilii multorum causa  
commodorum hactenus poenituit.



D O C T R I N A  
N V M O R V M V E T E R V M.



Ad paginam 1 ante HISPANIA. Avant la page 1 de HISPANIA. Zur Seite 1 vor HISPANIA.

A M I E T O C C  
W E S T E R N H I T S O L Y



# H I S P A N I A.

## PROLEGOMENA

### A D N V M O S H I S P A N I A E.

Celeberrimae hujus regionis rem monetariam fuisse apibus illustrem ac conspi- cuam, docet insignis numorum copia, qui vetere aevi signati vitatis tot saeculorum minis ad nostri aevi notitiam pervenere. Operae pretium, eorum variam naturam, ac indolem, et quae alia opportune praemoneri possunt, distinctis capitibus expo-

nere, quorum I. ager de numis Hispaniae pro varia aetate, II. quo tempore res monetaria in Hispania desiverit, III. de metallo in numis Hispaniae, IV. de argento Olsensi et Bigato, V. de epigraphe, VI. de typis, VII. de fabrica et forma, VII. de eruditorum operibus Hispanensem monetam illustrantibus.

#### I. De numis Hispaniae pro varia aetate.

Cum rei monetariae in Hispania incunabula aequa nobis ignota sint, atque illa aliarum regionum, aliud nobis reliquum non est, quam capto initio a numis iis, quos ex certis indiciis vetustissimos agnoscimus, ad inferiora tempora descendere.

In vetustissimis putamus sequentes:

*Caput nudum barbatulum, in aliis imberbe, adstitutis aliquot literis Hispanis. ¶ Epigrafe Hispana. Vir armatus eques citato cursu d. hastam. AR. III. denarii fere pondere. AE. II. (Mus. Cael.)*

*Caput nudum imberbe. ¶ Epigrafe Hispana. Eques defultor binos equos regens. AR. III. (Mus. Cael.)*

(Vol. I.)

Praeter eos numeros aut parum diversos, aut aliis quidem typis, sed omnes Hispanae inscriptos, quorum magnum numerum edidere Ludovicus Velasquez *Ensayo sobre los alphabetos de las letras desconocidas. Madrid 1752. in 4to.* et Mahudelius *Dissertation historique sur les monnoyes antiques d'Espagne. Paris 1752. in 4to.* Ita certum, maximam id genus numerorum partem esse similem iis, quos hoc loco sede priore indicavimus.

Indubitatum est, Hispanos liberos sive adhuc juris in inscribenda moneta sua usos quoque lingua patria, proinde vetustissimos habendos nummos, quos peregrinae linguae contagio nondum corrupit.

A

## H I S P A N I A.

Succedunt aetate numi bilingues, id est, Sane numos Gaditanos et Abderitanos cum numus unus idemque epigraphen partim Hispanam, partim Latinam offert, quales sunt numi Obulconis, Saetabis, Sagunti etc. nimurum cum Hispaniae urbes jam esse Romanis obnoxiae coeperunt, aut certe jam liberalius illis cum his commercium fuit; denique ii, in quibus, extrusa lingua nativa, una jam dominatur Latina. Eodem modo inter Phoeniciae urbium numos antiquissimi habentur ii, qui sola Phoenicum lingua notantur, senioris aevi sunt, qui Phoeniciam et Graeciam miscent, novissimi, qui una Graeca loquuntur, ceu numi Beryti, Sidonis, Tyri etc.

Eadem ratio ad urbes a Phoenicibus et Graecis in Hispania conditas valebat;

### II. Quo tempore res monetaria in Hispania desiverit.

Diximus, non posse adsignari tempus, quo primum Hispani ferire monetam coeperunt. At potest certum definiri tempus juris monetarii in Hispania antiquati. Ademptum illud imperante Caligula, jam inter omnes convenit. Rotremus enim is est, cuius effigiem nomenque monetae Hispanae illatum constet, et si qui fuere auctores, qui Claudiu[m], Galbam, aliumve aliquem in numis Hispanis se reperisse jactabant, eos aut in superiora removendos tempora, aut alterius esse regionis monetam, recentiorum artis nostrae magistrorum demonstravit peritia, et experientia. Florelio Hispano, cuius praefalarum judicium nunc primum,

deinceps frequentissime recitabo, cuiusque laudes postremis horum προλεγομένων capitibus perfèquar, veri simile vñsum, anno imperantis Caligulae postremo Hispanis feriūndae monetæ jus ademptum, quia in Caesaraugustæ numis quatuor variis reperit viros totidem Caligulae annis, nam in quartum annum duravit, respondentēs \*).

Cum nemo veterum causam sublati hujus permisus proderet, non defuit tamen nostra aetatis hominum diligentia, qui eam probabili conjectura adsequi posse sperarent. Vaillantii conjectura fuit, Caligulam Caesaraugustæ iratum, quod M. Agrippam avum, a quo se teste Sue-

a) Tom. I. p. 253.

tonio genus ducere ob ignobilitatem nobilis profiteri, in numis proposuerint, totam Hispaniam cundendae monetae jure multasse<sup>b)</sup>. Mira enim vero oratio! Cur enim tota Hispania luat piaculum ab unis Caesaraugustanis permisum? Aut cur id privilegium non restituerunt successores Caligulae, quo per hujus stolidum ingenium excidit? Ceterum quibus tam atrox ea videtur injuria Hispaniae inficta, ii veniam reputent, idem Galliae coloniis sub ipsa Augusti tempora accidisse, Italiae autem, saltem continentis, coloniis jus

istud sub ipsum Caesarum exortum, nisi forte jam antea, ademptum. Siciliae numeri Augusti aevum non excedunt. Quare inquirendum potius, cur non permisum fuerit Europae in occasum vergentis provinciis, quod datum fuit reliquis ultra Adriaticum et Jonium in orientem positis, quarum moneta ultra Gallienum porrigitur, et mirandum potius, tam diu licuisse Hispaniae, quod aliis multo maturius fuit ademptum, aut concessum nunquam. Verum hanc disquisitionem in alium locum differimus.

### *III. De metallo in numis Hispaniae.*

Aureus hujus regionis numus hactenus repertus non est, et si ex Strabone<sup>c)</sup> aliquis satis constet, Hispaniam non minus auro, quam aliis metallis abundasse. Quare ex ipso hoc monetae aureae defectu certi esse possumus, eam in Hispania in usu non fuisse. Quin idem etiam non obscurus ex Livii verbis colligimus. Nam cum summam praedae, quam expugnata a Scipione Carthago Nova intulit, enumeraret, argentum quidem factum signatumque, at factum tantum aurum enarrat<sup>d)</sup>.

Argenteae monetae usum, ut apud plerasque gentes alias, sic et apud Hispanos fuisse vetustissimum, docent numi, quos supra capite I. recitavi; Hispana lingua omnes inscripti, et quos propter hanc ipsam causam in Hispaniae antiquis-

fimis habendos dixi. Quibus in urbibus numi hi argentei Hispanie loquentes cusi sint, cum ejus linguae idoneum interpretem nacti nondum simus, incompertum. Habemus tamen argenteum Phoenicum Gadibus signatum, tum et complures Graecos Emporitanos et Rhodenses. Saguntium possedit Florezius<sup>e)</sup>. Neque etiam constat, quo tempore argentum in Hispania flari feriri desiverit. Istud certum, inde a Caesarum aetate antiquato pecuniae argenteae usu aes malleo subjectum. Quare Florelio res insolens vifi numi duo argentei coloniarum Carthaginis Novae, et Ilici aevi Augustei, quin tamen propterea affirmare auderet, jus monetarium Hispaniae coloniis hac adhuc aetate in argentum permisum<sup>f)</sup>.

b) Num. colon. sub Agrippa.

c) L. III.

d) L. XXVI. c. 47.

e) Tom. III. p. 116.

f) l. e.

## H I S P A N I A.

IV. *De argento Oscensi et Bigato.*

Livius, auctor gravis, inter spolia variis bellis ab Hispanis extorta quater *argentum Oscense Bigatum memorat*. En testimonia ipsa:

M. Helvius ex Hispania ulteriorē ovans urbem ingressus *argenti infecti tulit in aerarium quatuordecim millia pondo, septingenta triginta duo, et SIGNATI BIGATORVM septendecim millia viginti tria, et OSCENSIS ARGENTI centum viginti millia quadringentos triginta octo.* Factum istud anno V. C. 559<sup>a</sup>).

Q. Minucius ex Hispania ulteriore triumphans *tulit argenti pondo triginta quatuor millia octingenta, BIGATORVM septuaginta octo millia, et OSCENSIS ARGENTI ducenta septuaginta octo milia.* Factum istud eodem anno<sup>b</sup>).

M. Porcius Cato ex Hispania citeriore triumphans *tulit argenti infecti viginti quinque millia pondo, BIGATI centum viginti tria millia, OSCENSIS quingenta quadraginta.* Factum istud V. C. 560<sup>c</sup>).

Q. Fulvius Flaccus ex Hispania citiore redux *tulit in triumpho SIGNATI OSCENSIS NVMVM centum septuaginta tria millia ducentos.* Factum istud V. C. 574<sup>d</sup>).

Ex his ergo Livii oraculis certum est, *argentum Oscense et Bigatum veram fuisse monetam; nam huic tantum vocabula signatum et numus competit.* Agemus primum de numis Oscensibus.

Quos Livius numos nomine argenti Oscensis intellexerit, non una fuit anti-

quariorum mens, quos inter illi magnopere falluntur, qui Oscense argentum dixerunt denarios illos, qui propositi existant inter numos Domitii Calvini, et Lentuli Spintheris, inscripti OSCA, quos dabimus in numis familiarum. Certum est enim teste Florezio<sup>e</sup>), rares esse hos denarios, ac praecipue in Hispania, summa autem corrasae vel ad solos hos quatuor triumphos monetae Oscensis, ut vidimus, tam enormes, ut necesse esset fuisse signatos ingente copia, atque adeo majore numero etiam hodie reperiri; quod vero sententiam hanc penitus affligit, est, quod pauci illi, qui hodie supersunt, Domitii et Lentuli denarii multis post quatuor hos triumphos annis signati sunt, ut suo loco docebitur. At multo est verisimilior sententia eorum, qui nomine Oscensis intelligunt veteres illos numos argenteos Hispane inscriptos, de quibus capite I. egimus, signatos olim tanta copia, ut vel hodie musea omnia iis abundant. Et vero refert Vincentius Laftanosa in Museo suo pag. 17. et 61., anno saeculi elapsi XXX. magnam similitudinem numerorum vim erutam esse.

Quae autem fuerit causa, cur Oscensis ea pecunia nominaretur, magis adhuc incertum. Florezius copiose refutat eos, qui credidere, eam sic vocatam propterea, quod Oscae tantum, celebri Tarraconensis urbe, signari sint soliti, et cuius ipsius urbis numos non paucos habemus superstites, et in qua certum est etiam cu-

<sup>a</sup>) L. XXXIV. c. 10.    <sup>b</sup>) l. c.    <sup>c</sup>) L. XXXIV. c. 46.    <sup>d</sup>) L. XL. c. 43.    <sup>e</sup>) Tom. II. p. 520.

sos denarios Lentuli et Domitii supra memoratos. Quae quidem opinio nullam habet veri speciem propterea, quod variantes typi et epigraphes literae varias etiam urbes videntur indicare. Quam tamen ego multo magis sequi malim prae altera Flerezii, conjicientis, dictam forte Oscensem a Livio causa adfinitatis, nimirum quod literae Hispanis his numis inscriptae videantur similes literis illis, quae exstant in monumentis Oscorum Campaniae <sup>m)</sup>). Praeterquam enim quod neminem futurum existimem, qui non continuo profiteatur, conjecturae huic ne minimum quidem inesse probabilitatis, hoc illa unjam evertitur, quod tum Livius dicturus non fuisset argentum *Oscenso*, sed *Oscum*. Forte a vero non aberravero, si existimem, monetam hanc communi nomine dictam fuisse Oscensem, quod forte primi fuere Oscenses, qui hac forma, et hoc pondere argentum signaverunt, aliis deinde Hispaniae urbibus eandem in pecunia sua legem sequentibus, ut nos florenos aureos dicimus, non quod Florentiae signati sunt, sed quod praeivere Florentini.

*Bigati* altera praedae Hispaniensis portio, et ipsi certa Hispanorum moneta, et secundum tot Livii testimonia ab Oscensi distincta. Dictam bigatam a bigarum typo, dubitari nequit. At quaeri potest, fueritne moneta domestica, an peregrina. Fuisse domestica, id est: ab Hispanis ipsis signatam, post alios creditit Mahilius <sup>n)</sup>, sed quae sententia propter binas caulas ferri nequit, primum quod ex tot

numis argenteis residuis, quos per certa indicia Hispanenses novimus, nullus hactenus compertus sit cum bigarum nota. Deinde quod bigatos Livius in praeda Hispana numeravit, qua sola illi ratione nixi domesticam monetam putant, eorum sententiam non juvat propterea, quod idem Livius, quibus locis praedam ex Gallia Cisalpina captam enumerat, numerum quoque bigatorum summam prodit <sup>o)</sup>). Vnde sequeretur, Gallos quoque Cisalpinos propriam habuisse monetam, de qua quidem hactenus nihil nobis constat, et eam, perinde atque Hispanensem, bigis insignem fuisse. Melius igitur alii nomine bigatorum intelligunt denarios Romanos, quorum vetustiores magnam partem bigis notati fuere. Cum Romani inde a temporibus Hannibalicis magnos in Hispania exercitus alerent, necesse fuit, magnam denariorum vim in stipendia, aliasque belli usus inferri, eosque deinde populorum commerciis per universam Hispaniam differri. Praeclare istud iterum confirmat Livius, cum in summa praedae, quam Lentulus ex Hispania citeriore ovans prae se tulit, nulla argenti Oscensis vel bigati mentione, refert tantum *argenti signati DENARIOS triginta quatuor milia etc.* nimirum quos alio loco bigatos, hoc denarios dixit, quod perinde utique habendum, utroque nomine monetae Romanae proprio, tametsi absurdum non sit opinari, Livium denariorum nomine etiam numeros Oscenses intellexisse, quanquam minus proprie, quia, ut capite I. diximus,

m) l. c. p. 522. n) Diff. sur les monn. d'Esp. p. 41. o) L. XXX. c. 23. et L. XXXVI. s. 40.

utrique fuerunt argentei, utrique ejusdem dem causas etiam Graecorum drachmas ponderis, et constat etiam, propter eas- nonnunquam dictas denarios.

*V. De epigraphe.*

Ad linguam, qua Hispaniae numi inscribuntur, quod attinet, habemus binas domesticas, tres adventitias. Domesticae sunt, quamquam et hae forte adventitiae dici possint, sed a remotissimi aevi colonis inventae, *Celtiberica* et *Turdetana*; adventitiae: *Phoenicia*, *Graeca*, *Latina*. A domesticis ordiamur.

*Celtibericae* et *Turdetanae* discrimen repererunt erudi ex numis veteribus, nimirum quod literae, quas in his objiciunt populi in Celtiberia, et majore parte Hispaniae. Tarragonensis habitantes, longe differunt ab iis, quibus in moneta sua usi sunt Turdetani et Baeticae urbes. Vtriusque linguae naturam pridem magna contentione explicare sunt adorti eruditi Hispani, quorum postremus, quod norim, in arenam progressus est Ludovicus Josephus Velasquez edito opere, quod inscribitur: *Ensayo sobre los alfabetos de las letras desconocidas, que se encuentran en las mas antiguas medallas y monumentos de Espanna. En Madrid 1752. in 4to.* Quo in tentamine, postea quam longum dedisset majorum suorum catalogum, qui hanc causam scriptis suis, illustravere, literas cum in numis, tum aliis monumentis patriis repertas instituit comparare cum alphabetis vetustissimis Graecorum, Etruscorum, Latinorum, Gothorum, Runorum, Samaritanorum, Phoenicum, et eum de-

nique legit industriae suae fructum, ut auderet non modo proponere alphabeta utriusque linguae Celtibericae et Turdetanae, sed etiam interpretari copiosa vocabula monumentis utriusque linguae charactere inscripta. Quo de opere quale meum sit judicium, sic habeto. Ego, ut lubenter, et, quod bonum virum decet, grato animo accipio, quidquid alter solide, graviter, et ex certis causis dictavit, sic, ut temere arripiam, quidquid contra cecidisse intelligo, nulla me patiar auctoritate permoveri. Namvero quisquis liber a praejudiciis animo opus istud perverbit, facile tecum intelliget, pleraque in eo arbitrarie adfirmari, et in argumentorum solidorum locum succedere conjecturas, quas levissimus halitus ferat agatque. Exemplo esto lapis literis Celtibericis inscriptus, quas sic reddi posse existimat vir eruditus: (*ὑπερ*) NEON. ΤΛΕΝ. TEN. ΕΝ. ΑΔΩ. ΛΕΜΕΙΝΑ. id est: (*super*) novam silvam pluit; ibi satio pratum p). Ab uno hoc partu de reliquis arbitretur lector. Atqui si post tot insignium virorum tentamina nihil hactenus probabile prolatum est, fateanur, quod res est, nos a vera utriusque linguae scientia tam distare, quam dudum. Evidem existimo, illum Floreziū non aliam magis ob causam ab explicandis his numis abstinuisse, quam quod majorum naufragia veritus

p) pag. 127.

## H I S P A N I A.

maluit fatales hos scopulos evitare , quam cum periculo et provisa jactura adire.

Inter linguas adventitias

*Phoenicia* antiquissima , a Phoeniciis, qui commercii causa huc commeabant, deinde Carthaginensibus illata. Ejus alphabetum *Basculo-phoenicum* vocat Velasquez, quia ejus usus in Baetica maritima valuit; quam inhabitabant Baetuli, et coloniis frequentabant Phoenices. Neque tamen ea lingua ultra litora longius progressa videtur. Ejus reliquias habemus

in numis Abderae , Canacae , et Gadium, ut dicetur in dissertatione de numis Phoeniciis Phoeniciae propriae numis subjecta.

*Graecam* linguam invexerunt coloni Massilia profecti, suntque hac inscripti numi Emporiarum et Rhodae Tarragonensis urbium.

*Latinae* denique inductae , et reliquas omnes paullatim absorbentis causas quis ignorat ? Admissa primum in societatem, quod comprobant numi non pauci bilin-  
gues , serius sola locuta est.

### VI. De typis.

Habet Hispania, ut quaevis alia regio, in moneta sua certos suos typos, modosque sibi proprios, sic ut vel ab his facile saepe sit, eam ab aliarum regionum numis discernere. Quin et alios modos habent numi Baeticae, alios Tarragonensis. Lusitanicae numi, cum pauci numero sint, et fere tantum a Caesarum temporibus, jam magis alienos, quam nativos suos offerunt.

*Baeticae* numi per frequenter sunt ramos, spicas, pisces, eosque raro singulos, sed plerumque geminos, et quidem situ horizontali, sibique parallele dispositos, scripte in horum medio urbis nomine. Est hic character sic monetae Baeticae proprius, ut hoc conspecto dubitari non possit, nummum eo insignem esse urbis Baeticae, aut si Tarragonensis, certe ad Baeticae confinia positae. Eodem modo Sphinx fere Baeticam tantum monetam occupavit. Ejus typi causa incerta. Florezius ad Aegyptiorum religionem et mysteria retulit. Frequenter etiam astra so-

lis et lunae, vel solitarium A per Baeticae monetae aream vagantur. Propter certos hos ejus characteres factum, ut Florezius numum inscriptum OSCA non celebriori illi Tarragonensis Oscae, sed ignobiliori Baeticae tribuendum putaret. Generatim etiam moneta Baetica remotoris antiquitatis indicia praefert, quod propter abundantiam, maris viciniam, et appulus opportunitatem pridem avide ab exteris nationibus frequentabatur; diutius etiam veterem suum modum et nativos typos retinuit, quia serius ea in regione pedem fixere Romani. Contra moneta Tarragonensis pauciores habet typos ex domestico ingenio captos, si demas equitem armatum citato cursu principitem, qui est typus potior in numis Bilbilis, Oscae, Saetabi, Segoviae, Tolleti. Major pars Romanos typos, ac maturius quidem respexit, quia maturius a Romanis subacta ea Hispaniae pars paulatim mores suos ad victoris populi ingenium finxit. Atque haec de discrimine

numorum utriusque provinciae videbantur praecipienda.

*Caput barba quidem opaca, sed plerumque attonsa, capillito crispo, in aliis barba rafa.* Hic typus obvius est in parte numorum adversa, tam certo monetae Hispaniensis charactere, ut, cum Lentulus Spinther et Domitius denarios, de quibus capite IV. egimus, Oscae Tarraconensis urbe fériundos curarent, simile caput barbatum iis imprimi vellent. Quorum ea capita effigies referant, insertum; in barbatis Florezius Herculem videt <sup>a)</sup>, nisi potius utriusque generis capita heroes indigetes veteris aevi sistant, qui factis illustribus patriam nobilitaverunt, ut censet Mahudelius <sup>b)</sup>.

*Equi, spicae, oleae rami, uberes et felices horum in Hispania proventus facile indicant, ad quae apposite a Claudiano dicitur <sup>c)</sup>*

*Dives equis, frugum facilis, pretiosa metallis.*

\* \* \*

Attingenda etiam symbola, Hispaniae in Romanorum moneta tribui solita:

*Cuniculus, in numis Hadriani inscriptis HISPANIA, vel RESTITVTORI. HISPANIAE.*

Hoc animalis genere abundasse Hispaniam in suammet perniciem, et ipsis etiam insulis fuisse infestum, docet Strabo <sup>d)</sup>, sic ut harum nonnullae missis le-

gatis terram habitandam a Romanis postularent, quod negarent, eorum se se in clementis posse resistere. Oppidum a cuniculis in Hispania suffossum narrat Plinius <sup>e)</sup>. Lege ejus testimonia alia <sup>f)</sup>. Unde et Catullus ad Egnatum scriptit <sup>g)</sup>:

*Tu praeter omnes une de capillatis  
CVNICVLOSAE CELTIBERIAE*

*fili*

*Egnati, opaca quem facit bonum barba.*

\* \* \*

*Caput muliebre velatum, prominentibus in fronte, et incultis crinibus, pone scriptum: HISPAN., in denariis gentis Postumiae.*

Capillatos a Catullo dici Hispanos, mox vidimus, et de se Martialis, Hispanus ipse <sup>h)</sup>:

*Hispanis ego contumax capillis.*

\* \* \*

Arma etiam huic genti propria. Jacula duo oblonga, et clypeus rotundus exigui voluminis dictus *cetra* Livio <sup>i)</sup>. Gladius curtus bifidus in pugionis formam, aliaque, quorum omnium forma videri potest in denariis Pompeji M. et Galbae Aug., universus armorum apparatus et congeries in denariis P. Carissi, quae omnia late explicata habes apud Florezium <sup>j)</sup>. Adde Hispanorum vexillum praefixo apro, de quo agetur in numis Cluniae Tarraconensis.

<sup>a)</sup> Tom. II. p. 519. <sup>e)</sup> Diff. sur les monn. d'Esp. p. 44. <sup>s)</sup> Carm. XXIX. v. 54. <sup>t)</sup> L. III.  
p. m. 213. <sup>f)</sup> L. VIII. § 43. <sup>x)</sup> Ibid. § 81. et 83. <sup>y)</sup> Poem. 35. <sup>z)</sup> L. X. ep. 65.

<sup>b)</sup> L. XXI. c. 27. <sup>g)</sup> ad numm. Tabulae I.

*VII. De fabrica et forma.*

Fabrica, ut in regione, quae olim Gra-  
tiis et elegantiae nunquam litavit, Hispa-  
niensem monetam nunquam cohonestavit. Ars in numis ejus gentis etiam optimis  
mediocritatem nunquam excedit, dem-  
ptis Emporitanis et Rhodenibus, quos sci-  
res a Graecis, quod erant, elaboratos,  
sed et hi serius tracto a vicinis contagio

in turpem barbariem degeneravere. In  
multis, praecipue vetustioribus Baeticae,  
opus videoas humanitati prorsus inimi-  
cum, ac plane barbarum.

Forma in argenteis tertiam magnitudi-  
nem non superat. Aenei omnis sunt mo-  
duli, etiam nonnunquam maximi.

*VIII. De eruditorum operibus Hispaniensem monetam illustrantibus.*

Abundantibus rei monetariae veteris  
in Hispania copiis, non defuere viri ejus  
regionis eruditione praestantes, quibus  
operae pretium fore visum, si justis eam  
commentariis illustrarent. Non hic memo-  
rabo vetustiores illos, quorum opera in  
hac rei numismaticae luce jam fere fasti-  
diuntur, quorumque catalogum dedit Band-  
durius in sua *Bibliotheca numaria*, ac mul-  
to ampliorem Ludovicus Velasquez ini-  
tio operis, cuius supra capite V. amplam  
mentionem feci. Horum plerique expli-  
candis tantum numis iis, qui Hispanam  
epigraphen offerunt, sunt immorati. Va-  
rias monetae hujus partes, cum occasio  
tulit, explicavit Antonius Augustinus ar-  
chiepiscopus Tarragonensis in eximiis suis,  
omnibusque, qui arti nostrae dant operam,  
abunde cognitis dialogis. Numos colonia-  
rum, municipiorumque Hispaniae, qui  
Caesarum effigies offerunt, proposuit ex-  
plicavitque Joannes Vaillantius in suo de  
coloniis opere, tum et Sigebertus Haver-  
campus in suis ad Andreae Morellii Thesau-  
rum numorum imperatorum commentariis.

Verum omnium superiorum laudes,  
(Vol. I.)

qui in hoc argumento versati sunt, longe  
superavit Henricus Florezius Hispanus  
Ord. S. Aug. vulgato opere: *Medallas*  
*de las colonias, municipios y pueblos anti-*  
*guos de Espanna. En Madrid 1757. in 4to.*  
Constabat primum partibus II. Verum cum  
opere jam perfecto auctori ob oculos ve-  
nisset justum agmen numorum hujus argu-  
menti nondum cognitorum, lecta haec  
supplementa in partem III. conjectit, edi-  
ditque anno 1773. additis praeterea regula  
Gothorum Hispaniae olim imperantium  
numis. Omnem hanc monetae patriae co-  
piam tabulis aeneis omnino LXVII. scite  
et adcurate incisam repraesentavit, non  
comprehensis hoc numero numis Gothicis.  
Numos in opus suum non recepit, nisi  
quos vidit ipse, aut a viris fide dignis  
editos reperit, jure adeo fastiditis omnibus  
iis, qui unum Goltzium praeconem nacti  
sunt, magno certe nostro legentium bene-  
ficio, cum ab aliis scriptoribus passim  
Goltziana figura cum veris, ac inge-  
nuis permixta videoas nullo addito indi-  
cio, quo caveremus. Commentarios pree-  
cedunt prolegomena ampla varia ac mul-

B

tiplici eruditione referta, tanquam faces doctrinam, quae sequitur, illustrantes. In ipsis commentariis nihil est, quod amplius desideres, sive doctrinam, sive adcurationem, sive in explicando sagacitatem, sive etiam, quae maxima laus est, modestiam spectes. Neque vero etiam in postremis beneficiis putandum, quod Vaillantii, Morellii, aliorumque errata, quorum incredibilis est numerus, notavit, numerosque ab iis mendose editos ad veterem fidem restituit, sic ut jam nullo offensionis metu per numismaticam Hispaniae arenam liceat decurrere. Sane quoties praeclarum istud opus pervolveram, toties apud animum coepi precari, tali ingenio ac doctrina regionibus singulis, quae opibus numismaticis abundant, obtingeret monetas patriae praeco, quod unum foret ac certissimum remedium, sanandi morbos omnes, qui artem numismaticam vexant.

Atque his cognitis nemo erit, qui non continuo intelligat, virum his subsidiis instructum, cui practerea omnia patriae

suae musea patuere, qui ex vicino de urbis veterum situ, locis iis, in quibus certi generis numi frequentius reperiuntur, aliisque caulis ad numorum scientiam pertinentibus unus omnium rectissime potuit judicare, parum jam posteris, ac cum primis exteris nobis reliquum fecisse, quod aut libi indictum esset, aut melius dici posset. Quod quidem praefandum necessario in hac mea numorum Hispaniensium doctrina duxi, ne abs me aut nova, aut altera dicta expectet lector; paucissima sunt, quae post vulgatas Florezii opes addere licuit, paucissima, in quibus non mihi cum viro eruditissimo conveniat, hoc uno contentus, ut quae is laxius disputavit, pro instituti proposito contraherem.

Vrbium numos Florezius ordine omnes alphabetico proposuit, quem ego ordinem sic mutandum duxi, ut pro instituta a Romanis Hispaniae divisione primum numos Hispaniae Lusitanicae, deinde Baeticae, denique Tarraconensis commemorarem.

# N V M I H I S P A N O R V M

## I N G E N E R E.

Florezius tabula I. operis sui numos commatis Romani, qui Hispaniae mentionem faciunt, proposuit explicavitque, sed quos nos pro instituto in alteram operis nostri partem differimus. Ex eo tamen numero binos excerpimus.

162.)  
*Caput Palladis, supra quod caput arietis, in area P. In alio: Caput virile nudum. & HISPANORVM. Eques hastatus citato cursu. AE. II. (Vterque numus est in museo Caes., item in Parutae Sicil. tab.*

*Caput Palladis. & HISPANORVM. Equus liber currens. AE. II. (Paruta l. c.)*

Numi hi spectata fabrica, tum et ty-

pis Hispaniam patriam facile profitentur; et si non constet, qua in utbe, qua aetate, quo ve consilio signati sint. Interim mirum, eorum nullum exemplum in manus navi Florezii venisse, qui eos ex Parutae operre citavit. Atque haec quidem potior causa fuerit, cur eos non in Hispania curos, sed ab Hispanis Sicilia olim potitis videatur conjicere, sed quod judicium propter multas caulas, quas commemorare longum foret, non facile quis probaverit.

Horum similem unum, sed aevi injuria septem primoribus literis multatum in museo Hunteriano Cymes Aeolidis numis perpetam illatum video. (Tab. 22. n. 18.)

## HISPANIA LVSITANICA.

### EBORA.

Vetus nomen retinet. Plinio oppidum veteris Latii, et certum municipium secundum inscriptiones a Florezio citatas.

qua de causa sic dicta a Julio Caesare, ut plures aliae ejus tractus, nomine a quopiam Caesaris elogio tracto. De *Caesaris permisso* cundenda monetae, quem non paucae Hispaniae urbes monetae inscripere, agetur in tractatu de Coloniis.

### PERMISSV. CAESARIS. AVGSTI.

P. M. vel parcius. *Caput Augusti. & LIBERAL. IVLIAE. vel: LIBERALITA-TIS. IVLIAE. EBOR. intra laureum. In alio: Instrumenta pontificalia. AE. I. II. Plinius: (L. IV. p. 229.) Ebora, quod docuit d).*  
item *LIBERALITAS IVLIA*, incertum,

Autonomus cum capite Cereris et tau-ro, quem Florezius principio Eboram relutit <sup>c)</sup>, est *Borae* incertae, ut ipse serius docuit <sup>d)</sup>.  
AE. RRR.

<sup>c)</sup> pag. 642. <sup>d)</sup> Tom. III. p. 17.

**EMERITA.**

Vrbs princeps Lusitanicae constituta ab Augusto, deducta colonia militum *Emperitorum*, unde urbi nomen, ut dicetur. Hodie vulgo *Merida*.

Augustae gentis caput numi singuli offerunt, Augsti seu vivi, seu mortui,Juliae, Tiberii, quorum singulares aliqui mox describentur. *Permissum Augusti* numi copiosi jactant.

*Epigraphe: AVGVSTA. EMERITA.* praefixo nonnunquam COL. vel etiam tantum: C. A. E. id est: *Colonia Augusta Emerita*, in uno: EM. AVG.

AETERNITATI. AVGVSTAE. Templo, in numis Tiberii.

PROVIDENT. Ara ignita, in numis D. Augusti.

Divinos honores Augusto post mortem ab Emeritensibus decretos, eumque templis ac aris cultum, hi numi testantur. Neque istud mirum, cum eosdem honores adhuc vivo delatos in Tarraconis numis simus visuri. Fuisse aeternitatem solis diis tributam, in Trajani numis Romanis copiose docebitur. Aversa alterius numi capta est ex numis obviis aeneis ejusdem Augusti.

SALVS. AVGVSTA. PERM. AVGVSTI. Caput muliebre. ♀. IVLIA. AVGVSTA. C. A. E. *Julia sedens d. spicas, f. hastam.*

De hoc numo Liviae, subinde ex Augusti testamento Juliae, tum et de numis aliis similis argumenti agemus copiose in moneta Romana ejusdem Augustae. Hoc

loco tantum observamus, Hispaniam ulteriore, in qua sita Emerita, missis legatis orasse, ut exemplo Asiae delubrum Tiberio matrique ejus exstrueret, sed quod negatum <sup>c)</sup>. Cum non permetteretur delubrum, permisum sibi tamen putabant Emeritenses, Juliae Cereris specie divinos honores largiri.

LE. V. X. *Aquila legionaria inter duas signa militaria*, in numis Augusti.

De Emerita nostra Dio <sup>d)</sup>: Πανσαρισ δε τε πολεμε τετε, δ Αυγυστος της μεν ἀφηλι κορερης των σερατιστων ἀφηκε, και πολιν ἀυτοις ειν Λυσιτανια, την ΑΤΓΟΤΣΤΑΝ ΗΜΕΡΙΤΑΝ καλωμενη πτισαι εδωκε. *Finito hoo bello* (Asturico et Cantabrico) *Augustus emeritos milites dimisit*, urbemque eis in Lusitania, nomine *AVGVSTAM EMERITAM*, condendam dedit. Ex qua legione fuerint hi emeriti, scriptorum nemò prodidit, sed fuisse ex Legione V. et X., praeclari hi numi testantur. Eaedem legiones occurunt etiam in numis Cordubae, sive Patriciae Baeticae.

*Epigraphe solita. Persona adversa Panos barbata, auribus acutis. In alio: Persona adversa juvenilis. ♀. Aversa argumento solito.*

Ad explicandos insolentes hos typos mirum non est a Florezio nonnisi conjecturas adferri, et forte Panos caput numo illatum, quia teste Softhene apud Plutar-chum <sup>e)</sup> Bacchus victae a se Iberiae Pania comitem praefecit, a quo omnis regio dicta *Pania*, serius in *Spaniam* detorta.

c) Tacit. Ann. IV. 37.

f) L. LIII. §. 26.

g) de Fluminib. in Nilo.

**Lege porro conjecturas ejus alias.** Neque minus in personae juvenilis explicatu adhaeret, quem, quia certi quid nihil praefat, lubens praetermitto.

**Typi reliqui:**

*Porta urbis, cui plerumque inscriptum: AVGSTA. EMERITA.*

*Sacerdos arans, obvius coloniarum, etiam Hispaniae, typus, quem explicamus in tractatu de coloniis.*

In numis Emeritae tam aeneis, quam argenteis denariorum pondere saepe memoratur *P. Carifius legatus Augusti pro praetore*, sed quos placuit recensere partim in numis gentis Cariliæ, partim in numis Augusti ad annum V. C. 732.

*A. C.*

**NORBA.**

Nummos, quos auctores varii huic Lusitanicae oppido tribuerunt, vide descriptos in moneta Carthaginis Novae provinciae Tarraconensis.

**HISPANIA BAETICA.****ABDERA.**

Maritima, hodie *Adra*.

*Autonomi* hujus urbis exstant Phoenicio charactere inscripti, editique a Cel. Bayerio <sup>b)</sup>, sed de quibus agam in tractatu de numis Phoeniciis monetae Phoeniorum subjecto.

b) del Alfab. de los Fenices.

**OSONOBA.**

Sita versus Anae ostia. Florezius huc refert autonomum: OS --- BA. *Piscis.*  *Navigium cum velo*, qui typi maritimam urbem arguunt. (Tom. III. p. 111.)

*A. unicus.*

**PAX IVLIA.**

Colonia sita eo loco, ubi nunc est *Beyaz* judice Florezio.

*Caput Augusti.*  **PAX. IVL.** *Mulier sedens d. caduceum, f. cornucopiae.*

Pax sedens ad urbis nomen haud dubie adludit. Primus Florezius coloniae hujus numos protulit.

*A. unicus.*

**SALACIA.**

Vrbi huic positae eo loco, ubi nunc est *Alcacer do Sal*, Florezius non inique conjicit tribui posse numum: (Tom. III. tab. LXVII. 3.)

*Caput virile barbatum.*  **IMP. SAL.**

*Duo pisces.*

Causa hujus judicii fuit, quod Plinio in hoc tractu memoratur *Salacia cognominata urbs Imperatoria.*

*A. unicus.*

*Imperatorii* cum solo Tiberii capite.

*Caput et epigrapha Tiberii.*  **ABDE-R.** *Templum, in cuius intercolumnio duo pisces.* In alio: (Florez. T. III. tab. 59.) *Templum 6. col., in area D. D. id est: Decreto Decurionum.*

*Templum in his numis expressum*

Florezius causa piscium existimat sacrum fuisse Neptuno, quos verisimile est esse thynnos, quorum piscatus in hoc littore quaestuosus fuit. Addit, pisces in templo instar victimae constitui, citatque Atheneum, quo teste pescatores, cum thynnorum capture prospere cessit, horum unum mactare Neptuno consuevere<sup>i)</sup>.

Fuisse Abderam coloniam, nemo veterum prodidit. Quare Havercampum obligat Florezius, quod eam coloniam nullo auctore dixit<sup>ii)</sup>. Tamen coloniam fuisse vel municipium, arguit adstitutum numero alteri D. D., ad quod reflexisse animum non videtur Florezius, cum numrum hunc serius vulgaret.

Æ. RR,

#### ACINIPPO.

Nunc Ronda la Vieja, a mari remotior, Autonomi ejus numi omnes.

*Epigraphe: ACINIPPO.*

*Typi:* Botrus, spicae jacentes parallelo situ, folium fici arboris.

*Magistratus Aedilis: L. FOLCE. AEDILE.*

Æ. RR.

#### ANTICARIA.

Hodie Antequera.

Florezius hoc refert numrum: *Caput virile nudum, pone clava. X VANTIK. Leo gradiens.* (Tom. II. p. 633.) Judicium oppido suspectum. Praeterquam enim, quod praefixum urbis nomini V non parum obtrbat, et si elementum istud putat esse residuum contracti vocabuli MVN. ex numero exclusi, typi utriusque partis, epigraphes ratio, et univerfus modus plane

persuadent, numum esse reguli Galatici, quales non paucos dabimus in horum regum moneta, quos, si convinci velis, confer.

#### ARIA.

Huic tribuit Florezius<sup>1)</sup> numos variros inscriptos ARIA. CNARIA. CVNBARIA., quin auctori vel de nomine hujus urbis, vel situ, vel de modo, quo vocabula haec varie scripta legenda sint, satis constet, neque hercule operae pretium videtur absulisse numorum explicationi immorando, quos praestabat in classem incertorum redigere.

*Typi*, et omnis reliqua ratio numos hos esse Hispanienses, dubitare non sinunt, *caput virile nudum, eques hastatus, pisces, spica.*

S, semissis nota, comparet in numis inscriptis CVNBARIA. et saepius in hujus tractus moneta comparitura.

Æ. RRR.

#### ARVA.

Haec quoque situs non satis certi.

*Autonomi* tantum extant.

*Caput juvenile nudum. X ARVA. Eques hastatus.* Non multum absimilem alium dedit Florezius Tomo III.

Ab hoc non magnopere abludit numerus inscriptus ARIA, quem dedit Florezius<sup>m)</sup>, et de quo mox egimus.

\* \* \* S. RVF. *Caput virile nudum pictura barbara. X M. ARVEN. Eques hastatus cinctato cursu.* (Florez. Tom. III.)

Fuisse Arvam municipium, jam constabat ex marmore Gruteri, in quo legitur

i) L. VII. c. 17. k) Morelli Imp. T. I. p. 603. l) Tom. I. et III. m) Tom. III. tab. 59.

**ORDO. MVNICIPII. FLAVII. ARVEN-**  
**SIS.**<sup>a)</sup>, quod nunc hoc quoque nemo com-  
 probatur. Nominibus S. RVF., quae scri-  
 pta sunt in parte antica, putat Florezius  
 indicari *Sergiuin RVFinum*, cuius memi-  
 nit idem marinor Arvense: AEMILIA.  
**LVCIA. MATER. ET. SERGIVS. RVFI-**  
**NVS. FRATER. EIVS.** in quo mihi cum  
 viro erudito difficulter convenit. Ipse fa-  
 tetur, numum esse aetatis remotae, et  
 Caesorum tempora antecedere, verum to-  
 ta ejus epigrammatis ratio multo poste-  
 fiorem aetatem sapit, quod multo magis  
 verum erit, si municipium Arvense dictum  
 est FLAVIVM a Vespasianis. Accedit,  
 nomen RVF. inter Romanos late patuisse,  
 ac denique S solitarie positum et in pre-  
 nominis loco, fere constanter significasse  
*Sextum*, et nonnisi violenter ad notandum  
*Sergium* cogi posse.

Æ. RRR.

#### ASIDO.

Florezio hodie *Xerez de la Frontera*. In coloniis numerat Plinius, sed numi coloniae nihil habent.

*Autonomi omnes.*

**ASIDO. Caput virile vario cultu.**  $\mathbb{X}$   
*Epigraphe Hispaniensis. Bos currens, su-*  
*perne astra solis et lunae.*

Sunt hujus generis numi omnes fabri-  
 cae barbarae, indicio longae vetustatis.  
 Florezii dictata, bovem, solem et lunam  
 ex Aegyptiorum mythologia repetentis,  
 in meris conjecturis puto.

**ASIDO. Caput Herculis leonis exu-**  
*viis tectum, ad cuius collum clava.*  $\mathbb{X}$  Cor-

*nucopiae transverso fulmine, intra lauream.*  
 (Florez. Tom. III.)

Numus est operis multo mansuetioris.  
 Caput Herculis cultu simillimo obvium  
 est in moneta Gadium, ut et aversa tota  
 obvia in numis Valentiae.

Æ. RR.

#### ASTA.

*Caput Turdetanorum.*

*Autonomi bini Florezio cogniti:*

**ASTA. Caput virile nudum.**  $\mathbb{X}$  *Epi-*  
*graphe Hispanica. Sphinx alata.* (Tom.  
 III. tab. 60.)

M. POPILLI. M. F. *Caput Apollini.*  $\mathbb{X}$  P. COL. ASTA. RE. F. *Taurus stans.* (Tom. II. tab. 51.)

Numus prior omnia pervetustae mo-  
 nétae Hispaniensis habet argumenta. Re-  
 centior alter Romanorum jugum profite-  
 tur tam mentione hominis Romani, quam  
 coloniae. Plinius <sup>b)</sup>: *Coloniae: Afia, quae*  
*Regia dicitur*, cuius vi testimonii litterae  
 numi RE. legendae REGIA. At explicatum  
 difficilem reddunt epigraphes littera pri-  
 ma P. et postrema F., quae forte Felix  
 significat.

Æ. RRR.

#### ASTAPA.

Hodie *Estepa*, a fide versum Cartha-  
 ginenses, et Romanorum odio cognita <sup>c)</sup>.

**ASTAPA. Caput juvenile nudum.**  $\mathbb{X}$   
*Caput muliebre adversum divergentibus ra-*  
*diiis.* (Florez. T. III. p. 16.)

Æ. RRRR.

#### B A I L O.

Nunc *Bolonia*, a veteribus varie scri-  
 pta, *Bailon*, *Belon*, Stephano Βῆλος. Sita

<sup>a)</sup> pag. 476. 1.    <sup>b)</sup> L. III. p. 139.    <sup>c)</sup> Liv. L. XXVIII. 22.

ad ipsum fretum, et inde trajectus in oppositam Tingitanam.

*Autonomus.*

BALIO. additis litteris *Hispanicis.* *Spica.*  $\Sigma$  *Bos stans,* supra quem astra solis et lunae. (Florez. T. II. p. 635.)

Similem aversae typum habent numi vicinae Asidonis.

$\Delta E.$  RRRR.

*CALLET.*

Situs incerti.

*Autonomi:*

*Caput Herculis,* vel: aliud galeatum.  $\Sigma$  CALLET. inter duas spicas situ parallelo.

$\Delta E.$  RRR.

*CALPE.*

Promontorium notum ad fretum Gadianum, cui adstitutam urbem cognominem asserunt Strabo aliquique pauci. Alii nullam eam fuisse contendunt, quam littem disputat Cellarius. Vrbi suppetias venit Pellerinius proferendo numum, in cuius adversa: *Caput Jovis.*  $\Sigma$  CALP. *Miles stans.* (Lettres p. 194.) At hunc et similes alios referendos Panormum Siciliae certum est, et abunde comprobavit Princeps Torremuzza <sup>9)</sup>.

Nihilo felicior numus *Philippi Junioris* inscriptus: C. I. CALPE. citatus ex museo Christinae a Spanhemio <sup>10)</sup>, Norfio <sup>11)</sup>, Harduino. Cujuscunque is numus fidei sit, ad Calpen hanc non pertinet jam solo eo, quod *Philippi* caput exhibet. Eundem Holstenius Calpis Bithyniae traxit <sup>12)</sup>. Numi imaginem dedit Vaillantius,

quae navim cum vectoribus exhibet <sup>13)</sup>.

A vero non aberravero, si existimem, nūnum esse coloniae Apameae Bithyniae, in cuius moneta obvia epigraphe: C. I. C. A. APA. pro quo incautior quis facile potuit legere: C. I. CALPE. Nihil ergo ex hoc numo habet praesidii Spanhemius ad confirmandum Strabonis sententiam, fuisse Calpen monti cognomini adfitam.

*CANACA.*

Ad ostia Anae, uni Ptolemaeo prodita. Ejus numos Phoenicio charactere inscriptos reperit Bayerius, de quibus agam in tractatu de numis Phoeniciis.

*CARBVLA.*

Baeti ad sita prope Cordubam.

*Autonomi* aliquot proditi a Florezio: (Tom. I. et III.)

*Caput juvenile,* ante quod serpens.  $\Sigma$  CARBVLA. *Globus,* ex cuius peripheria una parte exsurgunt radii concentrici.

Numi fabricae barbarae, quocirca nequaquam mirum, non satis intelligi, quid sibi velit mirus partis aversae typus, aliis rete, aliis fontem, aliis caput Isidis, vel caput multiplicatis cornubus, Florezio caput solis conjiciente. Lege varias has conjecturas apud auctorem locis citatis.

$\Delta E.$  RRR.

*CARISA.*

Hodie *Carixa* prope Hispalim.

*Autonomi* tantum comperti.

*Epigraphe:* CARISA, CARISSA, CARISI.

*Typi:* in antica: *capita variorum nu-*

9) Aggiunt. IV. p. 231. 10) de praef. T. II. p. 690. 11) Cenot. Pis. diff. II. c. 14.

12) Not. ad Steph. p. 156. 13) Colon. sub Philipp. jun.

*minum, in aversa: constanter eques galeatus s. clypeum tenens.*

Æ. RR.

### CARMO.

Vetere nunc nomine in *Carmona*, et situ.

*Autonomi tantum. Epigraphe: CARMO.*

*Typi: in adversa: capita variorum numinum, in aversa: duae spicae horizontali et parallelo situ. Atque omnes hactenus cogniti ejusdem sunt rationis. Ab his differt, quem olim edidi: (Catal. mus. Cael. T. I. p. 2.).*

*Caput Jovis. ☰ CARMO: Equus gradiens, infra quem IA.*

Numus hic elegantioris, quam pro vetere illa Hispanensi moneta, fabricae, posteriora, et artibus magis amica tempora sapit.

Æ. RR.

### CARTEIA.

Ad fretum Gaditanum et Calpen montem, quam aliqui cum hodierno Gibraltar eandem faciunt, alii cum vetere Tartesso. Vide infra in Tartesso. Vrbis olim celebris ruderā videntur prope hodiernum *Rocadillo*. Colonia V. C. 583. a senatu constituta, quatuor millibus iudeorum, qui a militibus Rom. et mulieribus Hispanis prognati erant, petentibus, ut agri sibi adsignarentur, quibus concessa Carteia cum agro vicino <sup>x)</sup>.

*Autonomi omnes. Vnum cum capite J. Caesari. vulgavit Haynius <sup>y)</sup>, verum an illi habenda fides, dubitat Florezius <sup>z)</sup>.*

Dubium confirmat Carterus Anglus, qui numū vidit et examinavit <sup>a)</sup>). Eo subinde ī museum Hunterianum translato adfirmat Cl. Combius, nequaquam Caelaris in eo caput proponi, sed muliebre turritum in hujus coloniae numis obvium <sup>b)</sup>.

Numos Carteiae magno numero vulgavit Florezius non modo Tomo I., sed et II. <sup>c)</sup> et III.

*Epigraphe. CAR. KAR. CART. CARTEIA. Coloniae vocabulum in nullo additur.*

*Typi variant. In antica capit muliebre turritum, nempe genius urbis, caput Jovis, nisi praestet Neptuni dicere, et alia ignota. In aversa: plerumque maritima: Neptunus stans, delphinus, puer alatus (Neptuni genium puto) in delphino equitans; piscator sedens in littore captum hamo pisces virga attrahit, navis gubernaculum. Clava, indicium cultus Herculei, et jure istud merito, nam Hercules hoc loco clavae impulsu Calpen discidit. Carteiam vero ab hoc heroe nomen abstulisse, quia quod Graecis *Heraclea*, id Phoeniciis *Melcarthia*, unde per aphaeresin enatum Carteia, per me, qui volet, credat Bocharto istud mōre suo adserenti <sup>d)</sup>.*

### Magistratus.

IIIviri Carteiae principem lacum te nuere, saepe in ejus mōneta memorati, addito saepe horum unius vel duorum nomine. Illustriores sunt:

C. VIBIVS. IIIVIR. IT. C. MINI-

IIIVIR. IV. id est: IIIvir iterum,

<sup>x)</sup> Liv. L. XLIII. c. 3. <sup>y)</sup> Thes. Brit. T. I. p. m. 241. <sup>z)</sup> T. I. p. 313.

<sup>a)</sup> Iter Gibraltar. <sup>b)</sup> Mus. Hunter. <sup>c)</sup> in Addend. Tab. Lit. <sup>d)</sup> in Canaan. L. I. c. 34.  
(Vol. I.)

*IIIvir quartum.* Adhaeret Florezius; morem, haec quoque in Carteiae numis utrum in numo suo legendum sit IT, an obvia.  
IL; verum in simili musei Caesarei manifestum est IT.

**Q. PEDECAI. CARTEIA.** Est is Q. Pedecaius quispiam coloniae IIIvir, aut forte certus quaestor provinciae, nam eundem videtur quoque memorare numerus Vrsonis ejusdem Baeticae, quam vide. Ipsas litteras male discrevit Haymius legendio Quintio PEDE. *Colonia Augusta Iulia CARTEIA* <sup>c)</sup>.

**M. FALCIDIVS. IIIIVIR. EX. S. C.**  
Hanc formulam explicamus in tractatu de coloniis cap. VI.

**GERMANICO. ET. DRVSO. CAE-SARIBVS. IIIIVIR.** Insignis numus, qui Germanicum et Drusum Tiberii filios, illum adoptione, hunc natura, IIIviratu apud Carteiam honoris ergo functos docet. De Caesarum per colonias magistratu agimus in citato tractatu.

*Aediles non rari in his numis exempli. Sic:*

**AED. CN. AMI. L. ARG. vel: C. VIB. AID.** scripto *ἀεχαῖως* AID. pro AED.

Quo pacto jam IIIviri, jam aediles Carteiae numis illati sint, dicetur in eodem tractatu.

*Decuriones expressi siglis D. D. id est: Decreto Decurionum, formula obvia in coloniarum moneta.*

S semissis nota secundum Romanorum

## B A E T I C A.

Æ. C.

## CAVRA.

Nunc *Coria Baeti* ad sita.

*Autonomi: Caput Martis.* ☐ CAVRA.

*Piscis, in area A.*

Æ. RRR.

## CELTI.

Hodie *Puebla de los infantes* in Septentriōnem.

*Autonomi apud Florezium:* (Tom. I. et III.)

*Caput Martis.* ☐ CELTITAN. *Taurus,* in alio: *Aper hastae ferro insitens.*

Qua inscriptione Florezius notari putat CELTITANum municipium.

Æ. RRR.

## CORDVBA, quae et PATRICIA.

Vetus suum nomen in *Corduba* retinet objecto adventitio *Patriciae.* Utroque nomine existant numi non pauci.

## Nomine CORDVBAE.

*Autonomi omnes.*

**CN. IVLI. L. F. Q. Caput Veneris** ☐ CORDVBA. *Cupido stans d. facem. s. cornucopiae, in area tres globuli.*

Sunt hi numi fabricae delicatioris, quam pro solita fabrica Hispanica. Typus Veneris et Cupidinis sine dubio ad gentem Julianam, ex quo horum numorum Cneus fuit, refertur. Tres globuli, totidem unciarum indicium, Romanam monetam imitantur. Hae igitur omnes cauae cum non monetam indigenarum, sed ab Romanis imperatam arguant, verisi-

<sup>c)</sup> Thes. Brit. T. I. p. m. 244.

mile admodum est, adnexum Cn. Julio Q non Quinquennalem, ut in aliis Hispaniae numis, sed Quaestorem provinciae significare, et ab hoc adeo quaestore Cn. Julio in militum stipendium Cordubae hos esse signatos numos illata iis Venere generis auctore. In denariis L. Julii, cū-jus forte filius fuit hic Cn. Julius, sistitur Venus in bigis duorum Cupidinum.

*Magistratus Quaestor.*

*Vniuersitatis notae, ut dictum.*

*A. RR.*

*Nomine PATRICIAE.*

De Corduba Strabo <sup>f</sup>): *Maxime autem gloria ac potentia crevit Corduba Marcelli opus... ob agri bonitatem ac amplitudinem, magnam quoque partem Baeti fluvio conferente, inhabitaruntque eam ab initio delecti Romanorum et indigenarum vires, (Πωμαῖοι τε καὶ των ἐπιχωριῶν ἐπίλεκτοι ἀρδεῖς) primamque eo ipsis in regionibus coloniam Romani deduxerunt. Atque propter hos Romanorum viros illustres argunt eruditi, Cordubae Patriciac cognomen inditum. Plinius <sup>g</sup>): Colonia Corduba Patriciae cognomine.*

Coloniæ nomen numi ejus omnes praeferunt, suntque ii omnes

*Imperatorii, sed cum unius Augusti adhuc vivi imagine scripto juxta: PERMISSV. CAESARIS. AVGVSTI. vel plene, vel parcus.*

*Epigraphe: COLONIA. PATRICIA scriptum saepe intra coronam quernam, indicio servatorum ab Augusto civium, obvio in Augusti numis commatis Roma-*

nā. Etiam contractias: COE. PATRIC. aut similiter. Cordubae nomen in his numis nunquam additur, et si in marmoribus non raro utrumque conjungatur, quin et multo serius in numis Gothorum Hispaniae regum, scripto: CORDOBA. PATRICIA. Vide apud Florezium numos regum Chindasvinti, et Recesvinti <sup>h</sup>).

LE. V. X. *Aquila legionaria inter duo signa militaria.*

Eadem legiones V. et X. et idem typus comparent in numis Emeritae, quos vide, X. etiam in numis Caesaraugustae.

*Instrumenta pontificalia, non infrequens in his numis typus, in honorem pontificatus maximi ab Augusto sero datum suscepit.*

*A. R.*

*G A D E S.*

Hodie Cadiz in parva insula ultra fretum ejusdem nominis, urbs olim opibus et re maritima celebts. Fundatam a Phoeniciis commercij causa huc advectis, in hac ejus fama comprobare non attinet.

In recensenda urbis hujus moneta spectabimus I. Gades liberas, II. Gades municipium.

I. *Gades liberae:*

Nomine monetæ Gadium liberarum intelligo eam, quae sive inscriptione, sive typis nullum cum Romanis nexum propositetur, et quae, suadente fabrica in numis multis rudiore, tum et inscriptione Phoenicia, signata fuit, antequam urbs

<sup>f</sup> L. III. p. m. 207.

<sup>g</sup> L. III. p. 133.

<sup>h</sup> Med. de Espan. T. III. p. 254 seq.

in Romanorum leges iret, aut saltem, uno insigni argenteo, quem vulgavit quando, eti jam Romanis obnoxia, suis Bayerius<sup>o</sup>). tamen juribus relictus fuit.

*Caput Herculis leonis exuvii tectum,  
ad cuius collum clava. ¶ Epigraphe Phoenicia. Duo pisces, vel unus.*

ODACIS. A. scriptum juxta caput simile. Reliqua ut in praecedente. (Mus. Caef. Vide meos num. vett. p. 3.)

Vide nonnullos typos alios apud Florezium<sup>i</sup>), et Bayerum, qui Gadium numeros Phoenicio charactere notatos curatius discrevit<sup>k</sup>).

Frequens in Gadium numis Hercules, cum quod in eam usque oram penetravit, tum quod et Tyri magni fuere ejus honores, cuius colonos fuisse Gaditanos constat, unde et Herculis cultum in hanc oram invectum existimat Arrianus<sup>l</sup>). In ejus ibi templo nullum fuisse Herculis simulacrum, testantur Silius Italicus<sup>m</sup>), et Philostratus<sup>n</sup>), sed ejus loco aeternum ignem super ara nutritum. Vide etiam numeros aureos Hadriani inscriptos HERCules GADITanus. Quae sit significatio vocabuli ODACIS. A. in citato numo musei Caesarei, et qui ignotus fuit Florezio, nondum reperi.

Epigraphes Phoeniciae, quae urbis vetus nomen Gadir sifit, explicationem habes in tractatu de numis Phoeniciis, qui dabitur ad calcem numerorum urbium Phoeniciae.

Sunt hi numi aenei omnes, dempto

*AR. unicus, ut dictum. AE. C.*

*II. Gades municipium.*

Refert Dio<sup>p</sup>): Julium Caesarem V. C. 705. post eversos in Hispania Pompeji duces Afranium et Petrejum Gades profectum Gaditanos omnes civitate donasse, quod deinde beneficium populus ratum habuit. Coloniam, contra quam aliquibus virum, nunquam fuisse, diserte probat Florezius<sup>q</sup>).

*Autonomus insignis apud Florezium.*

*MVN. Spica jacens. ¶ GADES. Piscis.*

Numus hic veterem adhuc monetae Hispaniensis modum imitatur, et est unicus, qui totum urbis nomen GADES exprimit. Narrante Festo Avieno<sup>r</sup>) vetustissimo aevo dicta fuit Cotinussa, a Tyriis Tarteffus, a Poenis Gadir, quod vocabulum in eorum lingua septum significat, atque idem nomen constituit epigraphe Phoeniciā in numis prioris classis, ut dicetur in moneta Phoeniciae inscripta, unde natum Latinorum Gades.

Inter autonomos referri etiam possunt sequentes:

*Caput Herculis leonis exuvii tectum,  
ad cuius collum clava. ¶ BALBVS. PONT.  
Instrumenta pontificalia. AE. m. m.*

*Eadem adversa. ¶ Sine epigrapho.  
Templum 4. col. intra lauream. AE. m. m.  
(Florez. tab. LIV.)*

<sup>i)</sup> Tab. XXVII. et LIV. <sup>j)</sup> de la lengua de los Fenic. inde a pag. 373. <sup>l)</sup> de exped. Alex. L II. c. 16. <sup>m)</sup> Punic. III. 20. <sup>n)</sup> Vit. Apollon. L VI. c. 5. <sup>o)</sup> L. c. p. 373. <sup>p)</sup> L. XLII. § 24. <sup>q)</sup> T. II. p. 431. <sup>r)</sup> descript. orb. v. 612.

Balborum nomen Gadibus illustre fuit. Horum primitus Cornelius Balbus Gadicitanus a Pompejo M. civitate donatus ob praefitam in bello Sertoriano operam, eorum, qui extra Italiam nati sunt, primus consul fuit V. C. 714., cuius vitam scriptit Nauzeus <sup>1)</sup>. Patruus fuit ejus Cornelii Balbi, qui procos. Africæ de victis Garamantis externorum primus triumphavit V. C. 735. Vide de utroque Dionem, Plinium, et denarios gentis Corneliae Balborum. Balbus in hoc nummo memoratus haud dubie est horum posterior propter additum PONTifex, nam de hoc ait Vellejus <sup>2)</sup> eum in triumphum et pontificatum assurrexisse. Hunc igitur civem suum Gaditani tanquam patronum urbis suæ in moneta venerati sunt, cuius plura mox exempla dabuntur. Numus alter Herculis templum exhibet, quod, ut supra diximus, Gadibus stetit.

Numi hi, ut et sequentium fere omnes, urbis nomen dissimulant, sed invictis argumentis comprobavit Florezius, hos, et qui sequentur, omnes Gadibus tribuendos <sup>3)</sup>.

#### Æ. RRRR.

*Imperatorii* municipii Gadium omnes imperante Augusto signati sunt, et offerunt capitá, vel nomen Augusti, M. Agrippae ejusque filiorum Caji et Lucii, tum et Tiberii, quos nunc ordine proponam.

#### Augusti.

*Caput Herculis, ut in praecedentibus.* X AVGVSTVS. DIVI. F. Fulmen alatum. Æ. m. m.

*Eadem adverfa.* X PONTIFEX. MA. XIMVS. Instrumenia pontificalia. Æ. I. AVGVSTVS. Hujus caput laureatum. X Sine epigraphe. Templum 4. col. intra lauream. Æ. m. m. (Florez. tab. LIV.)

*Eadem adverfa.* X Sine epigraphe. Capita nuda et averfa Caji et Lucii Caess. intra lauream. Æ. m. m. (Florez. l. c.)

In numo I. Gaditani Augusto fulmen tribuunt velut Jovi terrestri. In numo IL eidem pontificatum maximum gratulantur. Lepido vita functo aditum. In III. propinatur templum Herculis, quod mox in autonomo conspeximus. In IV. capita Caji et Lucii Agrippae filiorum, quos in gentem suam adoptavit Augustus.

#### M. Agrippae.

*Caput Herculis, ut in praecedentibus.* X M. AGRIPPA. COS. III. MVNICIPI. PARENTS. Acrostolium. Æ. I.

AGRIPPA. *Caput Agrippae nudum, vel corona navali redimitum.* MVNICIPI. PARENTS. *vel:* MVNICI. GA. PATRON. *vel:* MVNICIP. PATRONVS. PARENTS. *Acrostolium.* Æ. m. m. et I. (Florez. loco suo, et tab. LXII.)

De his numis hoc loco observanda sunt: Gaditanos satis sibi urbem suam indicasse visos espresso solo MVNICIPI nomine, et dissimulata plerumque ipsarum Gadium mentione, sive quod numi ipsi jam per alias suas causas esse se Gaditanos sunt profecti, sive quod Gades οὔτε ἔχει Baeticae municipium dictae fuere, Lege de hoc arguento Florezium <sup>4)</sup>.

<sup>1)</sup> B. L. Tom. XIX. p. 327.

<sup>2)</sup> L. II. c. 51.

<sup>3)</sup> Tom. II. p. 432.

<sup>4)</sup> Tom. II. p. 449.

Dicitur Agrippa MVNICIPI. PATRONVS, vel PARENTS, vel juncto utroque PATRONVS PARENTS. De natura harum appellationum, quae sunt etiam in numis Paestri Lucaniae, et urgium Bithyniae, vide quae dicentur alibi.

Acrostolium videri posset ad ludere ad vires Gaditanorum maritimas; verum cum illud in unius Agrippae numis proponi videam, dubium non est, illud referri ad victorias ejus de Sex. Pompeo et M. Antonio mari relatas.

\* \* \*

**Tiberii.**

*Caput Herculis, ut in praecedentibus.* ☈ TI. CLAVDIVS. vel: TI. CLAVDIVS. NERO. Simpulum. AE. I. (Florez. tab. LIV.)

NERO. *Caput Tiberii nudum.* ☈ TI. CLAVDIVS. Simpulum. AE. m. m.

*Caput Augusti nudum.* ☈ TI. CLAVDIVS. Simpulum.

Mortuo Agrippa videntur Gaditani patronum sibi delegisse Tiberium. Numi citati cui certe sunt vivo adhuc Augusto, et quidem ante annum V. C. 757., nam hoc demum anno abjectis Claudi Nero-nis nominibus, quod ab Augusto adoptatus esset, dici coepit TIBERIVS CAE-SAR. Simpulum Tiberii pontificatum notat. Vide de his plura in ejus numis com-matis, Latini.

AE. RRR.

**ILIBERIS.**

Nunc Granata. Fuit municipium te-ribus marmoribus.

*Autonomi tantum:*

*Caput virile incertum.* ☈ ILIBER-

RIS. in alio: LIBER. *Sphinx.* (Florez. T. III. tab. LXII. LXIII.)

Plinius: *Iliberi, quod Liberini,* at numerus duplicat R, perinde ac *Calagurris, Gracurris.* Nomen alterum LIBER vide-tur fluxisse ex Plinii *Liberini.*

AE. RRR.

**ILIPA.**

De ejus situ eruditis proxime non convenit.

*Autonomi omnes.* (Florez. loco suo, et tab. LIV. LXIII.)

*Epigraphe:* ILIPENSE. subjecta non nunquam litera A. In uno monetarius et laboris sibi et temporis lucrum quae-sivit scripto IL. SE omillis litteris mediis. Sub-auditur vero *municipium.*

*Typi fere constantes: hinc pīscis im-minente superne sacre lunula, additis non-nunquam binis astris, inde spica.*

Hujus municipii numi olim variis ur-bibus tributi fuere a viris palaestrae no-strae summis, et a majore horum parte Philippis Macedoniae, dum Norisio prae-eunte eos sibi Ilipa nostra vindicaret. Vi-de Mediobarbum pag. 48.

AE. R.

**ILIPLA.**

Creditur stetisse, ubi nunc est Niebla; sed vereor, ut *Ilipam* praecedentem, Pto-lemai *Ilipalam*, et praesentium numi-rum *Iliplam* satis adcurate discreverit Florezius.

*Autonomi:*

*Eques armatus citato cursu, infra solitarium A et lunula.* ☈ ILIPLA. scri-ptum inter duas spicas jacentes parallelo situ.

AE. RRR.

## B A E T I C A.

25

### ILITVRGI.

In vicinia hodierni *Andujar*, Scipio-nis olim victorias morata et eversa ex ruderibus iterum emerit.

*Autonomi*: (Florez. T. III. tab. LXIII.)

*Caput virile laureatum. X ILITVR-GI. Eques armatus citato cursu.*

*Caput simile, præ quo lunula et duo astra. X Epigraphe constans binis versibus, quorum superior ILOITVR, inferior ES-NEG. Spica jacens.*

Insolens est in numo altero OI scriptum pro I, sed majus monetario dedecus est το ὑσερον προτερον versus inferioris, scripto ESNEG. pro GENSE., quod con-junctum cum ILOITVR efficit ILOI-TVRGENSE, id est: *municipium*. Plinius: *Illiturgi, quod Forum Julium.*

X. RRR.

### ILVRCO.

Prope hodiernam *Granatayi*, oppi-dum soli Plinio memoratum.

*Autonomum unicum obtulit Flore-zius:*

*ILVRCON. Caput virile nudum. X*

*Caput virile nudum.*

Numus est operis veteris et informis, et incertum, quorum sint capita in eo extantia.

X. RRR.

### IPAGRO.

Prope hodiernum *Aguilar*, ex Anto-nini itinerario cognita.

*Autonomus apud Florezium: (Tom. II. tab. LIV. n. 12.)*

*IPAGRO. Caput barbatum incer-tum. X Victoria stans.*

X. unicus.

### ITALICA.

In vicinia Hispalis. Nominis origi-nem prodit Appianus <sup>y</sup>): *Scipio milites vulneribus invalidos in urbe collocavit, quam ab Italia ITALICAM appellavit.* Factum istud circa medium saeculi XVI, ab V. C. Vrbs natalibus Trajani, Hadriani, Theodosii M., et secundum ali-quos C. Silii poetae consularis clara.

*Autonomi ignoti.*

*Imperatorii cum capitibus Augusti seu vivi seu mortui,Juliae, Tiberii, ejus-que filiorum Drusi et Germanici.*

*Epigraphe: MVN. ITAL. MVNIC. ITALIC. vel similiter. Mansit municipium usque in Hadriani imperium, a quo colo-niae jura petiit, impetravitque <sup>z</sup>).*

*Typi:*

*ROMA. Vir militaris stans, in numo Augusti.*

*GEN. POP. ROM. Vir togatus et vo-latus stans d. pateram, humi globus, ejusdem.*

*Lupa geminos lactans, ejusdem.*

*Aquila legionaria cum vexillo inter duo signa militaria, in numis Germanici et Drusi.*

Hi numi Italicae exortum et cum Roma metropoli nexum, de quo mox egimus, indicant, neque explicatione magnopere indigent. Singularis est typus lupae lactantis unico hoc in moneta Hi-spaniensí exemplo, cum obvius sit in

y) Hispan. L. VI. c. 38.

z) Gellius L. XVI. c. 13.

aliarum provinciarum coloniis municipiisque. Quo pacto is aduersetur Harduino, vide apud Florezium; nam tamen adhuc refutare miram ejus viri sententiam, quam falsam esse etiam citra praestantem hunc numum pridem constituit. Numi postremi ad originem urbis, constitutis in ea militibus sauciis, typo vexillorum adulidunt.

*Augusti.*

*Capricornus cum gubernaculo, cornu copiae, globus, obvius etiam typus in moneta Augusti commatis Romani, quam vide.*

*D. Augusti.*

*Ara, addita epigraphe PROVIDENT. vel PROVIDENTIA. AVGVSTI., cum capite vel Augusti, vel Tiberii.*

Typus captus ex obviis numis Romanis Augusti consecrati. Non mihi convenit cum Florelio, in numis iis, in quorum antica Tiberii caput est, indicari aram Providentiae Tiberii honori consecratam.

*Juliae.*

*IVLIA. AVGVSTA. Ipsa velata sedens dextera extenta cor, s. hastam, in numo Augusti consecrati.*

Adeo hunc numum nitidum integrumque spondet Florelius, ut adfirmare non dubitet, illud, quod figura sedens dextera porrigit, certissimum esse cor, quantumcunque istud insolens videri possit. Quare existimat, Julianam oblata nobiliore hac corporis interni parte, qua residere amorem fingimus; suum in Augustum mortuum affectum, cuius caput

pars adversa obtinet, velle testari. At enim cor, consideratum ut amoris symbolum, res novicia est, et ab sequioris aetatis ingenii inventum, olim forte a poetis ad amoris significationem translatum: ad monumenta vetera quod attinet, eorum aliquod cuperem exemplum produci. Credam verius esse pateram, et sic, quod saepe factum, quounque casu deformatam, ut possit cordis speciem praebere; et tum habebimus Julianam Vestae ritu propositam, ut in numis aliis five Romani, five peregrini commatis, quos dabimus in moneta Liviae seu Juliae Augustae.

PERMISSU AVGUSTI numis omnibus inscriptum legitur.

Numos Concordiae cum Bilibili vide in numis Bilbilis Tarragonensis.

*Æ. RR.*

*ITVCI.*

Noꝝ satis explorati situs. Plinius: *Ituci, quae Virtus Julia, eamque in coloniis immunibus numerat, sed quo nomine numos non habemus.*

*Autonomi sunt omnes.*

*Epigraphe in omnibus eadem, solo ITVCI., in uno veterem Hispanensem reperit Florezius.*

*Typi: Eques armatus, spicae, piscis, additis nonnunquam aq[ua]ris solis et lunae, et A solitario.*

*Æ. RR.*

*IVLIA.*

Olim, ubi nunc *Antequera et Lucena* versus Cordubam. Plinius: *Julia, quae Fidentia,*

Florenzius numum unicum, sed eum singularem proposuit: (Tom. III. tab. LXIII. n. 6.)

**PRINCIPI. LEG. IX. Caput virile juvenile nudum. X COLONIA. IVLIA. IIVR. Duo boves aratro juncti.**

Principem legionis in nullo adhuc numo expressum constat, praeterquam in praesente, sed etiam unico hoc ejus merito. Nam quis sit is, qui dedicandi formula princeps legionis IX. dicitur, et cuius juxta effigies proponitur, incertum. Florenzius ipsius Caesaris putat, sed ab ludunt lineamenta, si numi ectypon non fallit. Reliquis conjecturis consultius abstinen- dum puto.

Æ. unicus.

#### L A E L I A.

Situ non satis certo. Memoratur Ptolemaeo, sed de nominis origine nihil constat. Numos vide apud Florenzium loco suo, tum et tabb. LV. et LXIII.

*Autonomi* inscriptione sola ei con- stante LAELIA, in unico LAELLIA ge- minato L, in nonnullis additur solitum in hoc tractu, et solitarium A.

*Typi: Eques armatus citato cursu, spicae, rami, palma arbor.*

Æ. RR.

*Imperatorios habemus cum capitibus Augusti, Tiberii, et Lucii Caesaris. Ty- pi iidem, qui in autonomis.*

Æ. RRR.

#### L A S T I G I.

Hodierna Zahara creditur, Oppidum jam ex Plinio cognitum.

*Autonomi omnes.*

*Epigrapha: LASTIGI.* Sitne numus solo LAS. notatus, tum et alter LAS. CV. serius Flotezio repertus (Tom. III. tab. LXIII.) ejusdem urbis, dubitem.

*Typi: Caput Martis, et binae spicae jacentes situ parallelo.*

Æ. RRR.

#### M I R O B R I G A.

Hodie Capilla, municipium teste mar- more Gruteriano <sup>a)</sup>). Ad hanc Mirobrigam (alia enim fuit Lusitanicae) refert

*Autonomum Florenzius:* (Tom. III. tab. 63. 10.)

*Caput Martis. X MIROBRI -- Eques armatus citato cursu.*

Æ. RRR.

#### M V N D A.

Retento primaevi nomine. Vrbs a postrema J. Caesaris victoria nobilis, quae victori orbis terrarum imperium peperit.

*Autonomus Florenzio sero cognitus:* (Tom. III. tab. LXIII. 11.)

*Caput nudum barbatum, incertum cu- jus. X MVNDA. Sphinx.*

Insignis alias editus ex museo Hunte- ri: (Tab. 38. n. XIV.)

*MVN. Spica, in area A. X L. AP. DE -- Piscis.*

De inscripto magistratu vide quae di- centur in numis vicinae Vrsonis.

Æ. RRR.

#### M V R G I.

Fuit Plinio teste urbs hoc nomine ad mare, et Tarragonensis fines posita. Aucto- res alii quoad situm variant, aut plura fue- runt in hac provincia hoc nomine oppi- da. Vide Florenzium.

a) pag. 257. 2.

(Vol. I.)

*Autonomus apud eundem : (Tom. III. tab. LXIV.)*

*Caput virile laureatum. ☰ MVRCI.*

*Eques citato cursu d. palmae ramum.*

Oblervat Florezius, in urbis nomine literam M esse manifestam, ne quis forte pro MVRCI legendum ILITVRCI existimet, tanto proniore dubio, quod et Ilturgis numus equitem offerat.

Æ. RRRR.

#### NEBRISA.

Nunc Lebrija. Autonqum inscriptum NA. et typo cervi huc vocat Florezius b) sola inductus ratione, quod unus alterve similis numus hoc loco repertus est. Quae sola ratio ut valere possit, metuo. Non videntur voluisse Nebrisenses urbis suae vocabulum prima et ultima litera NA indicare, quod tamen contendit Florezius, et cervi typus a reliqua Hispaniae moneta exulat. Quantum ex omnibus hujus numi caulis consulto ectypo conjicio, videtur in moneta Gallica putandus.

NEMA.

Oppidum geographis veteribus praeteritum, notum tamen ex marmore Hispanensi, quod C. Aelio Accito lintrariorum omnium patrono lintrarii NEMENSES posuerunt c). Marmoris praecionum confirmat nuac quoque

*Autonomus Florezio serius cognitus : (Tom. III. p. 100.)*

*Caput nudum barbatum, pone spica. ☰ NEMA. Delphinus et pisces.*

Æ. RRRR.

#### OBVLCO.

Nunc Porcuna. Plinius : *in mediterraneo*

*neo Obulco, quod Pontificense appellatur. Fuisse municipium, docent marmora a Florezio citata.*

*Autonomi sunt omnes, iisque copiosi, quos proposuit Florezius loco suo, tum et tabb. LV. et LXIV.*

*Numi vetustioris aevi.*

*OBVLCO. Caput muliebre. ☰ Epigraphe Hispaniensis plerumque duorum versuum, inter aratrum et spicam. Æ. in. m. item I. et II.*

*OBVLCO. Caput muliebre, pone quod in nonnullis CX. vel XC. ☰ L. AIMIL. M. IVN. AID. inter aratrum et spicam. Æ. I.*

Opus in his rudius, epigraphe Hispaniensis, tum et repetitus archaismus scripto AI pro AE remotiori hos numos aetati vindicant. Caput muliebre aliis Veneris, aliis Isidis, aliis, sed inique, Liviae visum. Aratrum et spica, in sequentibus etiam numis obvia, certa sunt felicis in vicinia agriculturae indicia. CX vel XC, quod capiti muliebri adstitui dixi, varias explicationes expertum est, aliis litteras veteris alphabeti, aliis numeros Latinorum, aliis notas monetariorum conjiciuntibus, dubio inter haec ipso Florezio. Mihi verius astra solis et lunae videntur in numis urbium Baeticae obvia.

*Numi recentioris aevi.*

*ILNO. Caput muliebre intra lauream. V. V. N. OBVLCO. Eques armatus intra lauream.*

Epigraphe anticae incerti est explicatus. Siglae aversae, cujus similes sunt etiam in numis Toleti, commode leguntur Vrbs

b) Tom. III. p. 98.

c) Grut. p. 345. 4.

*Victrix Nobilis OBVLCO praeceuntibus nūmis Oscae.*

OBVL. NIC. vel NIG. *Caput Apollinis* cum variis averfis.

In explicandis additis his litteris multum se torsit Florezius, eventu, ut patuit, infelice.

*Typi reliqui: Eques armatus, — Caput equi. Ξ Aper, — Aquila Ξ Bos. — Spica inter aratum, et jugum, quod bus arantibus illigatur.* In explicandis his typis nimium saepe conjecturis indulxit Florezius.

*Magistratus.* Aediles addito AID. indicati, ut vidimus. Forte etiam hos notant barbara vocabula ANSANI. SISIREN., quae leguntur in nummo Florezii<sup>d)</sup>.

Æ. C.

#### ONVBA.

*Hodie Huelva.*

*Autonomos binos, sed simillimos* de-  
dit Florezius.

C. AELI. Q. PVBLILI. *Caput Martis.* Ξ ONVBA. *Duae spicas jacentes* situ parallelo.

*Magistratus* in his numis notatos C. Aelium et Q. Publiliū fuisse Ilviros Onubae five coloniae five municipii, verisimile est.

Æ. RRR.

#### ORIPPO.

*Hodiernum Dos Hermanas.*

*Autonomi* apud Florezium lodo suo, et T. III. tab. LXIV.

*Epigraphe ORIPPO.* in alio: ORI-

PENSE. sed de qua lectione non nihil dubitat Florezius. (T. III. p. 105.)

*Typi: Bos stans, vel in genua anteriores* situ tranquillo procumbens, vel cornu-  
peta, in nonnullis superne lunula.

Æ. RRR.

#### OSCA.

Oscam Baeticae prodidere Plinius et Ptolemaeus diversam a celebriore altera Tarraconenſis, cuius infra dabuntur nummi. Ejus tamen situs non satis exploratus.

*Autonomum vulgavit Florezius:* (Tom. III. tab. LXIV. n. 12.)

*OSCA. Caput virile diadematum.* Ξ Sphinx, juxta astrum.

Jurē vir eruditus numum hunc Oscae Baeticae tribuit, quia nihil illi cum nummis Oscae Tarraconenſis, quorum magnum habemus numerum, convenit, at proxime spectata fabrica et typo cum nummis Baeticae.

Alium addidit Florezius typo equi currentis, sed quem rectius Oscae Tarraconenſi tribuendum, in hujus moneta dicetur.

Æ. RRRR.

#### OSET.

*Vērsus Hispalim, Baeti utramque* di-  
rimente.

*Autonomi* tantum proditi.

*Epigraphe: OSET. OSSET. OSSHT.*

*Typi: in antica: caput virile incertum,* ut plerumque in autonomis; in aversa: *vir nudus stans d. botrum, f. cornucopiae.*

In horum uno comparet signum incusum constans literis CON., quas explet Florezius CONstantia, nempe secundum

d) Tab. LXIV. 6.

verba Plinii: *Offit, quod cognominatur Julia CONSTANTIA.*

Antonius Augustinus in simili suo legit COSSET., eumque adeo in Cossetanis, in quibus sita Tarraco, natum credidit<sup>e)</sup>, quem deinde secutus est Harduinus. Liebeus item in suo legit COSSET., fed quas ille literas dividendo effecit Colonia OSSET.<sup>f)</sup> Florezius utrumque falli arbitratur, atque in his perinde, atque aliis suis legi tantum OSSET.

Æ. R.

#### PATRICIA.

Vide CORDVBA.

#### ROMVLA.

Vetere nomine *Hispalis*, dicta subinde *Romula*, vel *colonia Romulenfis*. Plinius: *Hispalis colonia, cognomine Romulenfis*. Et S. Isidorus<sup>g)</sup>: *Hispalim Caesar Julius condidit, quam ex suo nomine et Romae urbis vocabulo Julian Romulam concupavit*. Vrbs hodie *Seville* nomine notissima. Numi tantum

*Coloniae Romulenfis nomine sunt cogniti, et tantum*

*Imperatorii cum capitibus Augusti, Tiberii, aliorumque ex Caesarum domo.*

*Epigraphe* constans: COL. ROM., addito etiam constanter PERMISU AVGUSTI, signandae videlicet monetæ.

#### Typi:

*Caput Augusti nudum. X Cornucopiae, globus, gubernaculum.*

Vnicus hic est numus Augusto vivo signatus.

#### Caput Augusti radiatum inminente

e) Dial. VII.

f) Goth. num. p. 193.

astro solis. X IVLIA. AVGUSTA. GENTRIX. ORBIS. Caput uxoris Liviae, postea Juliae laureatum globo impositum, superne lunula. Æ. m. m.

De hoc numo, extremæ infaniae teste, vide, quae dicentur in moneta Liviae Romanae.

*Caput Tiberi. X Epigraphe et capita nuda se respicientia filiorum Caesarum Germanici et Druſi.*

*Caput Tiberii. X Epigraphe et capita se respicientia Juliac matris, et Druſi filii.*

*Epigraphe et caput nudum Germanici. X Clypeus votivus intra lauram.*

*Caput Tiberii. X Capita nuda se respicientia Neronis et Druſi, filiorum Germanici.*

Numos hos descripsiſſe satis esto, quia nihil continent, quod coloniae Romulenfis posset historiam illustrare. Reliqua ex historia et numis Romanis sunt cognita.

Æ. R.

#### SACILI.

Ad Baetim in vicinia Cordubae, veteribus etiam geographis cognitum.

*Autonomos tres, sed exiguo inter se discrimine, protulit Florezius.*

*SACILI. Caput virile ignotum. X Equus gradiens, infra quem in omnibus tribus L.*

*Caput anticae Florezius Panos putat, sed conjecturis violentis.*

Æ. RRR.

**SALPESA.**

Videtur esse eadem, quae Plinio dicitur *Alpeſa* circa hodiernum *Facialcazar*, ubi etiam repertum marmor: **ORDO. MVNICIPI. FLAVI. SALPESANI**<sup>b)</sup>.

**Autonomus:**

**SALPESA.** *Caput Apollinis* (ut visum Florezio) intra lauream. **X.** *Substructio trium columnarum, lyra, pharetra, arous.*

**E. RRRR.****SEARO.**

In conventū Hispaleos, a Plinio et in marmoribus dictum *Siarum contra fidem numerorum.*

*Autonomi* tres a Florezio proditi loco suo, et Tom. III. tab. LXV.

**Epigraphe constans SEARO.**

*Typi: Capita in singulis variant, Herculis, Martis, virile ignotum. In aversa duae spicae jacentes et parallelae.*

**E. RRR.****SISAPO.**

Hodie *Gundaloanal*, ab argenti fodinis celebre teste Strabone.

*Autonomus* apud Florezium: (Tom. III. tab. LXVI.)

*Caput virile nudum.* **X SISAPO.** *Aper, ut visum Florezio.*

**E. RRRR.****TARTESSVS.**

*Autonomum* singularem Florezius vulgavit: (Tom. III. tab. LXVI.)

*Caput virile nudum.* **X TARTES.** *Spira et piscis situ parallelo.*

Quisquis hactenus modum, omnesque causas monetae Baeticae vedit, nequaquam dubitabit, numo praesenti Baeti-

cam patriam constitueret. Addidit etiam nomen *Tartessi*, urbis in extremum occidentem positae, et saepenumero poetis memoratae. Strabo, Plinius, aliquique, qui aetatis suae geographiam scripseret, aut veterem Tartessum interisse scribunt, aut amissu vetere nomine in Gades, vel Carteiam, nam utrumque proditum, migrasse. Atque hanc causam pridem discussam a Salmasio et Bocharto revocarunt Florezius in praesentis numi explicatione, eruditii Nauzeus, et Anvillius, academicus Parisini<sup>i)</sup>, majore credo nisu, quam veri eruendi spe. Gades ergo referendumnum hoc conjicit Florezius, quae teste Plinio Latinis *Tartessus* dicebantur. Arbitrentur, ad quorum salivam conjecturae faciunt.

**E. unicus.****TRADUCTA.**

Ex auctoribus veteribus binas Traductas eruimus, uno Herculis freto di- remptas. Harum una in Baetica stetit teſte Strabone<sup>j</sup> (L. III. p. m. 205.) οὐ δέ καὶ Ζελης της Τιγρύδος ἀγνωστῶν, ἀλλα μετανοσαν ταῦτη εἰς τὴν περιάλια Ρωμαῖοι, καὶ ἐκ της Τιγρύδος προσθετόντες τοιαστὸν επερφάν δέ καὶ πιρ' ἔστεντες εἴδισες, καὶ ὠνομάσαν Ἰσλιανοὺς την πολιν. Erat vero et urbs Zeles urbi Tingi vicina, sed transtulerunt eam Romanī de oram oppositam, additis ex Tingio aliquibus, tum et ex suis colonos eo miscerunt, urbique nomen fecerunt *Juliae Iosephae*. Nescio, qui factum, ut vir summus Casaubonus verba ιης την περιαν verteret in oppositam *Mauritaniam*, nulla adeo causa vocabulum *Mauritaniam* inferendo.

b) Muratori pag. 1107.

i) B. L. Tom. XXX. pag. 97. et 113.

quod in textu Graeco abest, cum ea verba reddenda sint: *in oppositam regionem transmarinam*, aut similiter, id est: Baeticam. Nomine *Juliae Jozae* aliam Straboni urbem non intellectam, quam Julianum Traductam, ex ipso vocabuli etymo eruitur; nam Ιωζα Hebracis, ut jam observavit Bochartus, significat *egressus est*; quare Zeletanis novis colonis, qui ipsi teste Mela<sup>k)</sup> Phoenices fuere, ea Baeticæ urbs dicta fuit *Jozæ*, colonis vero Italæ *Traducta*. Vtriusque vocabuli cum una esset significatio, Strabo absque errore unum pro altero capere potuit, ut revera nomine Phoenicio *Jozæ* pro Latino *Traducta* usus est. *Transductæ Baeticæ* meminere etiam Ptolemaeus, Marcianus Heracleota, et Anonymus Ravennas, atque eam stabilunt quoque numi, ut dicetur. Ejus situm Florezius prope Carteiam, et ad hodiernum *Algeciras* figit.

De Traducta oppositæ Mauretaniae Plinius<sup>l)</sup>: *Nunc est Tingi, quondam ab Antaco conditum, postea a Claudio Cæsare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia*. Plinio certe, res aetate sua gestas persequenti, et qui res Baeticæ ipse procuravit, omnis habenda fides.

Binas ergo certas habemus Traductas, Baeticæ unam, alteram Mauretaniae, quod notasse ad praesentem causam satis esse existimò, quia animus sit disoutere annosam litem, qua viri eruditæ citatum Plinii locum, tum et Melæ loca laudato patriam Tingitoram, quæ nonnullis eadem

verunt, de qua copiose actum a Norio<sup>m)</sup>, Nauzeo<sup>n)</sup>, Florezio<sup>o)</sup>, et paucis a Cellario<sup>p)</sup>.

Antequam comprobo, numos inscritos IVL. TRAD. esse Traductæ Baeticæ, juverit praemittere eorum descriptionem.

*Imperatorii* sunt omnes, omnes cum capite five Augusti, five filiorum Caii et Lucii Caesarum, addito constanter in numis Augusti PERM. CAES. AVG.

*Epigraphæ*: IVL. TRA. vel: IVLIA. TRAD.

*Typi* aversæ: hi in numis Augusti repræsentant ea, quæ ad hunc ipsum pertinent, ut *corona querua*, *instrumenta pontificalia* causa pontificatus maximi, *capita aversa et nuda Caii et Lucii*. At in horum numis *spica horizontali* situ, vel *butrus*.

Mentio PERMISSUS AVGUSTI, capita ad occipitum oppôsta, spica situ horizontali, instrumenta pontificalia, modum monetæ Baeticum arguunt, et dubitare adeo non sinunt, numos hos in urbe Baetica signatos. Spanhemius et Patinus a Norio citati<sup>q)</sup> diferte adfirmarunt, hos numos esse Traductæ Mauretaniae; at cum viderent in his numis prōponi caput Augusti, Plinius vero adserat, hanc Afri- cae Traductam serius a Claudio constitutam, errorem in Plinii codicibus suspiciati, pro Claudio Cæsare legendum C. Julio Cæsare conjecterunt. At enim praetercum Traducta Baeticæ est visa, solumta-

k) L. H. c. 6. l) L. V. c. 1. m) Cenot. Pil. diss. II. c. 1. n) Mem. B. L. Tom. XXX. p. 400.  
o) Hisp. sacra T. X. p. 50. p) in Traducta Baet. q) l. c.

Claudii conspirant, certum est, a Julio Caesare eam coloniam deduci non potuisse, quia, quoad is vixit, Mauretania Bogudi regi paruit, quod ex veterum testimoniis copiose probat Norisius. His ergo numis quaerenda urbs sita in tractu Romanis subjecto, qualis fuit Baetica, et in qua fuisse oppidum Traductae nomine, satis, ut vidimus, constat, et quidem secundum citatum Strabonis testimonium ab Augusto conditum, cuius aevum numi quoque eloquuntur. Quod *Julia* tantum dicitur, Julium Caesarem conditorem non arguit; nam quo loco urbes imperatorum nomina ferentes recensebimus, plura dabimus exempla urbium tantum Julianarum, et si eas condidit Augustus. Ceterum ad me jam non pertinere existimo expedire dubia, quae eruditis objecit citatus Plinii locus, adserentis, Tingi a Claudio deductam coloniam nomine *Juliae Traductae*. Vide conjecturas apud laudatos auctores, ac praecipue Norisium et Nauzeum.

Idem Nauzeus existimat, Augustum Traductae suae non coloniae, sed municipii tantum jura tribuisse. Non fuisse coloniam, non satis tuto vir eruditus ex silentio Strabonis et numorum arguit. Carteia in Traductae nostra conspectu posita, certa fuit colonia, nunquam tamen coloniam sese in numerosa sua moneta profitetur. Possem addere plura exempla alia ex numis coloniarum Hispaniae, Italiæ, Siciliae. Municipium vero tantum fuisse, nullo argumento comprobatur. Municipii tamen conditionem videtur argue-

re signum incusum DD., quod observo in numero primo Traductae a Florezio edito. Dicemus in tractatu de coloniis <sup>1)</sup>, notam DD., qua Decretum Decurionum indicatur, forma signi incusi hactenus a me tantum in numis municipiorum observatam. Neque obest, homines Romanos una cum Zeletanis et Tingitanis ab Augusto huc missos a Strabone dici ἔποντες, *colonos*, nam certum est, etiam municipes dictos fuisse colonos. Ita Livius de Emporiis Tarragonensis <sup>2)</sup>: *Tertium genus, Romani coloni ab Divo Caesare post devictos Pompeji liberos adjecti*, et tamen Emporiae ex scriptoribus et numis municipii tantum nomine cognitae sunt.

Æ. RR.

#### TVCCI.

Hodie *Martos*. Aspernandus numus is, quem citat Harduin ex Golzio. Tamen testatur Florezius <sup>3)</sup>, ab erudito quodam editum numum, sed quem ipse nunquam viderit, hujus tenoris:

*Caput opere barbaro. ¶ TVCCI per medium numi scriptum, hinc spica, indaramus oleae.*

Modus numi plane ex ingenio Baeticō omnem huic cimelio fidem conciliat.

Æ. RRRR.

#### VENTIPO.

Auctor incertus *de bello Hispaniensis* omnium veterum solus oppidi hujus meminit, scripti *Ventisponte*, *Ventiponte*, et similiter <sup>4)</sup>. Ex ejus oratione colligitur, non longe Hispali abfuisse, et in qua vicinia repertum marmor vulgavit Florezius, in quo leguntur: EQVITIVS VEN-

<sup>1)</sup> cap. V. § 6.

<sup>2)</sup> L. XXXIV. c. 9.

<sup>3)</sup> Tom. III. p. 124.

<sup>4)</sup> cap. 27.

## TIPONENSIS. et EQVITIA. VENTIPO-NENSIA.

*Autonomum* unicum idem obtulit:

*Caput Martis.* ☰ VENTIPO. *Miles stans curto indutus sago d. hastam inversam.*

Militem dixi, Florezius retiarium, quia hastae pars extima in tridentem exire videtur, quo armorum genere retiarios usos constat. Sed enim nullo mihi pacto videatur verisimile, Ventiponensibus typum ex despecta arena quaesitum, nullo certe alio in moneta Hispaniense exemplo, at militum varie armatorum multa in hac argumenta.

Æ. RRRR.

## VGIA.

Hodie *las Cabezas*. Oppidi mentio fit apud Ptolemaeum, et in itinerario Antonini.

*Autonomum* edidit Florezius: (Tom. III. p. 128.)

*Caput Vulcani, pone forceps.* ☰ VGIA.  
*Camelus, ut videtur.*

Causa propositi in Vgiae numo Vulcani, tum et cum hoc sociati camelii, si modo camelus est, hactenus ignota.

Æ. RRR.

## VLIA.

Vbi hodie *Montemayor* prope Cor-dubam.

*Autonomos* plures colligit Florezius, exiguo omnes discrimine.

*Caput muliebre, prae quo spica vel ramus, infra lunula.* ☰ VLIA. *scriptum intra quadrilaterum, quod duo oleac rami umbiunt.*

Omnis hi numi operis sunt supra mo-

dum hiulci barbarique. Caput anticae esse Isidis profitetur Florezius, quam ille sententiam multis arcessitis conjecturis confirmare adlaborat, v. g. Vlienses Isidem in numis suis proponendo videri ad nomen urbis *Vlia* adlusisse. *Vlii* enim nomen datum fuisse numinibus salutaribus, in quorum utique numero censem tam Isidem. Generatim praestantissimus Florezius in explicandis Hispaniensis monetae typis nimium videtur ab Aegyptiorum mythologia pendere, facili illud quidem effugio, tritoque, cum nos Graeca et Romana destituit.

*Imperatorium* *Vliae* Florezius tantum indicat <sup>1)</sup>, in cuius antica est CAES- et caput virile, in aversa VLIA intra folia querna.

Numum *Concordiae* cum Vrsone vide in numis proximis.

Vide etiam *Ausam* Tarragonensis.

Æ. RR.

## VRSO.

Hodie *Ofuna*. Ejus numos partim

*Autonomos*, partim *Imperatores* non paucos dedit Florezius, quos continuo fine discrimine dabo.

*VRSONE.* Caput virile diadematum, in nonnullis laureatum. In alio: caput muliebre diadematum. In uno: caput virile ejecta lingua. (Tom. III. tab. LXVI. 8.) L. AP. DEC. Q. pro qua epigraphe in aliis litterae veteres Hispanienses. *Sphinx galata alata gradiens.* Æ. I. II.

In plerisque his numis proponi caput

<sup>1)</sup> Tom. III. p. 130.

Augusti, et si rudiore artificis manu, eximmat Florezius, parum motus diadema-  
te, quod plerumque dictum caput ambit,  
quam ille libertatem in colonia venia  
dignam putat. Sed vereor, ne numi simi-  
les operis usque adeo rudis, et quorum  
non pauci litteras Hispanienses exhibent,  
Augusti aetatem praeverant. Ultra non  
urgeo. In capite muliebri suam iterum Isi-  
da videt Florezius. At typus profecto in-  
folens, caput virile linguam turpiter ex-  
serens, cui explicando imparem se profi-  
tetur auctor noster, sic ut neque conjectu-  
rae, quas subjicit, aliquid lucis, quia lon-  
gius petiae, adfundant. Utinam aenigma  
is iudicis solveret Sphinx in ejusdem numi  
parte averfa stabulans.

*Magistratus Quaeſtor.*

L. AP. DEC. obvius in his numis.  
Legit Florezius: *Lucius Apius Decimus,*  
vel *Decius*, nulla certa causa, cum *ἀρχαι-*  
*στα* haec litterae varie expleri possint. Ad-  
dit confidenter, adjectum Q. significare  
Vrsonis coloniae *Quinquennalem*, cui qui-  
dem sententiae non possum subscribere,  
neque reor ipse eam dictasset, si vidisset  
numum Mundae serius in museo Hunte-  
riano vulgatum, in quo idem magistratus  
L. AP. DE. legitur. Neque enim verifi-  
mire, in urbibus diversis fuisse quinquen-  
nalem iisdem prorsus nominibus. Licebit  
igitur statuere, το Q legendum *Quaeſtor*,  
nempe provinciae, et magistratus Roma-

bus, cuius exemplum jam in moneta Cor-  
dubae deditus.

Q. REDECAL. Hic magistratus in-  
scriptus est Vrsonis numo, quem tamen  
Florezius a se non conspectum ex Rode-  
rico Caro citat. Credo, magistratum hunc  
eundem omnino esse, qui frequenter in  
Carteiae numis legitur, sed Q. PEDECAI.  
Ob eandem ergo causam, quam mox me-  
moravi, verisimile est, hunc quoque Q.  
Pedecaum fuisse quaestorem.

VRSONE. *Caput Augusti nudum. X*  
*Vrsus arrectus stans d. pede ramum lauri,*  
*f. coronam tenens.*

Nups hic ad urbis nomen haud du-  
bie adludit. Lauri ramus, et corona,  
quam quernam esse non ambigo, nota  
sunt munera Augusto a senatu oblata. Nu-  
mum tamen hunc Florezius ipse non vi-  
dit, sed fide Morellii, qui eum inter numos  
Augusti tab. XLII. proposuit, descripsit.

VRSONE. *Caput virile. X VLI. quam*  
*epigraphen rami ambiunt.* (Florez. T. III.  
tab. LXVI. 7.)

En tibi *Concordiae* numum inter ci-  
vitates vicinas Vrsonem et Vliam, obviis  
ejus in Graecorum moneta exemplis, sed  
et in Hispaniensi cognitis, ut Bilbilis,  
et Italicae, Dertofae et Hercavoniae, ut  
dicetur.

Æ. R.

## HISPANIA TARRACONENSIS.

### ACCI.

Posita ad fines Baeticae, quo nunc  
loco *Guadix el viejo*. Fuisse illustrem co-  
loniam, numi ipsi docent.

*Imperatorii* omnes, cum capitibus  
Augusti, Tiberii, Caligulae, et Cesarum  
Germanici et Druſi.

*Epigraphe*: COL. ACCI.—COLON.  
ACCI.—C. I. G. A.—COL. IVL. GEM.  
ACCI. In anno, quem ex Vaillantio citat  
Florezius, COL. GEM. ACCI.

IVLIA. Generatim hoc nomen ad Ju-  
lium Caesarem refertur. Quare et Flore-  
zius existimat, ab hoc Julio, non, quod  
aliis visum, ab Augusto huc translatos le-  
gionum veteranos, de quibus mox. At  
enim satis constat, complures fuisse colo-  
nias, quae, certe ab Augusto deductae,  
*Juliae* tantum, neque addito *Augustae*  
nomine, vocatae sunt. Ejus exemplum  
proxime vidimus in moneta Traductae  
Baeticae, et plura alia damus capite de  
urbibus imperatorum sibi nomina adden-  
tibus.

GEMELLA. Sic et Plinius <sup>y)</sup>: *Ex co-  
lonia Accitana Gemellenes*, nempe cives  
Carthaginis conventui adscripti. De cau-  
sa nominis in proximis numis.

*Typi aversarum.*

### LEGIONES.

L. III. *Duae aquilae legionariae in-  
ter duo signa militaria*, in numis D. Au-  
gusti, Tiberii, Caligulae. (Florez.)

LEG. VI. *Duae aquilae legionariae*

*inter duo signa militaria*, in numo Augusti.  
(Florez. ex Morellii Inapp. tab. XXXVIII.  
in Aug.)

LEG. VI. *Aquila legionaria inter duo  
signa militaria*. (Florez ex Vaillant.)

LEG. VI. *Aquila legionaria et vexil-  
lum cum panno quadrato inter duo signa  
militaria*, in numo Augusti. (Florez ex  
Vaillant.)

Haec ergo colonia duas legiones mo-  
netae suae inscripsit, III. et VI. Legionem  
III. *Gallicam* stetisse in Hispania, docet  
Panvinius in imperio Romano, Legionem  
item VI. *Ferratam* ibidem collecatam,  
probant numi *Cesar Augusta*, copiosa  
marmora Hispanica, tum et Tacitus refe-  
rens <sup>z)</sup>: *principem Galbam sextae legionis  
auctoritate factum*. Ab his ergo duabus  
legionibus, quarum aut pars in colonia  
hac stationem habuit, aut veterani a J.  
Caesare vel Augusto huc traducti sunt,  
dubium non est, coloniam Acci dictam  
fuisse *Gemellam*. Vaillantium opinantem,  
eam sic vocatam, quia Augustus huc tra-  
duxerit veteranos duarum legionum sex-  
tarum, legionis VI. *Ferratae*, et VI. *Victrici*,  
copiose et jure refutat Florezius <sup>a)</sup>.

Etsi constet ex ipsis his numis, duas  
in hac colonia legiones stetisse, nunquam  
tamen utriusque eodem in numo fieri  
mentionem videmus, quod tamen Emeri-  
tae, *Cesar Augusta*, et alibi factum, at-  
que istud ne tum quidem fieri, cum pro-  
positae in uno nummo duas aquilae duas  
sine dubio legiones indicant. Vix exillimo,

y) L. III. p. 143.

z) His. L. V. c. 16.

a) T. I. p. 123.

in hoc instituto aliquid reconditum latere, nam quaeri aequi poterit, cur Emeritenses et Caelaraugustani unam tantum aquilam proposuerint, et si illi duas, hi tres legiones memorarent. Magis miror, Florezio domi nullum hujus coloniae numum cum legione VI. conspectum, omnibus iis, quos proponit, ex Vaillantio et Morellio captis, ut indicavi. An propterea de horum fide numorum dubitandum? Nolim equidem istud adserere, et si videam, Florezium per opus suum Vaillantii, Morellii, et qui hujus numos explicavit, Havercampi indiligentiae saepenumero irasci.

*Magistratus Ilviri.*

**GERMANICO ET. DRVSO CAES.**  
IIVIR. *Capita nuda se respicientia Germanici et Druſi*, in numo Tiberii.

Nobilitatem coloniae Acci commendat, quod Caesares ipsi Ilviratum in ea honoris ergo obivere. De Caesaribus per colonias magistratu domestico functis vide tractatum de coloniis.

*A. R.*

### ASTVRICA.

Vrbs Asturum princeps.

*Coloniae nomine numum cum capite Augusti* edidit Vaillantius: COL. AST. AVGSTA. *Colonus arans*, at dubitat, an is sit vel Altæ, vel Astigi Baeticae urbiuum, vel hujus Asturicae. Certior, si modo de ejus fide satis constaret, esset is, quem Cellarius ex Holstenio ad Ortelium citat, inscriptum: COL. ASTVRICA. AMAKVR. AVGSTA., nam Ptolemaeus Alturicam in gente Αμακων, Amatorum, sitam scribit. Hic si non fallit, benter credam, etiam priorem Vaillantii esse Asturicae.

### AVSA.

*Autonomum* edidit Liebeus: (Goth. num. p. 165.)

*Caput muliebre, præ quo ramus, innfra lunula.* X AVSA. *scriptum intra quadrilaterum, quod duo oleae rami ambiunt.*

*Vir eruditus numum hunc tribuit Ausetanis*, qui inter Pyrenæos et Iberum propius mare habiabant. At enim quo jure numum, qui spectatis omnibus causis totus Baeticus est, dabimus populo, tanto regionum intervallo a Baetica distanti? et quod amplius, qui tam planissime Vliae Baeticae numis similis est, ut, nisi AVSA, ut fertur, inscriptum esset, ejusdem esse Vliae dejeraremus. Niſi igitur aliquod numi vitium illusit Liebeo oeterum accutissimo, ut legendum AVSA videretur pro VLIA, necesse est, extitisse aliquam in Baetica Ausam, sed a scriptoribus neglectam, forte quia ignobilem, quae numos suos ad exemplum monetae Vlienisi ferierit. Miror profecto, Liebeanum istud cimelium cognitam Florezii diligentiam in conquirendis ex auctoribus numis patris fugisse.

*A. unicus.*

### BILBILIS.

Municipium multis veterum testimo-niis celebratum, situmque prope hodiernum Calatayud.

*Imperatorii sunt omnes*, Augusti, Ti-berii, Caligulae.

*Epigraphe in antiquioribus: BILBI-LI.* in auferendi casu, ut: VRSONE. CALAGVRKI. etc. in recentioribus: BILBILIS. in recto, denique MVN. AVGSTA. BILBILIS.

AVGVSTA dicitur, atque etiam sic

E 2

dicta poetae Martiali, qui hanc urbem  
natalibus suis illustravit<sup>b)</sup>:

*Municipes Augusta mihi quos Bilbilis  
acri*

*Monte creat.*

*Antiquioris formae sunt:*

**BILBILI.** *Caput virile nudum.* **X**  
**ITALICA.** *Eques armatus citato cursu  
d. hastam.*

Florezius caput anticae esse Augusti  
existimat. Verum mihi id genus numi re-  
motiorem praeferre aetatem videntur, et  
caput illud esse ex ignotis unum, qualia fre-  
quenter in Hispanieni moneta comparent.

Scriptum in averfa ITALICA in va-  
rias sententias eruditos distraxit. Aliis vi-  
sum, eo vocabulo indicari, Bilbilitanos  
in legionibus vel cohortibus Italicis mili-  
tasse; aliis, Bilbili jus Italicum fuisse con-  
cessum. Vtrumque solide refutavit Flore-  
zius, eorumque potius accedit opinioni,  
qui Graecarum urbi exemplo initiam  
Bilbili inter et Italicam concordiam no-  
tari censem. Verum neque haec sententia,  
etsi prioribus longe anteferenda, plane  
arridet. Novi, in nonnullis Hispaniae  
monetae numis juntas binas urbes, v.  
g. Vrsinem cum Vlia, Dertosam cum Iler-  
cavonia, verum hae urbes vicinae fuere,  
at Bilbilis et Italica nimio distabant. Aliud  
igitur additum illud vocabulum indicare  
videtur, quod hactenus ignoramus.

Typus equitis aduldere ad equestre  
Bilbilitanorum studium videtur, nimirum  
teste Martiali<sup>c)</sup>.

*Videbis altam Liciniane Bilbili  
Equis et armis nobilem.*

*Typi reliqui:*

*Fulmen*, in numis Augusti, nimirum  
cum Jove comparati. *Corona querna*, in-  
tra quam in aliis scriptum: II VIR., in  
aliis COS., de quo postremo continuo.

*Consulatus* in binis Tiberii numis no-  
tatus: TI. CAESARE. III. COS., addito  
deinde collega notae sub hoc imperatore  
potentiae: TI. CAESARE. V. L. AELIO.  
SELANO. COS., cuius singularis numi ex-  
plicationem differimus in monetam Tibe-  
rii commatis Romani, quam vide ad an-  
num V. C. 784.

*Magistratus* II viri jam sub Augusto  
inscribi coepit, et deinceps continuati, v.  
g. L. COR. CALDO. L. SEMP. RVL.  
LO. II VIR.

*Æ R.*

#### CAESAR AVGUSTA.

Primaevi nomine *Salduba*. Finito  
bello Cantabrio ab Augusto deducta co-  
lonia, et ab ejus nomine dicta *Caesarau-  
gusta*. Numis præ ceteris Hispaniae ur-  
ibus abundat.

*Imperatorii* sunt omnes, Augustorum,  
Caesarum, aliorumque Augustae domus  
ab Augusto usque ad Caligulam. Nonnula  
de singulis.

*Augustus* tam vivus, quam consecra-  
tus saepe proponitur additis titulis, et ty-  
pis plane ex ingenio monetae Romanae,  
quod observatum etiam ad sequentes valet.

*IMP. AVG. Statua Augusti velata  
togata d. simpulum basi imposita. C. CAES.*

b) L. X. epigr. 103. c) L. 1. epigr. 50.

COS. DES. *Statua C. Caesaris togata basi imposta.* L. CAESAR. *Statua L. Caesaris togata basi imposta.* ea restitutos; nam fuit Agrippa Caligulae avus maternus, Germanicus et Agrippina parentes.

Illustris hujus numi explicationem, quia chronologiam Caesarum eximie illustrat, dabimus in numis Caii et Lucii Caesarum.

Numos Augusti consecratis fuisse imperante Caligula, patet ex inscriptis Ilviris.

*Julia.*

IVLIA. AVGVSTA. *Livia, Augusti uxor, Vestae ritu velata sedens d. pateram, s. hastam.*

Vide hunc, similesque numos explicatos in moneta Liviae Romana.

PIETATIS. AVGVSTAE, Numos binos sic inscriptos eodem loco explicatos dabimus.

*Cajus et Lucius Caess. Agrippae filii.* Vide supra in Augusto.

*Tiberius obvius, atque etiam in illustribus numis L. formae, ipse paludatus in equo, vel, ut in numis Romanis L. formae, togatus sedens d. pateram, s. hastam.*

*Agrippa, Germanicus, Agrippina.*

M. AGRIPPA. L. F. COS. III. *Caput cum corona rostrata.*

GERMANICVS. CAESAR. C. CAESARIS. PATER. *Caput nudum.*

AGRIPPINA. M. F. MAT. C. CAESARIS. AVGVSTI. *Hujus caput.*

Omnium horum numis inscribuntur *Scipio et Montanus vel Titullus et Montanus, Ilviri,* cumque iidem legantur etiam in numis Caligulae, certum est, illos quoque hoc imperante figuatos, et hujus adeo maiores ad observandum principem a Caesaraugustanis in moneta publi-

Agrippa proponitur cum corona rostrata more solito. Hos numos in causa fuisse, cur a Caligula Hispaniae universae ademptum fuerit jus feriundae monetae, multis creditum, sed et refutatum supra in prolegomenis.

Germanicus et Agrippina solitis titulis et cultu:

*Nero et Drusus Caess. Germanici filii.*

NERO. CAESAR. DRVSVS. CAESAR. *Ipsi togati sedentes in sella curulī deuterarē jungunt, in numis Tiberii.*

Numum aliūn vide infra in *Magistratu. Caligula.* Ejus numi obvii.

*Epigrapha: C. C. A. id est: Colonia Caesar Augusta, vel suppresso coloniae nomine: CAESAR. AVG. vel: CAESAR. AVGUSTA.*

Numi, in quorum antica est caput Augusti, in E.C.A. intra lauream, qui a Florezio aliisque Caesaraugustae tributi sunt, restituendi Caesareae ad Paniorum Trachonitidis, ut in hujus urbis numis docebitur.

*Typi:*

*Sacerdos arans, obvius typus in numis coloniarum, de quo agimus in tractatu de coloniis.*

*Legiones:*

LEG. IV. LEG. VI. LEG. X. *Typo trium signorum militarium, de quibus infra, in numis Augusti et Tiberii. (Florez. Tab. VI. 1. Tab. VIII. 8.)*

Memorantur in his numis tres hae legiones, sive quod in hac urbe stationem habuere, ut existimant Seguinus et Harquinus, sive quod in coloniam Caesar Augustam deducti sunt veterani trium harum legionum, ut eensus Vaillantius et Florezius. Legionis IV. veterans per hunc tractum divisos, plura docent monumenta, quae profert Florezius<sup>d)</sup>. Legionem VI: jam vidimus in numis coloniae Acci, et X. in numis Emeritae et Cordubae sive Patriciae.

*Signa militaria:*

LEG. IV. LEG. VI. LEG. X. *Vexillum basi infixum, ex quo pondet pannus quadratus, inter duas perticas basi item infixas, quarum anguli superne amplior quidam orbis affixus est, in numis Augusti et Tiberii. (Florez. II. 10c.)*

*Vexillum unicum cum simili panno basi infixum, in Augthis Augusti.*

*Aquila legionaria fulmata infissus inter duo signa militaria; ex quibus superne prominet manus expansa, in numis Tiberii et Caligulae.*

*Aquila legionaria inter duo signa militaria, cultu simple et solito, in numis Tiberii.*

Varia signorum militarium forma et cultus in numis ejusdem coloniae, et quae non possunt aliorum pertinere, quam ad legiones primi generis numis inscriptas, magnam sine dubio facessunt molestiam iis, qui explicandae variae horum signorum naturae et usui operam impendunt. Mihi satis videntur, eorum formam et varietatem adcurate describere, neque mul-

tum illis explicandis inhaerere, quem Iaborem sibi pridem ex instituto sumperunt alii, conatu, ut exitus docuit, non satis felice. Cujus animus faciliter conjecturas qualescumque admittit, adeat Florezi in hos numos commentarios<sup>e)</sup>.

*Bos sans cum infulis, in numis Augusti, Tiberii, Caligulae.*

Typus hic haud dubie testatur vota pro principum salute suscepta.

*Magistratus:*

*Hviri.* Plerique hujus coloniae numi Hvivorum suorum nomina inscripta offerunt, quos inter memorandi: NERO. CAESAR. DRVSVS. CAESAR. HVIR. C. C. A. Capita nuda se respiciuntia Neronis et Drusi filiorum Germanici, in numo Tiberii.

Honoris nimicium causa Hviratum Caesar Augustae obivere, quod et factum alibi et ab aliis, ut dicatur in tractatu de coloniis.

*Praefecti.* Hi quoque saepius in variis coloniarum sive intra sive extra Hispaniam numis proditi, quo nomine indicantur ii, qui vice Caesaris, honorarii in coloniis Hviri, Hviratum in patria suscepserunt. Ex Caesar Augustae moneta cogniti Junianus Lupus PRAEFECTUS C. CAESARIS, nempe Caligulae nondum Augusti, (Florez. tab. VIII. 2. tab. IX. 3.) Fulvianus PRAEFECTVS forte Tiberii Augusti, certe in ejus numis proditur. (Florez. tab. LI. 9. 10.) Tiberius Flavus PRAEFECTUS GERMANICI, (ibid. tab. VL 1. 4.

d) pag. 191. e) pag. 215. 233. 234..

tab. VII. 9.) sed quem Florezius perperam me judice *praefectum cohortis Germanicae* facit. Verum haec latius a me disputantur in tractatu de coloniis. cap. IV.

PER Missum CAESaris siguandaem monetae in numo unico reperit Florezius, (Tom. III. tab. LX. 4.) unico exemplo in numo urbis Tarracensis provinciae.

A. C.

### CALAGVRHIS.

Calagurres in Hispania citeriore binae fuerunt teste Plinio <sup>f)</sup> una civium Romanorum, *Calagurritanos*, qui *NASSICI cognominantur*, altera stipendiaria, *Calagurritanos*, qui *FIBULARENSSES cognominantur*. Prior sita in Vasconibus trans Iberum, sed in ripa ulteriore hodie *Calahorra*. Altera cis Iberum sita in Hergetibus, quam cum vicinis Osceñibüs contributam refert Caesar <sup>g)</sup>, hodie *Loharre*. Vramque paucis et erudite illustravit Cellarius.

Vtri tribuendi sint numi Calagurris nomine notati, discordant eruditii, et non nihil dubitat ipse Florezius; neque enim, ait, satis hactenus invigilatum, in utrius vicinia numi sic inscripti reperiantur, neque marmora lucem adfundant. Itud tamen certum, numos, qui vocabulum *NASSICA* inscribunt, esse Calagurris Nasicae, ut mox dicetur, atque ex aliis causis, quas etiam commemorabimus, satis liquido comprobari, alias quoque numos omnes Calagurris nomine inscriptos eidem Nasicae tribuendos, nullum Fibularensi.

*Municipium* testibus numis, et Pli-

nio, qui oppidum istud civium Romano-rum vocat. Cellarius aliquie ex textu Plinii male punctis distincto perperam colle-

gerunt, municipium istud ejus scriptores

aestate in coloniam versum. Fuit haec Ca-

lagurris patria Aurelii Prudentii poetae.

*Imperatorii* sunt omnes cum capite

*Augusti*, vel *Tiberii*.

*Epigraphe:* MVN. CAL.—M. C. I.—

M. CAL. I.—MVN. CAL. I.—MVN.

CAL. IVL.—MVN. CAL. IVLIA. In

binis legitur *NASSICA*. de quo continuo.

\* \* \* \* \*

*NASSICA. Caput virile nudum.* ☒

*CALAGVRRI. IVLIA. Taurus stans.*

*NASSICA. Caput Augusti nudum.* ☒

*C. VAL. C. SEX. AEDILES. Caput bovis adversum.*

Calagurritanos dictos suisse *NASSICOS*, testimonio Plinii supra citato abunde docemur, urbem vero et ipsam dictam *NASSICAM*, testatur fragmentum Livii ante annos non multos a praeclaris Ilviris Giovenazio et Brunvio editum, in quo haec de Sertorio perhibentur: *Profectus inde in Burbonum et Casuantinorum et Graocuritanorum fines, evastatis omnibus, proculatisque segetibus ad CALAGVRIM NASICAM* sociorum urbem venit, *transgressusque amnem propinquum urbi, ponte facto castra posuit*. Causa epitheti hujus nominis incerta. Neque enim facile jam ferimus dictata Vaillantii, existimantis, in antica numi prioris propositum et nomen et caput Scipionis Nasicae; cuius sibi nomen adjecerint Calagurritani, quod se, praetor Hispaniae cum esset, beneficiis

f) L. III. p. 142.

g) Bell. civ. L. I. c. 60.

etnaverit. Haec partim arbitrarie, partim falso adserita jam docuit Florezius, qui et existimat, caput numi prioris perinde esse Augusti, sed rudioris manus opus. Istud verisimile, numos addito vocabulo NASSICA reliquis Calagurris numis esse antiquiores, cujus deinde mentione in numis dissimulata, at non obliterata memoria, teste ejus Plinio. Fuisse vero nomen urbis *Nassica* palam cognitum, et promiscui eum Calagurri usus, testatur unus alter, in quo solum cognomen NASSICA legitur, quemadmodum etiam in numis Cordubae pro hac solum cognomen *Putriciae* legimus.

IVLIA. quod nomen raro in his nummis negligitur; id tamen in hac urbe et illici praeter aliarum morem, nomini urbis postponi cognomen. IVLIA, cum in aliis honoris epithetae praeponi soleant. Nomen istud abstulerit a J. Caesare, anno Augusto, non liquet. In priorem Caesarem propendet Florezius, quia in nullo horum numorum additur *Augusta*, sed quae lex non raro fallit, ut observabo capite de numis urbium Caesarum nomina praeferentium. Saltem de Augusti in hanc urbem voluntate constat; nam narrat Suetonius<sup>b)</sup>, eum in sui custodiam Calagurritanorum manu usque ad devictum Antonium usum:

Quoniam nomen *Juliae* in uno priori conjugitur cum nomine *Nassiae*, certum est, Calagurrim hanc Nassicam dictam fuisse Juliani, magno arguento, etiam numos reliquos, qui omisso Nassicae nomine solum *Juliae* offerunt, ejusdem esse

Calagurris, non, quod aliquibus viuum, Fibularenis. Cum praeterea constet ex Plinio, Calagurrim Nassicam fuisse municipium, ex numis, fuisse dictam Julianam, ex scriptoribus, fuisse urbem clari inter alias nominis, altera vero Fibularenis non modo horum nihil jactare possit, quin ejus dignitatem non obscurè innuant Plinius et Caesar, quorum ille eam dixit stipendiariam, hic Oscae contributam, dubium reor non est, numos quos habemus omnes, Calagurris nomine inscriptos Nassicae tribuendos.

#### *Typi:*

*Taurus stans*, typus obvius non in iusmodo urbis numis, sed et Casanti, Celsae, Eravicae, Turisanonis. Causam typi Florezius ab Hercule petendam conjicit. Ianarante Diodoro<sup>i)</sup> captorum in Hispania boum partem ejus loci regulo donoedit, quo ille laetatus honore quotannis lectissimum ex grege taurum Herculi sacrificavit. Addit continuo historicus: ταῦς δέ βασις τηγεμνεας συνεβη λερας διαμενει κατα την Ιβηριαν μεχρι των καιδ' ιπρας καιρων. quae factum, ut hodieque boves sacrae per Iberiam habeantur, non, ut Florezius Rhodomanum secutus interpretatur: bovesque accurate habitae ad nostrum usque faculum in Iberia permanerunt, nullo sensu. Non gravatae subscriberem Florezii conjecturae, si urbes Hispaniae maritimas, ac praecipue Baeticae, quas potissimum peragratum Hereulem communis fert fabula, frequentius tauri typo usas videmus. Contra accedit, ut taurus obvius sit.

b) cap. 49. i) L. IV. c. 18.

in moneta urbium, magno intervallo a mari, et noto Herculis itinere distantium. Quapropter existimo, quemadmodum Baeticae urbes saepius pescem in numis propofuere, sive quod ex pescatu rem facerent, sive vitae alimenta peterent, sic urbes longius a mari remotas taurum, quod in hujus maxime ope omnis nitatur agricultura. Quocirca ipse tanquam laboris socius, et unus ex colonis magno vulgo in honore habitus, latis olim severis legibus in eum, qui tanti animalis meriti per injuriam occidisset, perinde capitali habito, si quis bovem necasset, quam civem. Vide de hoc insignem locum apud Plinium<sup>1)</sup>, et Harduini ad eum observata.

*Caput bovis aduersum, in numis II. formae.*

Vt certum est, typum hunc indicare sacrificium immolato tauro peractum, sic difficile divinare, cujus sive rei, sive hominis causa illud jussum fuerit. Lege conjecturas Florezii et Vaillantii.

*Magistratus:*

*Ivirī, notati in plerisque.*

PR. II VIR. C. MAR. M. VAL. in uno Augusti, quod legendum videtur PRaefectis II VIRIS C. MARIO M. VALERIO, de quo agetur in tractatu de coloniis cap. IV. § 3.

*Aediles notantur in numis Augusti et Tiberii III. formae, de quibus vide, quae dicentur loco citato.*

*Æ. C.*

### CARTHAGO NOVA.

Hodie Carthagena, aedificata ab Asdrubale Poeno, et dicta Carthago. Discretissima causa additum *Nova*, cum Africana deinceps *Vetus* appellaretur.

Res hujus urbis numismatica difficultates offert oppido molestas, quarum causa optimum factu existimo, si ejus namos certos primum, deinde incertos profero.

*Numi Carthaginis Novae certi.*

*Autonomi nonnulli proditi, sed quos seorsim non commemoro, quia per certa indicia Augusti tempora testantur.*

*Imperatorii: Augusti, Caui et Luei Caelli, Tiberii, Neronis et Drusi Caelli, Caligulae.*

*Epigraphie: V. I. N. K. vel: C. V. I. N. K. rarius: V. I. N. C. id est: Colonia*

*Victrix Iulia Nova Karthago. In aversa numi Tiberiani scriptum juxta caput Canigulae nondum Augusti: C. CAESAR. TI. N. QVINQ. K. id est: QVINQuennalis Karthaginis, ubi ro K. solum urbis nomen constituit. In alio juxta idem caput epigraphie insolentior: C. CAESAR. TI. N. QVINQ. IN. V. I. N. K. id est: QVINQuennalis IN Victrice Iulia Nova Karthagine.*

*M. POSTVM. ALBIN. L. PORC. CAPIT. II. VIR. Q. Vir togatus stans d. stulam, s. oleae ramum, in uno Augusti vivi.*

In hoc uno omittitur nomen ipsum, et tituli Carthaginis, verum Ivir quinquennalis M. Postumius Albinus, quem in numis proximis intuebimur, dubitare non

1) L. VIII. p. 472.

(Vol. L.)

ginit, suisse eum hujus coloniae Ilvirum. Numi typus indicare videtur sacerdotem, vel virum in magistratu constitutum, cuius munus fuit, populum vel quidvis aliud, quod ignoramus, inspersa aqua lustrare. Hic namus causam dedit eruditis non paucis adserendi, quinquennales in coloniis idem suisse, quod censores Romae, aequo iis demandata cura agendi census, condendique lustrari, sed quae sententia jam fere emarcuit. Vide, quae super hac causa copiose differit Florezius<sup>1)</sup>, et paucis dicemus nos in tractatu de coloniis.

P. TVRVLLIO. IIVIR. QVINQ. V.  
I. N. K. *Caput Augusti radiatum. X. M. PO-*  
*STV. ALBINVS. IIVIR. QVINQ. ITER.*  
V. I. N. K. *Templum 4. col., cuius fronti*  
*inscriptum: AVGVSTO. AE. III.*

Eadem epigraphe. *Imperator in quadrigis triumphalibus, juxta vexillum cum panno quadrato. X. Eadem aversa. AE. III.*

P. TVRVL. QVINQVE. V. I. N. K.  
*Vexillum dependente panno quadrato inter*  
*duo signa mil. X. ALBINO. QVIN. V. I. N.*  
K. *Instrumenta pontificalia. AE. III. (Flo-*  
*rez. tab. LXI. 4.)*

Quem in numo praecedente Augusti vivi habuimus quinquennalem primo M. Postumium Albinum, eundem in praesertibus Augusti mortui numis habemus quinquennalem iterum. Typi honores postumos Augusto in hac colonia habitos indicant, ac primum erectum ejus numini templum more aliarum Hispaniae urbium. In sequente revocata actorum triumphorum memoria, majore puto veri specie,

quam quod existimat Florezius, exhiberi Circenses Augusto sacros. Triumphum enim potius arguit lentus processus, rectoris manus nullo minax flagello, et adstitutum juxta vexillum magis utique bellum, quam arenam sapit. Eodem igitur modo in hoc numo celebrantur res ejus belli gestae, quo in sequente honos pontificatus maximi.

Tiberii numi in aversa offerunt capita Neronis, Drusi, Caligulae, filiorum Germanici, de quorum titulis agitur in eorum numis commatis Romani.

SAL. AVG. *Caput muliebre, in nu-*  
*mo Caligulae.*

Esse deae Salutis, dubium non est. At sunt qui existiment, esse Caelestiae uxoris exemplo numorum Liviae; verum istud copiose refutabatur in numis Impp. Romanis, quo loco de hac Caligulae uxore agetur.

#### Magistratus:

Ilviri quinquennales. Soli hi, neque alii in certis his Carthaginis numis leguntur. Notantur scripto IIVIR. Q. vel liberius: IIVIR. QVINQ. Inter quinquennales hujus coloniae habes etiam illustria nomina trium Germanici filiorum Neronis, Drusi, Caui in numis Tiberii. In numo Caligulae legitur Ilvir CN. POMpejus FLACCUS. Videtur hic idem esse, quem Plinius equitem R. vocat, militasse in Syria cum L. Vitellio ejus provinciae legato extremis Tiberii temporibus, et tum

1) in Proleg. cap. VIII.      m) L. XIV. § 21. et 24.

strumque reversunt, Vitellium in Italiam, Flaccum in Hispaniam<sup>m).</sup>

A. R.

*Numi Carthaginis Novae dubii.* C. I. N. C. EX. DD. *Caput nudum M. Antonii, pone labyrinthus.* X M. AIMI-  
LIO. T. FVFIO. II. VIR. *Caput Octa-  
viani nudum.*

C. I. N. C. *Caput Augstii nudum.* X  
C. PETRONIO. M. ANTONIO. II. VIR.  
EX. DD. *Labyrinthus quadratus.*

Hos numos jam aliunde cognitos in eadem tabula XVI. stitit Florezius. Eos Harduinus Norbam Lusitanicae refert legendō: *Col. Iulia Norba Caesariana*, Vailantius Carthaginem Novam legendō: *Col. Iulia Nova Carthago*. Cum hoc consentit Florezius, praeter alia argumenta non magnopere convincentia nixus eo, quod numi cum inscriptione in N. C. vel N. K. desinente non raro in vicinia Carthaginis Novae reperiuntur. (pag. 319.) Pellerinius testatur, similes numos sibi ex oriente advectos, dubitatque, sintne huic Carthagini tribuendi<sup>n).</sup>, ac dubitari quidem jure posse, profiteor ipse. Quem nem habeat labyrinthus cum Carthagine, neque Vaillantius, neque Florezius idem causam adferunt.

AVGVSTVS. D. D. C. C. N. C. *Ca-  
put Augstii nudum.* X M. PETRONIO.  
C. IVLIO. ANTONIO. IIIVIR. *Capita-  
nuda se respicientia Caii et Lucis Caess.,*  
*in quorum medio: C. E.*

In harum signarum lectione conspi-

rant Vaillantius et Harduinus, nimirum: *Col. Concordia Norba Caesariana*. At Florezius et Pellerinius legunt: *Col. Caesarea Nova Carthago*, ac posterior lectionem suam hoc confirmat, quod rara sint exempla, ipsi urbis nomini epitheta honorifica postponi, atque adeo postremo C non indicari *Caesariana*, sed potius *Carthago*<sup>o).</sup> Interea in Hispaniae colonijs tria saltem ejus habemus exempla: *Ilici Au-  
gusta*, *Calagurris Julia*, et in uno Eme-  
ritae apud Floreziū: (Tab. XXIII. 3.) EM. AVG. Quare et hi numi dubiis suis non vacant, quamvis facile tribuam, Norbam non pertinere.

*Caput Palladis. X CVINK. Signum  
muliebre super bafi.*

Nummum hunc, qualem descripsi, edi-  
dit Florezius, et causa inscriptionis no-  
strae esse Carthaginis edixit: Aliquot post annis Pellerinius similem, eumque, ut profitetur, integerrimum vulgavit, sed qui plus non offert, quam litteras C. V. I. N., quas adeo interpretatur: *Colonia  
Vixtrix Iulia Norba*, deficiente nimirum extremo elemento K, quod si adest, neque ipse dubitaret, nummum hunc Cartha-  
gini tribuendum<sup>p).</sup> Hoc eruditus Galli in-  
dicio monitus Florezius fassus quidem est,  
et K in numo suo non liquido discerni,  
tamen sententiam suam non mutavit,  
quia, inquit, et si ea litera a monetario  
neglecta esset, tamen Carthago solis li-  
teris CVIN satis videatur indicata<sup>q).</sup>

Nolo me litis arbitrum ferre, et si diffici-

m) L. XIV. § 21. et 24. n) Mel. I. p. 248. 249. o) Mel. I. p. 253.

p) Rec. I. p. 8. q) Tom. III. p. 35.

lius sit, Florezii causae tam infirmo nixae praeſidio adſentiri. Iftud tantum moneo, neque in ſimili alio, quem Combius ex muſeo Hunteri edidit, literam K obſervari.

In hac etiam colonia creditur cufus numus, qui Jubam II. Mauretaniae regem Ilvirum eloquitur, quem in moneta hujus regis deſcriptum explicatumque reperies. Alios, qui non exigua veri ſpecie huic refeſendi videntur, vide inſra in moneta Celfae, tum et in numis Hispaniae ſine urbis nomine hujus catalogi calcis ſubjectis.

#### C A S C A N T V M .

Eodem nunc nomine regno Navarrai contributum.

*Imperatorii omnes cum unius Tiberii capite.*

*Epigraphe: MVNICIP. CASCAN-  
TVM.*

*Typus unicus: Bos ſtans, cuius expli-  
cationem dedimus in moneta vicinae Ca-  
lagurris.*

Æ. R.

#### C A S T V L O .

Nunc *Carloña*, mediterranea in ſini-  
bus Baeticae. Teste Plinio et marmoribus  
muſicipium, ſed diſſimulant numi, forte  
quia anterius signati.

*Autonomi ſunt omnes:*

SACA ISCER. *Caput laureatum in-*  
*certum.* X SOCED. CAST. *Sphinx alata.*  
Æ. II.

*Caput juvenile tenui filo redimitum,*  
*in area A et lunula.* X CASTVLO. *Sphinx*  
*alata.* Æ. I. (Florez. Tom. III. tab. LXI.)

Niſi conſtaret, fuiffe Caſtulonem in  
Tarragonensi poſitam, nemo dubitaret  
numos hos formae prorsus Baeticae in

Baetica quoque signatos ſtatueri. Sed  
urbs, quod conſtat, Baeticae adſita, ty-  
pos ſuos, et monetae modum ex vicinia  
haui. In epigraphe numi prioris ſolum  
CAST. cognitam habet cauſam. Reliqua  
vocabula velut totidem aenigmata Sphinx  
videtur ipſa proponuiſſe. Miror, Florezio  
parcitur a monſtro, qui explicare illa  
tentavit quidem, ſed exitu, ut exiſtimo,  
infelice.

Æ. RR.

#### C E L S A .

Hodie *Xelsa*, mediterranea, Ibero  
appoſita.

*Imperatorii omnes Auguſti et Tiberii.*  
Addi poſſunt Agrippa et Tiberius nondum  
Caesar ex numis, ſed quos huc pertinere  
non aequo certum, ut dicetur.

C. V. I. CEL. vel CELSA. additis  
nominibus Ilvirorum. *Bos ſtans*, in numis  
Auguſti et Tiberii II. formae.

*Victrix et Iulia in numis omnibus*  
appellatur colonia Celsa. De type bevis  
vide dicta in Calagurri.

C. V. I. CELSA. *scriptum in medio*  
*numi, additis nominibus vel Ilvirorum*  
vel AEDilium ſine typo, in numis Auguſti  
et Tiberii III. formae.

C. V. I. (ſic) L. PANSA. SEX. NI-  
GRO. AED. ſine typo, in numo Auguſti  
III. formae. (Florez. T. III. tab. LXI. 13.)

Hi numi praeter Ilviroſ etiam aedi-  
les offerunt, cuius exempla jam in alia-  
rum coloniarum numis vidimus. Inſolens  
eft omiſſum in numo altero urbis nomen  
*Celsa*, credo, quod numi ſpatium arctius  
videretur, quam ut illud commode cape-

ret, urbs vero ipsa praemissis aliis titulis latiss esset indicata.

\* \* \*

**Praeter numos modo descriptos Florezius coloniae Celsae tribuendos adserit numos alios similis naturae, quos ille omnes in eandem tabulam compegit<sup>1)</sup>, quosque omnes, quod mereri istud videntur, adcuratius luet describere:**

**IMP. CAESAR. - - - C. L. BEN.  
PRAE. *Caput Augusti nudum.* X HIBERO. PRAEF. *Tropaeum.* AE. III.**

**M. AGRIP. Q. V. I. C. HIBERO.  
PRAE. *Caput Agrippae nudum.* X L. BENNIO. PRAEF. *Tropaeum.* AE. III. (Sic legendus numus collato Floreziano, et alio, quem olim edidi in meis numis vett. pag. 1.)**

**TI. NERONE. Q. V. I. C. HELVI.  
POLLI. PR. *Caput nudum Tiberii.* X HIBERO. PRAEF. *Instrumenta pontificalia.* AE. III.**

**HIBERO. PRAEF. *Simpulum.* X L.  
BENNIO. PRAEF. *Palmae ramus.* AE. IV.**

**HIBERVVS. II. V. QVINQ. *Caput juvenile nudum aquas evomens.* X C. LVCI. P. F. II. VIR. QVINQ. *Simpulum.* AE. III. Sic legendus Ivir pro C. LVCIPHI. corrigente se ipsum aliosque serius Florezi Tom. III. p. 45.**

**Hos ergo numos Florezius exploratum putat Celsam referendos causa numerorum II. et III., quorum siglas Q. V. I. C. hunc facere sensum docet: *Quinquennali Victricis Iuliae Celsae*<sup>2)</sup>). At vero nondum istud satis comprobatum existimo, et non desunt argumenta valida cum hoc ejus iudicio pugnantia. Praeterquam enim quod**

**cum reliqua certa Celsae moneta nihil habent commune, mirum profecto, in solis hujus generis numis Celsae Iviratos prædicari *quinquennales*, quando in aliis ejus certis nonnisi anni memorantur. Advertit haec difficultas virum præstantem, eamque molliri posse credidit dicendo, Celsenles, quando viris Romae principibus Iviratum detulere, honoris causa pro anno decrevisse quinquennalem. Nemo non videt, Floreziū hanc in naufragio tabulam non sponte, sed necessario arripuisse. Satis enim constat, quando viris principibus honorarius in urbibus magistratus demandatus fuit, nequaquam ejus tum naturam fuisse mutatam, sed delatum talem, qualis apud se in usu fuit, de quo ex professo agemus in tractatu de coloniarum numis. Deinde dici non potest, in viris imperii summis honoris ergo auctum Iviratus tempus, cum in numero possummo etiam Hiberum et C. Lucilium quinquennales dici videamus. His ergo expensis nescio, an non majore jure hos sibi numos vindicare possit Carthago Nova. Jam primum certum est, magistratum ejus ordinarium, et, saltem in certis ejus numis unicum, fuisse quinquennalem. Dicta perinde fuit *Victrix Julia*. Neque adversatur scriptum C pro K; nam fatente ipso Floreziū, ut dictum supra in ejus coloniae numis, perinde scribi potuit *Carthago* et *Karthago*. Facile etiam est excusare omisum titulum *Novae*. Ipse Florezius numum nobis obtulit, in quo solum K omisit titulus *Victricis*, *Iuliae*, et *Novae Carthaginem Novam notat*<sup>3)</sup>). Idem, ut**

<sup>1)</sup> Tom. II. tab. LII. n. 8—12.

<sup>2)</sup> Tom. II. p. 639.

<sup>3)</sup> Tab. XVII. 4.

mox observavimus, Celsae numum exhibet, inscriptum C. V. I., in quo adeo ipsum urbis nomen omisum est, quod tamen ipso fatente Florezio non obstat, quo minus is Celsae sit tribuendus. Quo ergo jure Carthaginem fraudabimus nummo, in quo non urbis nomen, sed titulus tantum Novae supprimitur? Denique, quod non parum causam meam juvat, in Carthaginis numis obvium est legere viros principes magistratu in ea colonia functos, in certis tamen Celsae numis nunquam. His expositis eruditus jam lector arbitretur.

Ad typos in his numis quod attinet, nihil magnopere observandum praeter caput numi postremi, quod judice Florezio evomere aquam videtur, et esse imago Hiberi fluminis, cui urbs ad sita fuit, ac praeterea adlusio ad nomen Hiberi Ilviri juxta scripti. Non impugno hanc conjecturam, modo ne quis existimet, Hiberum Ilvirum Carthaginensem, quia longius ab Hibero flumine distabat, cum vellet ad nomen suum adjudicare, non posse remotioris fluvii imaginem nummo inferre. Magis miremur, Xanthi, qui in Troade fluxit, et nomen et imaginem illatam numis Germanicopolis Paplagoniae. Hiberus, Tarraconensis fluviorum pater, et a quo Hispania omnis Hiberiae nomen abstulit, neque etiam Carthaginiensibus aut ignotus aut inhonoratus esse debuit.

De Praefectis, quos memorant hi numi, hic non agimus, nam in tractatu de coloniis Cap. IV. § 3. describentur iterum et explicabuntur.

A. R.

### CLVNIA.

Supersunt rudera inter Corunnam et Pennal. Fuisse coloniam; unus testatus est Ptolemaeus, numi dissimilant praeter Golzianum. Harduinus unum protulit nomine MVNicipii, eumque dixit existere in museo regis Galliarum; sed quem, quia ignotus fuit Vaillantio, non moramur.

*Imperatorii* sunt omnes, et cum unius Tiberii capite.

*Epigraphe* sola CLVNIA, nullo alio onore.

*Typi:*

*Bos taurus*, in AE. II. formae.

De bovis typo vide dicta supra in Calagurri.

*Pereus*, in AE. III. formae.

Videtur animal istud signis militibus Cluniensium fuisse praefixum. Istud certum, extare numos Hispanos, aut commatis Romani, sed argumenti Hispani, in quibus fingitur signum militare praefixo porco. Prioris generis habes numum aeneum apud Florezium <sup>a)</sup>), qui sicut equitem simile signum manu praferentem; alterius generis denarios gentis Coeliae, et Galbae Augusti, in quorum explicacione plura huc pertinentia memorabuntur, tum et in prolegomenis ad nummos Galliae. Nexus porci animalis cum nostra Clunia magis confirmat signum porci incusum; quod frequenter inhaerere conspicimus numis Cluniae primo loco memoratis cum typo bovis stantibus.

*Magistratus:*

Ilviri, in sola praeterea Carteia me-

a) Tab. LVIII. n. 5.

*morati.* Leguntur tantum in numis II. formae, in quibus imago bos stans. Istud praeterea in Cluniae numis singulare, quod in uno eodemque omnium IIII virorum nomina exarantur.

*Aediles.* Exstant hi tantum in numis III. formae typo porci.

\* \* \* \* \*

Cluniae mentionem facit etiam natus Galbae Aug. commatis Romani, et AE. I. formae cum epigraphe: HISPA-NIA. CLVNIA. SVL. Nimurum haec colonia impensis culta fuit a Galba, et SVLpicia cognomine decorata, quia in hac commoranti imperium delatum fuit, de quo copiosius differemus in moneta Romanorum ad hunc Galbae numum.

AE. R.

#### COSSETANIA.

Vide Offet Baeticae.

#### DERTOSA.

Sita in Illecaonum agro prope Hebri ostia, hodie Tortosa.

*Colonia* fuit teste Strabone et numis. Harduinus municipium dixit, quia Plinius eam *civium Romanorum* vocavit <sup>x)</sup>. Sed enim, praeterquam quod ea verba, et si a Plinio plerumque ad indicandum municipium adhibentur, coloniam non insificantur, idem, quod aliis urbibus, evenire potuit Dertosae, ut esset colonia tempore, quo scripsit Strabo, et signati numeri, municipium tempore, quo scripsit Plinius, de quo vide tractatum de coloniis.

*Imperatorii* sunt omnes, cum imaginibus J. Caesaris, D. Augusti, et Tiberii.

\* \* \* \* \*

*Caput J. Caesaris laureatum. X COL. DERTOSA. Saoerdos arans, superne Ilvi-ri: Q. LVCRETI. L. PONTI.*

*Singularem hunc numum Florezius ex Haymii thesauro Britannico est mutuatus. Is cum inscriptione, tum typo Dertosam coloniam comprobat.*

\* \* \* \* \*

AVGV. C. I. A. D. *Caput Augusti radiatum. X TI. CA. C. I. A. D. Caput Tiberii laurcatum.*

*Explenda epigraphe: Colonia Iulia Augusta Dertosa. Hos numos Harduinus Dertonae Italiae superae tribuit; perperam, ut in Italiae superae numis dicetur.*

#### Magistratus Ilviri ex nummo citato.

\* \* \* \* \*

*Numum, in quo junguntur Dertosa et Illecaonia, explicatum vide infra in Illecaonia.*

AE. RRR.

#### EMPORIAE.

Hodie *Ampurias*, urbs maritima prope Pyrenaeos. Numerum copia et varietate praefat, ad quos rite explicandos juvabit praemittere testimonia Livii et Strabonis. Ille <sup>y)</sup>: *Jam tunc Emporiae duo oppida erant muro divisa. Unum Graeci habebant, a Phocaea, unda et Massilenses, oriundi, alterum Hispani. . . . Tertium genus, Romani coloni ab Divo Cæsare post devictos Pompeji liberos adjecti. Nunc in corpus unum consusi omnes, Hispanis prius, postremo et Graecis in civitatem Romanam adscitis. Et Strabo omisso*

x) L. HI. p. 142. y) L. XXXIV. 9.

Graeco textu<sup>a)</sup>: *Est autem in duas urbes divisa muro ducto, cum olim accolarent indigetum quidam, qui et si sua uterentur recip. forma, tamen quo essent tutiores, iisdem cum Graecis voluerunt includi monibus, muro tamen intus ab iis distincti. Tempore in unam coaluerunt civitatem, mixtam ex barbaricis et Grae-*

*cis constitutionibus, quod et multis aliis evenit.*

Haec utriusque auctoris dictata numis etiam praecclare confirmantur, quorum alios habemus I. cum epigraphe *Graeca*, alios II. *Hispana*, alios III. *Latina*, quo etiam ordine universam hujus urbis monetam recensebimus.

### I. Numi cum epigraphe Graeca.

Sunt autonomi omnes:

*Caput muliebre spicis coronatum intra tres pisciculos. Χ. ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ. vel: ΕΝΙΠΟΡΙΤΩΝ. Pegasus volans. AR. III.*

*Alii similares mixtis litteris Hispanis, saepe nullo sensu: AR. III. (Pellerin. Rec. I. tab. 1.)*

*ΕΝΙΠΟΔΕΙΤΩΝ. (sic) Caput muliebre spicis coronatum. Χ. Equus stans ab advante Victoria coronatur. AR. III. (Pellerin. l. c.)*

*Alius, sed inscriptione plane barba. AR. III. (ibid.)*

Sunt hi numi monetae Emporitanae haud dubie antiquissimi. Phocaeenses Ioniae patriam suam exosos conseruatis navibus in Galliam appulisse, ibique condidisse Massiliam, res pervulgata. Ab hac alteri coloni profecti in Hispaniam condidere Emporias. Hinc illae a Silio dicuntur *Phocaicae*<sup>b)</sup>, nempe ob Phocaeam maiorem patriam, et a Strabone *Mussa-diwtau κτισμα* propter conditores Massilienses.

*Caput Cereris vel Proserpinæ intra pisciculos, Pegasus volans, (quibus adde*

*etiam equum a Victoria coronatum in numero III., cum typi essent plane Siculi, factum, ut Golzius, Paruta, Harduinus Siciliam his numis patriam constituerent, sed factum etiam, ut, cum urbem hoc nomine in Sicilia non reperirent, unis cogerentur conjecturis orationi suae fidem conciliare. At enim post dictata Pellerinii, ac praecipue Florezi, tentantis, numeros Emporiarum nomine inscriptos in agro hodierni Ampurias reperiri, certum jam est, eos omnes huic Hispaniae oppido tribuendos. Quo magis subit mirari, Principem Torremuzza in definienda eorum patria fuisse animi incertum, neque has Hispaniae Emporias respexisse, eosque sibi ex uno Golzio fuisse cognitos<sup>b)</sup>. Ceterum dubitari nequit, fuisse Emporitanis causam, cur monetae Siculae types ac fabricam tam anxie affectarent; forte cum Siculis in hanc legera commercii causa, quo magnas sibi opes paraverant, convenitum.*

Fabrica in aliis id genus namis barbara, tum et literarum Graecarum cum barbaris Hispanis confusio ac perturbatio

<sup>a)</sup> L. III. p. m. 241.

<sup>a)</sup> Punis. L. III. v. 369.

<sup>b)</sup> Sicil. num. p. 25.

etiam, si adductis testimoniis careremus, per se satis probarent gentis utriusque permissionem, quae profectio unica fuit amissi

Graeci in toris causa. Sed idem fuisse fatum vicinae Rhodae, et Massiliae, in his dicetur.

AR. R.

## II. Numi cum epigraphe Hispana.

*Caput Palladis, addita in nonnullis epigraphe Hispana. ¶ Epigraphe Hispana. Pegasus volans, supra quem in aliis corona, in aliis Victoria ad volans cum corona. AE. I. II.*

*Eadem adversa. ¶ Epigraphe Hispana. Leo gradiens. AE. II. III.*

*Caput Palladis cum vel fine epigraphe Hispana. ¶ Epigraphe Hispana. Hippocampus, vel bos cornupeta. AE. II. III. (Florez. T. II. tab. LIII. 7. 10. 11.)*

*Caput juvenile nudum, pone delphinus. ¶ Epigraphe Hispana. AE. III. (Ibid. n. 8.)*

Numos primo loco citatos esse Emporiarum, invicte docent numi proximi Latinis, qui, si inscriptionem demas, illis secundum omnes causas sunt simillimi.

Numos reliquos huc quoque pertinere, docent inscriptae literae Hispanae ejusdem formae, cujus sunt illae, quae comparent in numis primo loco descriptis, hisque certis Emporitanis. Leo haud dubie ex moneta Massiliae patriae huc est vocatus, ut et bos cornupeta. Reliqui typi urbem maritimam arguunt.

AE. RR.

## III. Numi cum epigraphe Latina.

*Caput Palladis, juxta quod in com. pluribus literae punctis divisae. ¶ EM- POR. EMPORI. EMPORIT. Pegasus vo- lans. AE. I.*

*EMPOR. Protome Diana. ¶ MV- NIC. Pegasus volans. AE. I. (Florez. loco suo, et tab. LIII. 4)*

Prioris generis numi evicere denique, numos barbare inscriptos, quos proxime recitavimus, quia cum his typi utriusque partis, fabrica, volumine conspirant, ad has quoque Emporias pertinere Alterius generis numi

*MVNICipium fuisse Emporias profi- tentur. Laxius ergo locutus est Livius lo-*

eo, quem initio indicavi, qui a D. Cae- fare colonos huc missos dixit.

*Typi: praeter Pegasum in Emporita- nis omnis generis numis conspicuum me- moranda*

*Dianae effigies. Haec dea in omnibus Massiliae coloniis impense celebatur, quod et Strabo de Emporiis nostris et his vicina Rhoda testatur<sup>e)</sup>. Causam vide in- fra in moneta Massiliae.*

*Magistratus.*

*Juxta Palladis caput, ut supra dictum, comparent saepe literae punctis divisae.*

e) pag. m. 241. 272.

(Vol. I)

## TARRACOENENSIS

His indicari nomina magistratum dome- Paesti Lucaniae de Ilviris, iisdemque silorum, nemo dubitabit. A certis incer- coloniae suae patronis docebuntur.

*P. AVR. COT. PA. Aurelii Cotaee*  
passim cogniti.

*L. M. RVF. P. C. Q. Probabilislectio:*  
*L. Mescinius RVFus, quae tria nomina*  
continent etiam denarii Augusli. Quae se-  
quuntur P. C., varie expleri possunt.

*CN. C. P. M. A. Q. Prona iterum*  
lectione: *CN. Calpurnius Piso*, sed incer-  
tis iterum M. A.

*M. O. L. A. Q.* }  
*M. O. H. L. A. F. Q.* } Pellerin.

Eosdem utrinque homines indicari,  
manifestum est; nam alter numus non dif-  
fert a priore, nisi quod hic addat cognos-  
cenda H. et F., quae ille omittit. Ceterum  
haec nomina nemo nisi per inanes con-  
jecturas expleverit, quod item de simili-  
bus aliis judicandum.

*Quinquennalis.*

Quoniam in similibus numis elemen-  
tum Q plerumque postremam sedem oc-  
cupat, dubitari vix posse existimo, eo  
utrumque urbis *Quinquennalem* notari.  
Certe Ilici, et Valentia ejusdem Tarra-  
conensis urbes uno etiam Q contentae  
fuere.

*Patronus forte.*

*P. AVR. COT. PA. — C.C.A.T.C.*

*O. C. addito PA. literis contractis.*

Ad explicandas binas has literas ar-  
tis nostrae magistri aut nihil, aut, quae  
non satisfaciunt, attulere. Non absurdum  
videbitur conjicere, iis indicari *P. Atro-*  
*num* vel *PAtronos* post ea, quae in numis

*Æ. R.*

*ERCAVICA.*

Quo loco hodie *Santaver.*

*Imperatorii tantum, Augusli, Tibe-*  
*rii, Caligulae.*

*Epigraphe: ERCAVICA. tantum, in-*  
tra quernam. MVN. *ERCAVICA* plerum-  
que. Scriptores veteres eam passim dixer-  
unt *Ergavicam*. Sed constat etiam, literas  
C. et G. a Latinis saepe fuisse permutatas.

*Typus* fere perpetuus *bos stans*, de  
quo vide dicta in *Calagurri*.

*Magistratus: Ilviri*, quorum nomina  
saepe adduntur.

*Æ. R.*

*GRACCVRRIS.*

Vbi nunc *Agreda*. Causam nominis  
dedit Livius <sup>d)</sup>: *Ti. Sempronius Gracchus*  
*procos. Celtiberos victos in ditionem ac-*  
*cepit, monumentumque operum suorum*  
*Gracchurini oppidum in Hispania consti-*  
*tuit. Praeter haec alia docuit Festus* <sup>e)</sup>:  
*Gracchuris urbs Hiberae regionis, dicta*  
*a Graccho Sempronio, quae antea Illurois*  
*nominabatur.*

*Imperatorii tantum, cum Tiberii*  
effigie.

*Epigraphe* constans: MVNICIP.  
GRACCVRRIS.

*Typi: Bos stans cum insula, vel caput*  
*bovis adversum.*

*Æ. R.*

*ILERGAVONIA.*

Hodie *Amposta* ad Iberi ostia, sita in  
gente cognomine.

<sup>d)</sup> Epit. L. XLI.    <sup>e)</sup> sub *Gracchuris*.

Binos tantum diversos, *autonomum*, et *imperatorium* reperit Florezius, eccos!

MVN. HIBERA. IVLIA. *Navis expanso velo.* & ILERCAVONIA. *Navis expanso velo cum remige.*

*Epigraphe et caput Tiberii.* & M. H. I. ILERCAVONIA. *Navis expanso velo, intra quam, et epigraphen scriptum DERT.*

Apud scriptores plerumque reperitur *Ilercavonia*, numi G in C mutant, cuius varietatis mox aliud exemplum in Erca-vica vidimus.

HIBERA dicitur haud dubie ab amne Ibero, cuius ostiis adfixa fuit, et qui promiscue jam cum, jam sine adspirata scribi consuevit.

*Typus navis urbem maritimam comprobat.*

Numus alter propter additum DERT. varie ab auctoribus fuit explicatus. Vail-lantius censuit legendum *Ilercavonia DER-Tosanorum*, quorum urbs in Ilercavonibus sita fuit, Harduius Dertosam cum Ilercavonia unam urbem facit. Vtrumque operole impugnat Florezius, et verilimi-sius censet, indicari soedus inter utramque urbem. Commemorare omnia ejus argumenta tanto minus lubet, quod haec quoque lectorem nonnihil incertum relin-quunt.

Æ. RR.

### ILERDA.

Hodie *Lerida*, posita in Ilergetibus, et veterum testimoniosis clara.

Vnius generis numi cum epigraphe Latina comperti:

*Epigraphe et caput Augusti.* & MVN. vel MVNIC. vel MVNICIP. ILERDA.

*Lupa.* (Florez. loco suo, et tab. LIV. 9. LXII. 12.)

Causa lupae in his numis incerta. Forte id animal sic occupavit signum militare Ilerdenium, ut porcus vexillum Cluniae, quam vide.

Exstant numi complures, in quibus hinc caput nudum ignotum, inde lupa similis cum epigraphe Hispana plerumque quinque literarum, quos causa ejusdem typi non injuria huc refert Florezius. Et cum eadem literae in nonnullis aliis compareant, qui vice lupae exhibent equum gradientem, vel equitem citato cursu, quos is repraesentat tabula LXII., non dubitat, hos quoque Ilerdae tribuere.

Æ. RR.

### ILICI.

Maritima, sita in Contestanis, versus Baeticam, hodie *Elche*. Ab auctoribus jam simplice, jam geminato L scriptum reperitur.

*Imperatorii omnes, Augusti et Tiberii.*  
*Epigraphe.*

C. I. I. A. vel C. I. IL. A. vel Q. I. I. A. vel: C. C. IL. A.

Primam literam significare *Coloniam*, suapte patet. Pro hac in modo tertio re-peritur scriptum Q, sed quod nihil mutat; satis enim constat, omni aevo, etiam eo, cuius sunt numi praesentes, C et Q pro-miscue accepta. Sic in depario gentis Antistiae legitur QVM pro CVM. Sunt hi numi apud Florezius. tab. XXIX. 8. et LIV. 10.

I primum Vaillantius legendum puta-vit *Immunitis*. Fuisse Ilicin immunem et juris Italici, certum est ex Plinio et Paulo

ICto<sup>1</sup>). At immunes etiam fuere Emerita et Caesaraugusta, quae tamen sese immunes non scripsérunt. Cum igitur privilegium istud addere in numis praeter monrem fuerit, putat Florezius, pro aliarum urbium more <sup>2</sup> I legeadum *Lulia*. Confirmat hanc lectionem modus quartus scripto C. C. IL. A., ubi pro I. ponitur C., nempe *Caesarea*, vel *Caesarenis*. Atqui sive *Lullam* dicas, sive *Caesaream*; utrumque ad Julianum Caesarem refertur. Id rari exempli, postponi epitheton A., id est: *Augusta* ipsi urbis nomini. Verum Calagurritanis quoque suum *Lulia* postponant.

*Typi:*

*Templum, cuius fronti inscriptum IV-NONI.* in numis Augusti.

Quo typo indicatur, Liviae Augusti conjugi tanquam Junoni erectum ab Ilicitanis templum. Constat, eam non minus pro Cerere, Vesta etc. sed etiam pro Junone cultam; unde et Prudentius<sup>3</sup>:

*Adjecere sacrum, fieret quo Livia  
IVNO.*

Et Ovidius de Livia<sup>4</sup>:

*Cum tibi contigerit vultum IVNONIS  
adire.*

Et licere potuit Ilicitanis, quod licuit Graecis, quorum exstat numus urbis incertae, inscriptus *ΔΙΒΙΑΝ. ΗΠΑΝ*, *Liviam Junonem*<sup>5</sup>).

*IVNCTIO. Duo viri togati stantes manus jungant, media inter hos ara, in numero Tiberii.*

Numus hic cum inscriptione, tum typopo aliud non docet, quam manuum junctionem, sed quae ob multiplices causas peragi consuevit. Hac in numis Trajani indicatur *ADOPTIO*, hoc scilicet Hadrianum adoptante; in numis M. Aurelii et L. Veri *CONCORDIA. AVGSTORUM*; in numis Claudi, in quibus is praetorianos in fidem recipit, singitur imperator dexteram cum praetoriano jungens, atque idem praeftat *Quadorum rex adstanti Quado* in numis Ant. Pii inscriptis: *REX. QVADIS. DATVS.* In numis Balbini et Pupieni *AMOR. MVTVVS*, vel *CARITAS. MVTVA. AVGG.* junctis dexteris indicatur. Hic ergo *IVNCTIONis* typus ad indicandam adoptionem, concordiam, fidem, amorem aequem valuit. Quapropter difficile est, verum hujus typi sensum in numero praesente reperire, et vagae sunt, incertaeque causae, quas ad eum enucleandum erudit attulere. Vaillanti credit propositos Germanicum et Drusum Ti. F., adoptione fratres, ac positam propstera in eorum medio adoptionis aram. Florezius in Tiberium et Germanicum inclinat, putatque, indicari hoc typo Germanicum a Tiberio adoptatum. Quod quidem ego iudicium non facile probavero, quia verisimile non videtur, adoptionem Germanici multis antea annis peractam nunc demum in moneta memorari. Verius igitur existimo, celebrari in hoc numero fraternalm Germanici et Drusi concordiam, qui etiam in notis Sardianorum numis togati una sedentes proponuntur, et

<sup>1</sup>) Dig. L. L. tit. 15. § 8. <sup>2</sup>) contr. Symmach. L. I. v. 251.

<sup>3</sup>) de Pont. L. III. el. I. v. 145. <sup>4</sup>) Vaill. in Graecis p. 7.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ appellantur. Ara inter utrumque statuta videtur indicare, deae Concordiae ad servandam mutuam hanc inter utrumque caritatem ab Ilicitanis sacrificatum, eo modo, quo urbes Graecae ferius causa Caracallae et Getae fratrum fessa Φιλαδελφία egerunt.

\* \* \*  
*Signa militaria.* Haec in hujus coloniae numis variis sunt modi. In aliis: *Aquila inter duo signa militaria*, in aliis: *Aquila et vexillum praefixo panno quadrato inter duo signa militaria*, in aliis: *Vexillum simile inter duas aquilas legionarias*. Si milem variantatem jam observavimus in numis Acci, obscuris sene atque incertis ejus causis. Cum in nonnullis binae occurrant aquilae, conjici potest, duarum legionum veteranos in hanc coloniam transcriptos.

\* \* \*  
*Magistratus:* atque hi quidem *Quinquennales* perpetuo, atque additis quidem eorum nominibus in his numis memoratis sed modis variantibus, in aliis *IIIVIR.* tantum, in aliis *Q.* tantum, in aliis: *IIIVIR. Q.*

*Æ. R.*

#### *OSCA.*

Nunc *Huesca* magni olim, et nostra quoque aetate nominis versus Pyrenaeos montes in *Vescitania*. *Plinius civium Romanorum* dixit. Numi conditionem non addunt, dempto uno, in quo *Municipium* vocatur, de quo mox.

*Imperatorii* sunt omnes, *Augusti*, *Tiberii*, *Germanici*, *Caligulae*.

*Epigrapha:* OSCA. vel: V. V. OSCA. vel: VRBS. VICTRIX OSCA. *Victricis titulum* cuius arbitrio abstulerit, an suomet, an Romanorum, incertum.

MVN. OSCA. *scriptum in medio numeri*, in numo Tiberii nondum Augusti.

Testatur ipse Florezius <sup>1)</sup>, sibi cimelium istud nusquam conspectum, et ex solo museo Muselii cognitum. At vero hujus unius testimonio non facile acquiescunt eruditii.

*Typus in Oscae numis frequentissimus:* *Eques armatus citato cursu, d. hastam,* obvius in moneta Hispania. Reliqui typi obvii ac triti.

*Magistratus IIIVIRI*, eorumque nomina plerumque in his numis continentur.

\* \* \*  
*Autonomum* edidit Florezius: (Tab. LXIV. 13.)

*OSCA. Caput laureatum barbatum. X*  
*Equus currens. Æ. II.*

Addidit alium typo *Sphingis* in parte aversa. Vtrumque Oscae Baeticae tribus putat. De numo altero facile mihi cum viro eruditio convenit, non modo quod *Sphinx* fere tantum in moneta urbium Baeticarum habitare consuevit, verum etiam quod revera in Baetica urbs fuit Oscae nomine. At non perinde velim numum, quem mox descripsi, Oscae Tarraconensi eripi. Nam in numo Augusti, quem Florezius ex thesauro Morellii edit, restituitque <sup>1)</sup>, et qui propter additum VRBS. VICTRIX certe est hujus Oscæ, caput etiam horridum, barbatumque occurrit; deinde in numo Toleti, quæ fuit

k) Tom. II. p. 649. l) Tab. XXXVI. 2.

Tarraconensis provinciae urbs, ad eō similes sunt utriusque partis typi, ut, nisi inscriptum urbis nomen discrimen faceret, unius urbis posset uterque numus putari. Notandum praeterea, numos similes sed anepigraphos a Paruta monetae Panormitanae fuisse insertos <sup>m)</sup>, quod deinde judicium secuti sunt Havercampus <sup>n)</sup>, Bergus <sup>o)</sup>, Petrus Burmannus <sup>p)</sup>, et ego quoque <sup>q)</sup>. Quidni ergo hi quoque numi aut Oscenses sunt, aut Toletani? Crederem istud, quia dempta epigraphe, qua carent, cetera illis sunt simillimi. Tamen cum haud ita pridem in horum unum inciderem, qui infra equum currentem binas literas Punicas luculentas exhibet, praeterea horum plerique eodem loco globulum objiciant, quod utrumque obvium est in numis Siculo-Punicis, at a moneta Tarraconensi alienum, non ausim eos a Sicilia avertere, et si mira in reliquis causis cum illis concordia communem patriam videatur exigere.

De denariis Romanis, inscriptis OS-CA, actum supra in prolegomenis, ac praecipue in numis gentis Corneliae Lentulorum, et Domitiae Calvinorum.

Æ. R.

#### QSICERDA.

Memoratur a Ptolemaeo et Plinio, qui eam conventui Caesaraugustano subjicit, sed de certo ejus situ nihil conflat.

*Autonomos binos Florezius ab aliis editos reperit:*

QSI. *Victoria gradiens.* X. *Epigraphe*

<sup>m)</sup> Sicil. num. Tab. XVIII. p. 175, 179.

<sup>n)</sup> ad eitt. numm. Parut.

<sup>o)</sup> Thes. Brand. T. I. p. 369.

<sup>p)</sup> ad Orvillii Sicula pag. 470.

<sup>q)</sup> Catal. Mus. Caes. T. I. p. 37.

*Hispana. Elephas serpentem pede anteriore calcans. (ex Lastanofa.)*

*Caput Vulcani pileo laureato, prominentia pone forcipe. X OSIC. Leo. (ex Pelherinio.)*

Elephas serpentem calcans obvius est typus in denariis J. Caesaris, quem explicabimus in ejus imperatoris moneta. Ad eum igitur hoc typo adludi putamus, ut et typo Victoriae ad ejus victorias.

\* \* \* \* \* *Imperatorii reliqui, unius Tiberii.*

*Epigraphe: MVN. OSIC. — MVN. QSICERDA.*

*Typi: aut sola epigraphe aversam occupat, aut est bos stans.*

Numi apud Florezium sunt loco suo, tum et Tom. III. tab. LXV.

Æ. RRR.

#### O STVR.

Ex solis numis cognitum, quos edidit Florezius Tomo II. et III. Refert tamen idem, sibi serius relatum, in regno Valentiae versus Alcoram esse territorium dictum Ostur, et ruinas veteres, et glandibus aprisque, qui typi in his numis occurunt, abundare. Quare eos. huc referendos conjectat.

*Autonomi sunt omnes inscripti O-STVR. typi apri, glandis, ramorum. Istud certum, dispositionem typorum in his numis, et universam formam ex numorum Baeticorum esse ingenio. Quo verisimile redditur, aut oppidum istud situm fuisse in ipsa Baetica, aut huic provinciae vicinum.*

Æ. RRR.

## RHODA.

Hodie *Rosas*, maritima et ad radices Pyrenaei. Telle Strabone eam aedificauit Rhodii, his ademerunt Massilienses<sup>1)</sup>. Alibi eam urbem Emporitaorum vocat<sup>2)</sup>, sed quod perinde habendum, nam Emporitani ipsi Massilienses. Ejus meminere etiam Mela, Ptolemaeus, Stephanus, sed corrupto saepe textu; alii recte *Rhoda*, vel *Rhode*, apud Strabonem *Rhodos*, et *Rhodope*, apud Ptolemaeum *Rhodepolis*. Gentile Stephano<sup>3)</sup> est *Rhadacus*, in marmore Gruteri *Rhodenfes*<sup>4)</sup>, in numis *Rhodetes*.

*Autonomi* tantum:

• ΡΩΔΗΤΩΝ. *Caput muliebre spicis coronatum*.  $\Sigma$  *Rosa* *quatuor ramusculis quadrifariam divisa*. AR. III. (Pellerin, Mus. Caef.)

*Rosae* in his numis expedita causa; adludit enim, ut in Rhodiorum numis, ad nomen urbis; areae quadrifariam sectae modus forte captus est a Massiliensibus, de quorum cum Rhodenibus nostris nexus mox actum. Cum similes numi nunquam se obtulerint Florezi in perquirienda moneta patria indefesso, non inique posset quis suspicari, eas Rhodam, aliis Rhodanisiam, Graecam item urbem Massiliensibus vicinam, et his quoque obnoxiam pertinere. Interim istud certum, numeros hujus argumenti tres, qui nunc sunt in museo Caelareo, mihi, Tolosae cum age-

rem, ab amica manu dono datos, ad radices montis Pyrenaei, in Hispanae ergo Rhodae vicinia, repertos esse. In barbariem denique deflexit moneta Rhodenfis, sed quod fatum cum Massiliensi et Emporitanis commune habuit.

AR. RRR.

## SAETABIS.

Nunc *S. Phelipe* in Valentiae regno, saepe a veteribus memorata. Fuit municipium teste Plinio, quod ex numis non constat, qui haud dubie omnes ante Caesarum aetatem signati sunt. Sunt ergo

*Autonomi* omnes.

SAETABI. *Caput virile nudum jam barbatum, jam imberbe*.  $\Sigma$  Quatuor literae Hispanae. *Eques citato cursu d. palmae ramum*.

Jure Florezius aliquis in hujus urbis moneta putant numeros alios, qui non modo eosdem cum prioribus habent typos, sed et literas Hispanas eodem numero ac forma, eti vocabulum SAETABI absit.

Æ. RR.

## SAGVNTVM.

Hodie *Murviedro*, urbs antiquitate et fato suo cognita: nam ut auctor est Bocchus apud Plinium<sup>5)</sup>, fundata fuit annis ducentis ante excidium Troiae a Zacynthiis, unde paullum detorto nomine *Saguntum*, quod confirmat et Strabo. Stephanus eam vocat *Σαγύρτον*, alio loco *Zaxarθα πόλις Ιβηρίας*, et in *Zaxvīdās* idem memorat. Appianus *Zaxarθας* vocat, et Zacynthiorum item colonos, sed in definiendo urbis situ turpiter

1) L. XIV. p. m. 967.

2) L. III. p. 241.

3) pag. 404. 4.

4) L. XVI. p. 37.

peccat<sup>x</sup>). Silius Italicus eam diserte Zasynthum appellat<sup>y</sup>).

*Autonomi*: frequentes a Florezio proditi, quorum multi remotam vetustatem praeferunt.

*Epigraphic*: SAG. SAGV. SAGVNT., etiam SAGVNT. INVICTA, in uno SAGVNTVM.

INVICTAE nomen jure sibi arrogavit, quod maluit flammis se dedere, quam Hannibali.

Literae Hispanae saepe comparent in aversa numorum, in quorum antica Sagunti nomen Latine scriptum legitur. Cum vero etiam sine hoc in multis literae ejusdem formae obseruentur, eodem modo, ut proxime in Saetabi diximus, jure hi eidem Sagunto tribuuntur.

*Typi:*

*Caput Palladis galeatum alatum.* ♀

*Prora navis.*

Typi hi ex Romanorum moneta capti arctum Saguntinorum cum Romanis nemum comprobant.

*Caput virile nudum.* ♀ Eques armatus citato cursu.

Hispanam hi numi tantum habent epigraphen, typi ipsi in hujus tractus numis obvii.

*Delphinus.* ♀ *Concha.* ♂. III. et AR. III., ut mox dicetur.

Amabant Saguntini typos situm visusque maritimas testantes, quibus eos excelluisse, satis a veteribus proditum.

*Magistratus*: Aediles. CN. BAEBI.

GLAB. L. CALPVRN. AED. G. S. Aditiae hae literae G. S. quam habeant significationem, aequa cum Florezio facta incompertum.

Æ. R.

*Imperatorii* tantum cum capite Tiberii.

*Epigraphic* tantum SAG. nulla municipiis mentione, et si hac eam fuisse conditione, constet ex Plinio. Inter numeros Florezianos extat unus cum signo incuso M. S., quod forte legendum *Municiplum Saguntum*.

*Typus* in his perpetuus *triremis*, vel ejus prora.

*Magistratus*: IIIVIRI additis eorum nominibus, in aeneis II. formae. AEDILES, hi quoque nominati, in aeneis III. formae. Decurionum per frequens mentio literis solitis DD., sed tantum signo incuso, quem morem in municipiorum tantum numis obsernavi.

Æ. RR.

Argenteum parvum typo delphini et conchae possidere se tellatur Florezius. (Tom. III. p. 116.)

*SEGOBRIGA.*

Florezio argumentis idoneis videtur eadem cum hodierna Segorbe. Fuit caput Celtiberiae teste Plinio. Vaillantium duas ex numis Segobrigas statucentem late refutat Florezius.

*Autonomi* pauci comperti:

*SEGOBR. Palmae ramus.* ♀ *Bos fons.* ♂. III.

*Caput nudum imberbe barbarum*, prae quo *delphinus*. ♀ *SEGOBRIGA.* Eques armatus citato cursu. (Florez. tab. LV. 9.)

x) de reb. Hisp. c. 9.

y) Panie. L. I. v. 275.

*Imperatorii cum capite Augusti, Tiberii, Caligulae.*

*Epigraphe et typi: SEGOBRICA intra coronam queram. Sed in Augusti numis eques, ut in autonomis.*

*Æ. R.*

### SEGOVIA.

*Retinet antiquum nomen. In Arevalis sita:*

*Autonomi tantum restant.*

*Caput virile imberbe nudum inter C et L. X SEGOVIA. Eques armatus citato cursu.*

*Literarum C et L incerta significatio.*

*Bos flans. X SEGOB. scriptum inter arcus pontis lapidei, cui imposita turris.*

Numum hunc Florezius ex Roderico Caro hauxit, qui eum non Segoviae Tarracensis adjudicavit, sed alteri cognomini Baeticae, cuius unus Hirtius meminit<sup>a)</sup>. Ejus opinionis causa Caro fuit si quod eo loco, quo verisimile est, Segoviam Baeticam stetisse, pons hodieque superstis, et substructionum veterum reliquiae, a qua se sententia saltem non alienum fatetur Florezius. Res admodum incerta.

*Æ. RRR.*

### TARRACO:

Durat vetus appellatio. Ab hac provinciae Hispaniae citeriori nomen. Vrbs antiquae famae, sed a Romanis sic aucta, ut a Plinio diceretur *opus Scipionum, at Carthago Poenorum.*

*Autonomos ejus paucos commode cum imperatoriis miscebimus, quia ex typis imperatorum aetatem loquuntur.*

*Imperatorii varia Augustae familiae capita offerunt, Augusti,Juliae uxoris, Caui et Lucii, Tiberii, Germanici, Drusi jun., de quibus mox singillatim.*

*Epigraphe: C. V. T. vel: C. T. T. vel: C. V. T. T., in nonnullis pleniore urbis nomine TAR. TARRA;*

*C. more solito Celoniam notat, quam fuisse Tarracensem ex Plinio aliisque monumentis constat.*

*V. interpretamur Victrix, quo epitheto plures alias Hispaniae urbes glorias vidimus.*

*T. prioris loci communis fere consensus Togata explicatur. Sic et Gallia Cisalpina dicebatur Togata, et diserte de Hispanis Strabo<sup>b)</sup>, horum complutes populos receptis Romanorum institutis, lingua, vestibus omnino Romanos esse factos, et qui hanc formam sequuntur, vocari Togatos, quales fuisse constat ex Marone<sup>c)</sup>:*

*Romanos rerum dominos, gentemque togatam.*

*Vide de hoc plura apud Ant. Augustinum dial. VII.*

*Typi:*

*DEO. AVGSTO: Ipse togatus cum corona radiata sedens d. Victoriam, (in alio pateram) s. hastam. X AETERNITATIS. AVGSTAE. Templum octo columnarum. Æ. II. Eadem averse est etiam in numis Tiberii.*

*Liquet, numos hos ab Augusti morte signatos. Eum epigraphe DEVM appellat, Romanis DIVI nomine contentis. Sedet ipse divinitatis more. Epigraphen et*

<sup>a)</sup> Bell. Alex. c. 57.

<sup>a)</sup> L. III. p. m. 225.

<sup>b)</sup> Aene I. 286.

(Vol. I.)

typum, quales sunt in aversa; jam in Emeritae numis vidimus. De Tarragonis templo Tacitus<sup>c)</sup>: *Templum ut in cetera Tarraconensis fueretur Augusto potentibus Hispanis (a Tiberio) permisum, datumque in omnes provincias exemplum. Illud deinde aevò fatiscaens restitutum fuisse ab Hadriano, sexus iterum a Severo refert Spartianus<sup>d)</sup>. Tarragonensium in Augustum singularis pietas eo natæ, quod apud illos longius commorabatur, recreatus ibi ex gravi morbo V. C. 729.<sup>e)</sup>, et adito apud eam urbem consularu VIII. et IX.*

*Ara quadrata, ex qua exorescit patmae ramus, in numis D. Augusti, Tiberii, et nonnullis autonomis.*

Typum hunc vere explicat Quintilia-nus<sup>f)</sup>, *Augustus, inquit, nunciantibus Tarraconensisbus, palmam in aru ejus onatam, appareat, inquit, quam saepe ascendatis.*

C. L. CAES. AVG. F. *Capita nuda Caii et Lucii Caess. se respiciuntia.* — In alio: CAESARES. GEMINI. *Iudem togati stantes.* — In alio: CAESARES. GEM. *Iudem togati stantes, singuli clypeum humi positum apprehendunt.*

Typus numi primi ex aliis vicinarum urbiuum numis cognitus, ut et sequentium typi ex utriusque Caesaris numis Romanis. Singularis epigraphe, qua *Caesares gemini* appellantur. Tales natura non fure, diversis quippe annis nati, at dubium non est, eos tanquam alteros Dioscuros sic vocatos.

DRVSVS. CAESAR. TRIB. POE. IVLIA. AVGVSTA. *Capita nuda se respiciuntia Drusi Pi. d. et Juliae, in numero Tiberii.*

GERMANICVS. DRVSVS. CAESA-RES. *Capita utriusque nuda se respicien-tia, in numero Tiberii.*

Illustris numus prior, qui Drusum Tiberii F. cum avia Julia componit. Fratres numi alterius jara dederunt numi alii hujus tractus.

Æ. R.

### TOLETUM.

Eodem nunc quoque nomine, olim Carpetanorum caput. *Autonomi omnes:*

*Caput virile nudum barbarum. ¶ TOLE. Eques armatus citato cursu,*

Typus hic, ex regionis ingenio, explicatione non eget. In similiūnum orum uno juxta caput ignotum legitur: CEL-TAMB EXSC. Quid priore vocabulo, nisi duo sunt, intelligatur, difficile conjectu. Posteriorem partem significare EX Senatus Consulto, vix ambigendum, et censet Florezius, Toletum EX. S. C. ante Augusti aetatem concessam potestatem signandae pecuniae.

*Caput laureatum barbatum. ¶ V. V. TOLE. Equus currans. (Florez T. III. tab. LXVI. 3.)*

Habemus in hoc numo Toletum quoque *Vrbis Victoriois* appellatione, atque is non modo spectato utriusque partis typo

c) Ann. I. 77. d) in utriusque vita. e) Dio. L. LIII. § 25. f) Inst. orat. L. VI. c. 4.

simillimus est numo Oscae vulgato a Flo-  
reziō s), sed etiam conspirat cum epigra-  
phe aliorum Oscae numorum, in quibus  
haec quoque passim Vrbs Victrix appellata-  
tur. Quin et in hujus Oscae numis, ut in  
Toleti, typus obvius est eques armatus.  
Causa tantae cum typorum, tum epigra-  
phes concordiae incerta. Similes numos  
ab omnibus inde a Paruta rei numisma-  
ticae scriptoribus Panormitanos habitos,  
in numis Oscae diximus.

Æ. RRR.

### TVRIASO.

Hodie Tarazona.

*Autonomis* dubiis, ut dicetur, sunt  
imperatores Augusti, Liviae, Tiberii.

*Epigraphe*: TVRIASO., vel MVN.  
TVR: vel MVN. TVRIASO scriptum sae-  
pe intra corosam quernam.

SILBIS. Caput muliebre laureatum. X  
TVRIASO. Vir polledatus eques pacifica-  
toris ritu.

TVRIASO. Caput muliebre nudum,  
in numo Augusti.

TVRIASO. Caput muliebre velatum,  
in numo Augusti.

Vocabulum SILBIS, quia neque ur-  
bis cognitae est, neque divinitatis, in in-  
certis putandum. Tamen caput muliebre  
esse Liviae conficit Florezius; perinde at-  
que in sequentibus binis numis, neque  
obstare lauream numi primi, cum eadem  
in Romulae quoque numis laureato sit  
capite. Ergo et vir eques ejusdem numi  
indicabit statuam Augusto Turiasone po-  
fitam.

Typi reliqui:

Bos fons, typus frequentior in Turiaso.  
mis moneta. Vide de hoc dicta in Calagurri.

DIVVS. AVGVSTVS. Ipse capite ra-  
diato sedens d. fulmen, s. hastam, in numo  
Tiberii.

Magistratus: IIVIRI, in numis I. et II.  
fermae, AEDILES in numis III. formae,  
utrinque eorum adscribuntur nomina.

Morellius in numo Turiasonis videre  
sibi viuis est inscriptum PERMISSU AVGUSTI,  
quae formula, in Baeticae numis obvia,  
hactenus in provinciae Tarraconenis nu-  
mis comperta non est, dempto numo Cae-  
saraugustae. Verum probavit etiam Flo-  
rezius, hunc Morelli numum non esse Tu-  
riasonis, sed Italicas.

Æ. C.

### VALENTIA.

Eodem nomine hodie superstite. De  
ea Livius b): Junius Brutus consul in Hi-  
spania iis, qui sub Viriatho militaverant,  
agros oppidumque dedit, quod Valentia  
vocatum est. Colonia fuit teste Plinio.

Autonomi sunt emnes:

Caput Palladis galeatum alatum, ad-  
ditis quinquennalium nominibus. X VA-  
LENTIA. Cornucopiae simplex illigato ful-  
mine, omnia intra lauream.

Caput simile, prae quo literae Hispa-  
norum. X VAL. Idem typus.

Simillimo utrinque type usus est Q.  
Fabius Maximus in denariis.

Magistratus, uterque Quinquennalis,  
unico elemento Q. notatus.

a) L. III. tab. LXIV. 13. b) in epitome L. LV.

Cum praeter Tarraconensem hanc Valentiam alia adhuc fuerit in Bruttii sita, et haec quoque numorum ferak, factum, ut viri eruditii monetam Valentiae nomine inscriptam passim confundarent, et Tarraconensi largirentur, quae fuit alterius Bruttiorum, et vicissim. Florezius adcuratas regulas dedit, quibus sua cuique tribuitur<sup>i</sup>). Nos ejus dictata repetere necesse non putamus, cum novis sufficiat, numos omnes, qui his, quos modo descripsimus, sunt similes, esse Valentiae Tarraconensis. Praeterquam enim quod testetur Florezius, ejus generis frequentes reperiri in Valentiae agro, adscriptae in nonnullis literae Hispanae dubium omne feliciter tollunt. Contra, qui numi vel minimum ab his discedunt, ne dubita, Valentiae Bruttiuum monetam putare, quam vide.

Plerique hactenus antiquarii hoc reuocarunt numos, in quorum antica sunt

capita J. Cesaris et Octaviani in diversum respicientia, in X C. I. V. typo navis. At Florezius et Pelleriaius testantur, numeros similes non reperi in Hispania, at magno numero in Gallia Narbonensi. Pellerio igitur visum, esse Viennae restituendos, cujus et nos consilium sumus fecuti.

A. RR.

#### VISONTYVM.

In Pelandonibus prope Numantiam praecone Ptolemaeo.

*Imperatoriam* Augusti ex museo regio citat Harduin, in cuius X MVN. VI SONTIVM intra lauream. Posset hic numerus, si revera exstat, tribui Sequanis Galiae, sed horum urbs fere constanter scribitur *Vesontio*. Similem aversam in numis Galbae proposuit Morelius<sup>k</sup>), ejusque similem Cellarius ex Hadriano Valegio citat<sup>l</sup>). Verum jam diu ante Galbam defecit res numismatica urbium Hispaniae et Galliae. Hujus numi non meminit Florezius.

#### NVMI VRBIVM HISPANIAE INCERTI SITVS.

##### AMBA.

Epigraphie AMBA, type Sphingis, vel duorum ramorum situ horizontali, vel bovis stantis. Modus horum numerum plane Baeticus. Ceteram urbis situs ignotus.

##### BORA.

Numos hoc nomine insignes primum

Eborae Lusitaniae tribuit Florezius<sup>m</sup>), quod praefixum E videre sibi visus est. Integritates serius aquisiti esse Borae ignotae urbis docuere<sup>n</sup>).

##### CERET.

Scriptum inter duas spicas more Baetico. Numi sunt apud Florezium Tom. I. tab. XIX. 10. et tab. LXI. 15.

i) Tom. III. p. 126.

m) Tom. II. p. 642.

k) Tab. VIII. n. 16.

n) Tom. III. p. 17.

l) in Vesont. Gall.

## GILL.

Numos sic inscriptos, additis etiam in uno literis Hispanis, et typo in aversa equitis proposuit quidem Florezius <sup>o)</sup>, sed patriam eorum non reperit.

## IRIPPO.

Exstant *autonomi* inscripti IRIPPO. typo mulieris sedentis d. strobili tenetis. Spanhemius nummum similem causa strobili, et vitiata haud dubie inscriptio-

ne post Wellerum Augustae Vindelicorum tribuit <sup>p)</sup>. Vide et infra in Augusta Vindelicorum. Numi sunt apud Florezium tab. XXX. et LXIII.

## LONT. OLONT.

Numos sic inscriptos typo equitis, spicae, strobili dedit Florezius tab. XXXII. XXXV. LXIV., sed ignorantur haec nomina in geographia Hispana.

## Numi Hispaniae sine urbis nomine.

Florezius tab. LVI. a num. 1. usque 6. varios obtulit numos, quorum unus caput habet Augusti, reliqui autonomi, sed et hi quoque, ut satis ex typis apparet, Augustorum aetate cusi. Typi sunt: instrumenta pontificalia, aquila fulmini infestans, signa militaria, Victoria etc. Singulis inscribuntur II VIRi QVINquennales, sed et in singulis reticetur urbis nomen. Causa Ivirorum Quinquennialium, et quia similes numi frequentius intra fines Carthaginis Novae reperiuntur, existimat auctor noster, eos in hac signatos. Ex his juverit unum descripsisse:

L. ACILIVS. II VIR. QVIN. AVG.  
*Instrumata pontificalia.* X L. IVNIVS.  
II VIR. QVIN. AVG. *Aquila fulmini infestans.*

Singulare in hoc numo additum utriusque Quinquennali AVG., neque in alterius hactenus coloniae numo observatum. Conjecit Florezius <sup>q)</sup>, legendum QVINquennalis AVGustalis, quo forte significaretur, utrumque Ivirum Augusti nomine in hac

colonia supremo hoc munere functum. Verum tum solitos dici praefectos, non Augustales, saltem ex lege ordinaria, dicemus in tractatu de numis coloniarum. Accedit, truncatum vocabulum AVG. aliis etiam modis, iisque congruis, exempli posse. Quid si AVGurem significaret? quam dignitatem eti praeter morem fuerit numis inscribere, tamen constat, fuisse augures in coloniis, eosque a decurionibus electos, de quo vide Norisium <sup>r)</sup>. Quid si AVGustalem? non quidem in sensu Florezii, sed quo sacerdotium D. Augusti notaretur. Sic et in marmore Reatinus apud Gruterum <sup>s)</sup> T. Fuadilius Genius minus dicitur VI. VIR. AVGustalis PATRONVS. ET. QVINQuennalis PERPETVVS. Verum haec omnia in conjecturis putamus.

Praetermitto numeros incertos alios, quos Florezius tabulis postremis Tomi II. et III. complexus est, quod major eorum pars nihil ad philologiae causas confert.

<sup>o)</sup> Tab. XXVIII. et LXII.

<sup>p)</sup> Tom. I. p. 308.

<sup>q)</sup> pag. 652.

<sup>r)</sup> Cenot. Pis. diff. I. c. 6.

<sup>s)</sup> p. 414. 2.

## GALLIA.

## PROLEGOMENA.

Galliae monetam secundum constitutam ab Augusto vastae ejus regionis divisionem, nimisrum in provincias Aquitanicam, Narbonensem, Lugdunensem, Belgicam persequemur. Peuca tamen prae-monenda, quae spectant ad horum numerorum I. epigraphen, II. typos, III. metallum, IV. fabricam, V. aetatem, VI. auctores, qui in hos nummos sunt commentati.

I. Epigraphē in his ter varia, Graeca, Latina, aut ex utriusque linguae litteris mixta. Literis et lingua Graeca usitata est Massilia Phocaeensium Joniae colonia, et Massiliae colonia Antipolis, tum et Beterra, quae omnes fuere Galliae Narbonensis urbes. Latinam adhibuerunt populi reliqui omnes. Quam mixtam dixi, ejus est naturae, ut lingua Latina dominetur, immixtis nonnunquam literis Graecis. Linguae Graecae scientiam non fuisse Gallis penitus ignotam, variis testimentiis docemur, quae collecta vide in Gasparis Oderici epistola de humo Orcitirigis. Hau-sere vero eam a colonis Graecis ex Jonia, ut dixi, huc profectis. Auctis Romanorum in Provincia rebus commeantes hoc frequentius Galli Latinas ab his literas fuit mutuati, sic tamen, ut nonnunquam tenere, quo barbaros arguas, Graecas fibi prius cognitas misserent. Singularis

est numus in Catalogo d'Ennery <sup>1)</sup>, in cuius antica scriptum Latine EPENOS, in aversa idem nomine Graece ΕΠΗΝΟC.

II. Typi omnium maxime obvii sunt equi, vel apri. Typo equi verisimile est indicari Gallorum in educandis equis generosis studium. Nam Strabone teste <sup>2)</sup> Galli equitatus magis, quam peditatu illustres fuere, sc. ut ab iis Romani optimam equitatus sui partem haberent. Apri quoque vel porci significare videri possent ejus animalis beatam in Gallis sortem; nam sues pernoctare in agris, esse robore et proceritate praestantes, atque inde salsamentorum copiam Rōmam deferri testatur Strabo <sup>3)</sup>, at propius vero est, eandem eos in numis Gallicis habere significationem, quam in Hispaticis. Advertisimus in numis Clusiae Hispaniae, gentis Coeliae, tum et in numis Galbae Aug., aprorum vel porcorum imagines in Hispania rei militari serviisse, propterea quod saepè vexillis praefixa exhibentur. At idem videre est in his Galliae numis; nam in eorum uno, quos infra in Tornaco Belgiae recensebimus, aper figurae militari adstituitur, in altero miles aprum hasta deflillum gestat. In numo alio urbis incertae apud Pelleriniū <sup>4)</sup> aper item hastam militis ornat, denique et teste Bouterovio (pag. 42.) in arcu triumphali Arausisionis

1) pag. 120. 2) L. IV. p. m. 299. 3) L. IV. p. 301. 4) Rec. I. tab. 5. 8.

sculpta comparent arma, et insignia Gallica, quibus apri praefixi sunt. Si vera refert Tacitus, Germani quoque Aestii, ad ultimum maris Baltici litus in ortum positi, hujus animalis formis delectabantur. *Matrem deum*, inquit, *venerantur; insignis superstitionis, formas aprorum gestant.* *Id pro armis omnique tutela; secundum deae cultorem etiam inter hostes praestat*<sup>2)</sup>. Quid quod et teste Plinio in Romanorum exercitu apri singulos ordines anteibant<sup>3)</sup>. Idem confirmat Festus, qui et addit, eum inter signa quintum locum obtinuisse, quia confecto bello caesa porca foedus firmari solebat<sup>4)</sup>.

Sunt hi typi monetae Galliae propriae. At sunt et alii adscititii et ex alieno advocati, ut caput Palladis galeatum alatum ex denariis Romanis. Huc refert Pellerinius numos aureos et argenteos, qui hinc caput nudam, inde figuram bigis vectam offerunt addita inferne scriptura literis luxatis constante<sup>5)</sup>. Existimat vir eruditus, signatos esse a Gallis ad modum aureorum Philippi II. Macedoniae regis, quorum exemplaria complura ii, qui sub Brenno in Macedonia militantes subinde in Galliam rediverint, in patriam importarint. In eadem sententia est etiam Belleyus<sup>6)</sup>, et docet idem experentia.

Ex sigillis minutis frequentissime occurrit pentagonum ejus plane formae, qua illud exhibent numi Veliae, Nuceriae, Ptolemaeorum, ac praecipue Pitane Myiae. Principio sigillum istud tanti

non putabam, ut sperarem, quod subinde comperi, posse aliquid ad illustrandam Gallorum theologiam philosophiamque conferre. Accipe, quo istud pacto praestet. Druidum disciplinam, quos sacri profanique juris arbitros Galli constituerunt, fuisse Pythagoricam, in confessu est. *In primis, testatur Caelar*<sup>e</sup>, *hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime virtutem excitari putant metu mortis neglecto.* Quod dogma ut esse Pythagoricum, et si suppresso auctore, facile intelligimus, sic Gallos Pythagoricis placitis imbutos diserte adfirmat Diodorus Siculus<sup>f</sup>: *invaluit enim apud eos (Gallos) Pythagorae doctrina, animas hominum natura esse immortales, et definito anno rum numero reviviscere in aliud ingressas corpus.* At Ammianus<sup>g</sup>: *Inter hos Druidae ingenii celsiores, ut auctoritas Pythagorae decrevit, -- respectantes humana pronunciarunt animas immortales.* Fuit vero dogma istud sic in Gallis inveteratum, ut essent etiam, qui crederent, ipsum Pythagoram illud a Gallis hausisse, creditumque istud fuisse Alexandro, refert Clemens Alexandrinus<sup>h</sup>). His constitutis ad pentagonum nostrum, hujus causam disputationis, revertamur. Teste Luciano<sup>i</sup>) Pythagoraeis instar symboli habitum est το τετράλου τριγωνον, το διαλληλον, το πενταγωνον, triplex triangulum inter se junctum, quinquelineare, et quod ΤΓΕΙΑ προς αυτων ανομαζετο, SALVS ab ipsis

2) German. cap. 45. a) L. X. § 5. b) in Porci. c) Rec. I. p. 14.

d) B. L. T. XXXVII. p. 394. e) B. G. L. VI. c. 14. f) L. V. § 28.

g) L. XV. in Constantio. h) Stromm. L. I. i) de lapsu inter salut.

*appellabatur.* Et vero idem hoc pentagonum in Pitane Myliae numis pro ipsa salute positum in ejus urbis moneta demonstrabimus. Eodem ergo alveo, quo Pythagorae doctrina ia Galliam fluxit, derivantibus hand dubie Massiliensibus, Pythagoricorum etiam symbolum ed vectum, et religionis causa numis videtur inflatum.

III. Metallum triplex ad feriundos sumos additum, aurum, argentum, aes. Auri argenteique fodinas per Galliam, hodie, quod mirere, fere sterilem, pluribus locis commemorat Strabo, quin et numos ex utroque metallo, cum narrat, Luerium Ayernorum regem tantis fuisse opibus, ut aliquando ostendandas opulentiae causa curru vectus auream argenteamque monetam spargeret, quam comites legerent <sup>1).</sup> Idem refert Athenaeus <sup>1).</sup> Gallorum aurei plerique in aversa bigas exhibent, quos nempe supra § II. ad exemplar numorum Philippi II. signatos dixi. Major monetae Gallicae numerus argenteus est, reliqui aenei, quos inter sunt etiam, qui alia viliora metalla admixta habent, qua colluvie vix alibi signatos sumos reperi, sicutque fabricae insigniter barbarae, quorum typi sunt capita informia, aves, equi etc. Eorum plura exemplaria sunt in museo Caesareo, et meminerunt etiam Pellerinius <sup>2),</sup> et Caylus <sup>2),</sup> qui facto examine chymico reperit, ex quibus partibus aes istud sit compositum, quod hac ratione ejus evasit naturae, ut malleo resisteret, solaque fusione hi potuerint numi confici.

IV. Fabrica in nullo optima, in multis non ingrata tamen, at in aliis misere barbara. Argentei proprium quedam modum habent, quo eos esse Gallicos facile docere; sunt namque minati, ceu Romanorum quinarii, et lamidae tenuis.

V. Ad aetatem numorum Gallicorum quod attinet, fuere, qui centerent, eos non usus ante tempora, quibus Romani rerum in Gallia potiebantur. Hos inter Sperlingius faxity nullum ex iis, quos Bouterovius protulit, observari, qui non Romanis debeatur, illorumque coloniis in Galliam deductis, aut illorum auctorati jus monetae Galliis concedenti. Causas adfert, quod caesaries illa, illa barba immissa, quam historici veteribus Gallis tribuant, in his numis abest, tum vero deorum dearumque Romanarum imagines in his observantur <sup>3).</sup> At enim infirme sunt hae causae. Quis enim facile edixerit, quorum sint hae imagines, Gallorumne, an deorum? Typi vero Romanis minus commode Galliam jam tum Romanis subjectam comprobant, quia inde sequeretur, etiam Macedonibus eam paruisse, quia Macedonici in ea typi comarent, ut articulo II. diximus. Fuit semper barbaris proprium, cultiorum populorum typos etiam citra obsequium imitari. Fuisse vero Gallis jam ante Romanorum res monetam propriam, ex Strabone arguimus narrante, Luerium Arvernum regem, ejus Bituiti patrem, qui cum Fabio Maximo bellum gerit, monetam auream et argenteam in publicum abjecisse <sup>4).</sup> Necesse video statuere, auream

1) L. IV. p. m. 291. 1) L. IV. p. m. 152. 3) Rec. I. p. 16.

2) Rec. d'Ant. T. VI. p. 330. 4) de Num. non us. c. 37. 4) L. IV. p. m. 291.

Hanc monetam fuisse aut peregrinam Roma adlatam, aut domesticam Romanam admittere non possum. Etenim Bituitus cum Fabio bellum gerit anno V. C. 633. Ejus ergo pater Luerius floruit ineunte saeculo VII. ab V. C. At tum aut nulla fuit adhuc Romae pecunia aurea, aut parciissima, ut probabimus in numis consularibus. Necesse igitur, eam pecuniam fuisse domesticam, Gallisque ante Romano-rum jugum propriam fuisse monetam, aut viderit Sperlingius, quo se pacto contra Strabonis auctoritatem tueatur. Neque vero dubitari etiam potest, in anteriora tempora pertinere numos aureos et argenteos, quos paullo supra ad modum numorum Philippi II. signatos dixi. Ceterum non negavero, obscura esse pleraque, quae de monetae Gallicae ortu et progressu possunt adferri, quia notis chronologicis, nisi quae coloniarum R. est, prorsus defitit. Coloniarum numos adhuc impe-rante Augusto feriri desitos, inde argui-mus, quod cum Tiberii capite eorum nul-lus amplius comparet, et forte etiam tum

omni Galliae interdictus usus monetae propriae inducta in provincias pecunia Romana. Sane refert Strabo <sup>4)</sup>, de sua utique loquens aetate, nimirum exitu Augulti, et initio Tiberii, a praefectis Romanis Lugduni auream et argenteam monetam cusam. Ceterum non est mihi animus refutandi sententiam auctoris anonymi, dejerantis, numos Gallorum veteres inferiori Augustorum aetati deberi, sic ta-men, ut saltem Constantini M. aevum aequent, cuius ille judicium causam ab utrius-que monetae similitudine repetit <sup>5)</sup>.

VI. In numos Gallicos primus com-mentatus est Claudius Bouterovius in ope-re: *Recherches curieuses des Monnoyes de France. Paris 1666. in fol.* Adde citatum auctorem anonymum in Memoriis Tre-voltiensibus, sed multa frigide, et nullo criterio adserentem. Successit Pellerinius, qui numos Bouterovio ignotos edidit et illustravit <sup>6)</sup>. Id genus numos binis etiam tabulis exhibuit auctor musei Pembrockiani <sup>7)</sup>. Auctores, qui numos singulares edi-dere, per ipsum opus laudatos reperies.

<sup>4)</sup> L. IV. p. m. 292. <sup>7)</sup> Mem. Trev. Nov. 1706.

<sup>5)</sup> Rec. I. p. 23. et Rec. III. p. 179. <sup>8)</sup> Part. II. tab. 93. 94.

## GALLIA AQUITANICA.

---

### *AVARICVM.*

Hodie Bourges, olim Biturigum caput III.  
ad Ligerim.

AVARICO. *Aper. X Eques. AE. III.* (Bouteroue, et Hunter.)  
(Pelleriu.)

AE. RRRR.

### *PETROCORII.*

Hujus reliquias nominis hodiernum  
*Perigueux* conservat.

PETRVCOR. *Caput Palladis galeatum alatum. X Eques. AR. III.* (Bouteroue.)

AR. RRRR.

### *SANTONES.*

Populus ad Oceanum, hodie nominae provinciae *Xaintonge*, et urbis *Saintes* cognitus.

SANTONOS. *Caput Palladis. X Equus currans. AR. III.*

ARIVOS. *Caput Palladis. X SANTONOS. Equus currans. AR. III.*

Q. DOCI. *Caput Palladis. X Q.*

DOCL. SANT. *Equus currens. AR.*

Sunt omnes in museo Caesareo, apud  
Bouteroue, et Hunter.

AR. C.

### *TVRONES.*

Populus Lugdunensis contributus, sed eorum urbs, serius *Caesarodunum*, hodie *Tours* cis Ligerim in Aquitania sletit. A re monetaria medio aevo plus, quam veteri illistris.

TVRONOS. *Caput Palladis galeatum alatum. X CANTOPIX. Equus currans. AR. III.* (Bouteroue.)

Bouterovius literam C positam pro Σ putat, mixtis nimirum literis Graecis Latinisque, uti scriptum videtur quoque CANTOPIX pro SANTORIX. Hanc sententiam verisimilem faciunt scripta SANTONOS et similia. Itud si verum, C pro Σ jam mature hunc tractum invasit.

AR. RRRR.

## GALLIA NARBONENSIS.

### *ANTIOPOLIS.*

Mediterraneo ad sita, Massiliensem colonia, cuius causa numi Graece inscripti, hodie *Antibes*.

*Capita variantia adscriptis verbis ambiguis: ΜΙΔΙ. vel ΔΗΜ. etc. X ANΤΗΠ. ΛΕΠΙ. Victoria tropaeum coronans. AE. III.*  
(Pellerin, Mus. Caes.)

Vox ΛΕΠΙ. haud dubie Lepidum *Aper. AR. III.* (Pellerin.)

IIIvirum indicat, quod mox infra confirmabunt numi Cabellionis.

AE. R.

### *ARECOMICI.*

Vide infra in Volcae.

### *AVENIO.*

Hodie *Avignon*.

*Caput Apollinis laureatum. X AOTE.*

*Alius similis, sed scriptum ATE. et  
Æ. III. (Hunter.)*

*AR. et Æ. RRRR.*

**BETERRA.**

*Nunc Beziers.*

*Protomo puerilis galata elata dextera. X BHTAPPA. Leo currans, superne K.  
Æ. fere I. (Pellerin.)*

*Caput virile nudum lunae bicornis impositum. X Similis aversa. Æ. II. (Liebe p. 167.)*

Holstenius missum sibi a Peirescio numum laudat, in quo scriptum: BHTHPATΩΝ. <sup>a)</sup>, unde verum urbis nomen in codicibus multum corruptum eruitur. Jam et Plinius urbem vocavit Beterras. Vide de his plura apud Liebum, qui et jure Harduinum refutat similes nummos in Palestinam avocantem.

*Æ. RRR.*

**CABELLIO.**

*Hodie Cavaillon.*

*Hirosum nomine cuses habemus nummos, quod et factum videmus in aliis Galliae urbibus, Antipoli, et Lugduni.*

CABE. *Caput juvenile pendentibus eincinnis. X LEPI. Cornucopiae intra coronam. AR. III. (Morelli Fam. Aemil. tab. 2.)*

CABE. *Caput muliebre turratum. X IMP. CAESAR. Cornucopiae. AR. III. (Morelli l. c.)*

CABE. *Caput geminum, cea Jani. X MΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. MΑΣΣΑ. Leo gra-  
M. ANT. Caput M. Antonii nudum. Æ. diens. AR. III.*

III. (Pellerin Rec. I. p. 20.)

*AR. et Æ. RRRR.*

*Coloniz. Coloniam fuisse Cabellio-*

*nem, auctor est Ptolemaeus. Quo certi reddimur, numos inscriptos COL. CABE. huc pertinere, nam nullam aliam urbem ab his literis incipientem fuisse coloniam constat. Lege de his nummis late et praeclarare differentem Bimardum <sup>b)</sup>.*

*COL. Caput muliebre galvatum. X CABE. Caput juvenile intra lauream. Æ. HI. (Mus. Caes. Morelli in Fam. Aemil. tab. 2.)*

*Æ. RR.*

**LACYLON.**

*Vide in sequente Massilia.*

**MASSILIA.**

Illustris Phocaenium Joniae colonia, qui Olympiade XLV. Persicam servitatem fugientes hic sibi sedes quaequivere, subinde aucta potentia non in vicina modo litora, sed et ipsam Hispaniam colonias deduxere, ipsis etiam barbarae Galliae salutares inductis artibus moribus que Graecis. Copiosa sunt veterum de hac colonia testimonia, sed vide praecipue Justinum <sup>c)</sup>, et Silium Italicum <sup>d)</sup>.

*Autonomi hujus urbis incredibili sunt numero, quos omnes contulit, et praeclara dissertatione illustravit vir eximius S. Vincent supremus juri dicundo in Provincia praefectus, cui titulus: Mémoire sur les médailles de Marseille 1771.*

**Caput Diana cum areu et pharetra. X**

**MAΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. MΑΣΣΑ. Leo gra-  
M. ANT. Caput M. Antonii nudum. Æ. diens. AR. III.**

*Numi hi potiorem monetar Maffilienis numerum faciunt. Causam Dianaë nummis insertae infra in aeneis prodemus:*

<sup>a)</sup> in Battaglia.

<sup>b)</sup> ad Jobert. T. II. p. 235.

<sup>c)</sup> L. XLIII. c. 3.

<sup>d)</sup> Pun. XV. v. 169.

Vtramque superficiem plerumque litera una pluresve vario modo conjunctae ob-sident, quarum explicatio erui nequit. Ingens etiam exstat numerus similium nu-morum opere supra, quam credi potest, barbaro. Nunquam mihi persuasero, Maf-silienses ad extremum usque imperii R. aevum praeclaris artibus deditos tam bar-barae monetae fuisse auctores. Quare credam potius, a finitimis Gallis barba-ris ad exemplar numorum Massiliensium eos percussos, quo modo etiam Philip-pi II. et Alexandri M. numos barbaris in exemplum serviisse alibi docemus.

\* \* \*  
*Caput virile imberbe. Ξ MA. in area quadripartita. AR. IV. (Mus. Caef. Pellerin.)*

**ΜΑΣΣΑ.** *Caput Apollinis. Ξ M. in area quadripartita. AR. IV. (Pellerin.)*

**ΔΑΚΤΔΩΝ.** *Caput juvenile. Ξ Area quadripartita. AR. IV. (Pellerin.)*

Numum ex his primum pertinere Ma-siliam, jam pridem sanxit Bouterovius <sup>a)</sup>, quare mirum, potuisse Froelichium suspi-cari, numulos esse Macedonicos, et aream in quatuor partes sectam indicare Ma-cedoniam a Romanis quadrifariam divi-fam <sup>b)</sup>. Numus alter inscripto **ΜΑΣΣΑ.** loquacior dubium omne penitus aufert. Exstant numi Syracusani his prorsus simi-lles, nisi quod pro **ΜΑ.** legitur **ΣΤ.** vel **ΣΤΡΑ.**, quibus Princeps Turris Muciae perperam numum literis **ΜΑ.** insignem miscuit. Refert illustris S. Vincent supra laudatus, legi in actis Provinciae ad annum 1366., stupendam hujus generis nu-

morum copiam in agro apud castrum de Tourreves a pueris ludentibus repertam, quo enarrato ic claudit historicus: *Et erat ipsa pecuniae forma talis, habens ab una parte formam capitii Saraceni, et ab alia parte erat formae talis, habens crucem cum literis, sicuti patet, MA, et erat puri argenti fini, quod dicebatur valere denarios quinque vel circa nunc usu-alis monetae, de quo eventu multi praesa-giati sunt potius malum, quam bonum; quid autem per hoc futurum sit, deus novit.* Iisdem binis literis usi sunt adhuc Massilienses in suis medii aevi numis regum Francorum, quos videre potes apud le Blanc.

Numulus III. in uno Pellerinii museo conspicuus illustre est Massiliae monumen-tum. A praecedentibus solo inscripto ΔΑΚΤΔΩΝ differt, cujus explicationem vocis ex Pomponio Mela hausimus <sup>c)</sup>: *Lacydon*, inquit, *Massiliensium portus*, et in eo ipsa Massilia. Praeterea Eusta-thius <sup>d)</sup>: *ἀγαθὸς γαρ τοῖς Μασσαλιωταῖς λιμηνὸς Λακυδών, πρεστᾶς enim Massili-enibus portus Lacydon.*

\* \* \*  
*Caput Palladis, pone A vel B. Ξ ΜΑΣΣΑ. Aquila jans expansis aliis. AR. IV. (Pellerin, Hunter.)*

Rarissimi sunt Massiliae numi argen-tei, qui sint aliis typis quam quos hacte-nus vidimus.

\* \* \*  
*Caput Apollinis. Ξ ΜΑΣΣΑΛΙΗ-ΤΩΝ. Taurus cornupeta. Ξ. II. (Mus. Caef.)*

a) pag. 55.

b) Not. elem. p. 143.

c) L. II. c. 5.

d) ad Dionys. v. 75.

*Caput Palladis.* Ξ MA. *Tripus.* ΕΕ. II. iterum, et sacerdotem Massiliae, agnotherin, etc. (Spon. Misc. p. 349.)

*Caput Dianaæ.* Ξ ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ.

*Diana Ephesia cum cervo adstante, omnia intra coronam.* ΕΕ. III. (Mus. Caef.)

Typus tauri irruentis obvius est in Massiliae numis aeneis. Habuit urbs in vicino portum dictum *Tauroenta* testibus Mela et Stephano. Refert hic <sup>e)</sup>, navem, in qua vecti sunt, qui urbem condidere, pro insigni habuisse taurum, et a classe Phocaeenium rejecti cum essent, illuc apulisse, ac urbem a navis insigni nominasse. Ex simili causa credam numum alterum Palladis cultum jactare; nam in vicino fuit Athenopolis Massiliensibus subjecta testibus Plinio et Mela. Diana Ephesia postremo numo inserta praecclare confirmat verba Strabonis perhibentis, Dianam Ephesiam praecipuum fuisse Massiliensium numen, ejus honori conditum apud se fanum dictum *Ephesium*; ejusque cultum in colonias etiam propagatum <sup>f)</sup>. Nimirum cum Phocaeenses patriae suae irati novas sedes quaererent, Aristarcha mulier secundum quietem monita civibus persuasit, ut Dianaë Ephesiae quampiam imaginem navi impositam viae ducem diligenter. Atque hinc tractus fuerit mos, mulierem sacerdotem a patria Phocaea arcessendi. Sic marmor Phocaeae reperatum Fl. Moschum appellat Αρχιερειαν Ατιας γασ τε εν Εφεσω πευτανιν σεφανοφορον δις και ιεραια της Μασσαλιας αγωνοδετην κ. τ. λ. *summam sacerdotem templi Asiae,* quod est Ephesi, prytanin, Stephanophoram

AR. et ΕΕ. C.

*NEMAVSVS.*

Volcarum Arecomicorum, quorum et infra numos dabimus, urbs princeps.

Autonomi Nemausi nondum coloniae rarissimi.

*Caput muliebre diadematum, pone A. Ξ NEMAV. Eques citato cursu d. binas hastas, superne astrum.* AR. III. (Boute-roue.)

AR. RRRR.

*Colonia a quo deducta, incertum, sed fuisse celebrem, et opulentiam, tot superbites Romanae magnificentiae reliquiae, quot nulla alia Gallicarum urbium potest ostentare, quasque ipse cum admiratione vidi, abunde testantur, inter quas praecipuae amphitheatrum mirandae molis, et vicinus aquaeductus.*

*Autonomi:*

*Caput juvenile galeatum.* Ξ NEM. COL. *intra coronam.* AR. IV. (Mus. Caef.)

*Caput juvenile galeatum.* Ξ NEM. COL. *Mulier stans ante aram d. pateram, s. columnae innixa.* ΕΕ. IV. (Mus. Caef.)

Numus prior istud habet singulare, quod argenteus est, cum nullius alterius coloniae, qua patuit orbis Romanus, monetam argenteam addito coloniae nomine habeamus. Vterque numus, tam argenteus, quam aeneus, rarus est.

*Imperatorii.*

IMP. DIVI. F. addito in aliis: PP.

*Capita duo opposito occipite, Augusti lau-*

e) in Ταυροεις. f) L. IV. p. m. 271.

## GALLIA NARBONENSIS.

reatum, Agrippae cum corona rostrata. X nufiam, quam magnus fluvius Rhodanus COL. NEM. Crocodilus palmue adligatus, superne corona. AE. II.

Nihil his numis magis obvium. Pars averia omnino videtur allegoriam continere, et crocodilus vinculis adstrictus indicare Aegyptum captam, palma et corona laurea ad ludere ad victoriam de Cleopatra relatam. Sed quae sit causa hujus typi monetae Nemausensi inserti, ariolaripi get. Numi, qui juxta Augusti caput literas P. P. offerunt, ante annum V. C. 751. feriri non potuere, nam hoc demum anno Augustus Patris Patriae titulum admisit. At Agrippa his numis semper insertus ante annos IX. diem obivit. Unde verisimile, Nemausenses Agrippae ex quacunque causa multum obstrictos ejus memoriam his numis renovare voluisse.

Exstant non pauci hujus generis nummi, ex quorum margine prominet pes binnuli justae magnitudinis. De his, sed ob alias causas, jam egi in Prolegomenis generalibus <sup>a)</sup>. Comes Caylus, qui de his data opera differuit <sup>b)</sup>, ut ultiro fatetur, veram eos monetam non fuisse, sic conjicit, ad aliquod superstitionis argumentum valuisse.

AE. C.

#### RHODA vel RHODANVSLA.

De hae Plinius: ubi Rhoda Rhodorum fuit, unde dictus multo Galliarum fertilissimus amnis. Et teste Marciano Heracleota: Phocaeenses Massiliace conditores tenuerunt etiam Agatham, et Rhoda-

Caput Solis obversum, prae quo aquila. X MA. Flos balaustrum. AR. III. (Pellerin.)

Typus totus Rhodius est, at literae MA. Massiliam respiciunt. Ingeniose ergo conjectit Pellerinus, Rhodenses utriusque faciei typo veteres suos conditores Rhodios, literis MA. novos dominos Massilienses spectasse. Addit praeterea Pellerinus, numrum hunc in hodierna Provincia repertum, quo magis verisimile est, ci- milium hoc Rhodo insulae nota deberi.

Dixi in numis Rhodae Hispaniae Tarragonensis, nummos huic tribui solitos cum epigraphe ΡΟΔΗΤΩΝ forte tutius huic Galliae Rhodae tribuendos, quod vide- rint eruditii.

AR. RRR.

**RVSCINO.**  
Jam fere interit, sed comitatui Ronfalon nomen dedit. A Romanis dedueta colonia.

COL. RVS. LEG. VI. Dueae aquilae legionariae, in nummo Augusti.

Plures sunt coloniae a RVS. incipientes, quas enumerat Vaillantius, sed Ruscinonem Galliae praefert eam potissimum ob causam, quia numus, quem edidit, in Ruscinonis agro repertus est.

AE. RRR.

#### SEGVSIA.

SEGVSIA. Caput Palladis prominente retro hastā. X Hercules, ut videtur, nudus stans d. pateram, et praeterea clavam

<sup>a)</sup> Cap. XL. <sup>b)</sup> Rec. T. II. p. 341.

## GALLIA NARBONENSIS.

71

*scripto juxta ARVS., juxta figura pallio et nunc hujus Viennae. Sed quod caput tota obtecta basi insit. AR. III. (Pellerin.)*  
*Alias similis, sed in antica scriptum: SECVSIANVS. (Bouteroue.)*

Variant sententiae utriusque auctoris, cui populo similes sint numi tribuendi. Bouterovius Segusianos respexit, in quibus situm Lugdunum. At Pellerinius conjectit, esse urbis sitae in Alpibus Cotiis, dictae *Segusio*, *Segusium*, *Secusia*, nunc *Suze* Pedemontii Italiae. Res plane incerta, ut et typus partis averiae, et ipsum vocabulum ARVS, quod variis modis explicare quidem tentavit Bouterovius, sed sic, ut horum nullus satisfaciat. Conjecturas magis infirmas levesque vide in differentiatione anonymi in Mem. Trevolt. Novemb. 1706. pag. 1979., tum et in Miscellaneis observ. crit. nov. T. IV. p. 218., ubi conjicitur, Herculem dictum ARVS, trato nomine ab Arausiensibus Galliae populo.

AR. RRR.

### VIENNA.

Allobrogum caput. Colonia teste Plinio.

IMP. CAESAR. DIVI. F. — DIVI. IVLI. *Capita nuda occidente opposito J. Cæsar, et Augusii.* X. C. I. V. *Navis.* AE. I.

Valentiae Hispaniae hos numos largiti sunt Harduinus et Vaillantius legendō nimirum: *Colonia Iulia Valentia.* Sed evicit Panelius, quem et Pellerinius sequitur, (Mel. I. p. 246.) legendum esse: *Colonia Iulia Vienna.* Etenim his numis simillimi sunt tam inscriptione, quam typis numi vicinae Copiae, seu Lugduni, et capita sic opposita in Gallicarum tantum urbium numis usitata fuere, ut Copiae, Nemausi,

est, etiam dubitavit Florezius, utrum numeri similes Valentiam Hispaniae pertineant, quia non in Hispania reperiuntur, sed ex Gallia inferri solent, teste vero Pellerinio inveniuntur in agro Lugdunensi, ejusque vicinia.

Dubitantis more olim huic coloniae numum tribuendum putavi, ut et in hunc usque diem dubito:

A. C. I. V. *Caput M. Antonii.* X. Q. PAQVIUS. RVF. LEG. *Figura togata in sella curuli sedens.* AE. III.

Literae partis adversae sic legendae visae: *Antonius Colonia Iulia Vienna.* Vide, quae ad hunc numum observavi in meis Numis vet. pag. 3., et quae dicemus in Familia Pacuvia, vel Paquia. Abbatii Seltino hi numi pertinere ad Apros Thraciae coloniam videntur. (Lettere p. 138.) Argumenta, quae adfert, ejus sunt generis, ut miter profecto, si ipsi auctori fidem fecere.

AE. RR.

\* \* \*  
 De numis aureis inscriptis: VIENNA.  
 DE. OFFICINA. LAVRENTI agemus in numis Mauricii Aug.

### VOLCAE ARECOMICI.

Populus circa Rhodanum, cuius caput Nemausus.

*Caput imberbe laureatum.* X. VOL.  
*Equus currens.* AR. III. (Hunter.)

VOLCAE. *Caput muliebre.* X. AREC.

*Figura togata stans, juxta palmae ramus.*

AE. IV. (Muf. Cael. Bouteroue.)

*Protome muliebris, juxta AR in monogrammate.* X. VOLC. *Aquila expansis alis d. pede palmæ ramo insitens, s. pede*

## GALLIA LVGDVNENSIS.

*lauream siringens. AE.* (Pembrock Part. III. tab. 19. n. 1.)

Ex his numus prior, ut Gallicus certe est, sic utrum Volcarum Arecomicorum sit, minus certum, nam et contigui fuere Volcae Tectosages. At numus alter

diserte AREComicos eloquitur. Idem reor praestare etiam numum III. per monogramma AR. Nam non adsentior auctori musei Pembrückiani, qui in verbo VOLC. Romanam gentem Volcatiam vidit.

AR. AE. RR.

## GALLIA LVGDVNENSIS.

## ABALLO.

Pellerinio hodiernum *Avalon* Burgundiae dicitur, cui sequentem numum tribuit.

*Caput juvenile. X ABALLO. Mulus gradiens. AE. III.*

AE. RRRR.

## ANDEGAVI.

Hodie *Angers*. Hujus populi argenteos et aeneos edidere Bouterovius et Pellerinius inscriptos ANDEC. In alio musei Caesarei legitur: ANDEC AV. Typi sunt: *Equus currans*, vel *Equus*.

AR. AE. RR.

## AVLERCI EBROVICES.

Hodiernum *Evreux* Normandiae.

*AVLERCO. Equus currans. X EBROVI. Aper currans.* In alio: EBROVI CES. *Figura in lentiis boum bigis. AE. III.* (Bouteroue.) In Pellerinianis scribitur: AVLIRCO. EBVR.

Cum Aulerci trifariam divisi essent, in *Eburovices*, *Cenomanos*, et *Diablantes*, adjectum EBROVICES dubium tollit. Scriptum AVLIRCO consentit cum Ptolemaei Αυλιρκιον. Cum AVLERCO solum legitur, ceu in binis Pellerinianis, incerti

fumus, ad quos tum Aulercos similes numeri pertineant.

Eidem huic populo Pellerinius applicat numum cum epigraphe IBRVIX.

AE. RR.

## CABALLODVNVM.

Hodie *Chalon sur Saone*. Ex mente Bouterovii hoc pertinet:

*Caput juvenile diadematum. X CABALLO. Bos irruens. AR. III.*

AR. RRR.

## CATALAVNVM.

Hodiernum *Chalon* Campaniae. Ejus numeri offerunt inscriptum CATAL. vel CATAΛ. typo aquilae fulmini insistentis, vel leonis. AE. III. (Pellerin.)

AE. RRR.

## COPIA.

Vide *Lugdunum*.

## EBROVIOES.

Vide supra *Aulerci*.

## LAVDVNVM.

Nunc *Laon*. Harduinus pro numero vetere recitavit ex Sirmondo numum aureum inscriptum: LVGDVNO. CLOATO. Eundem recitant Bouterovius <sup>i)</sup>, et le Blanc <sup>k)</sup>, sed legunt: LAVDVNO. CLOA-

i) pag. 195. k) pag. 83.

*TQ, et esse numum medii aevi adfirmant; Copia dictum, respexere. Variorum conjecturas late expatas a Schlegelio et*

*LVGDVNVM, COPIASANT.*

Urbs illustris ad Rhodani et Araris confluentem, dicta olim *Lugudunum*, deinde *Lugdunum*, V. C. <sup>ii.</sup> a L. Munatio Flanco ex S. C. deducta colonia, ut tradidere Dio <sup>1)</sup>, et Seneca <sup>2)</sup>. In hac urbe p̄fectos Romanos cedere monetam auream et argenteam, dicit Stra-  
bo <sup>3)</sup>.

Hippif. Morellii <sup>4)</sup> Ad Panellus contentiente Pellerio <sup>5)</sup> similes numos inscriptos COPIA sic censet Lugduno tribuendos, ut numos C. I. V. Viennae Allobrogum et quidem ex iis omnino cauſis, quas supra in numis hujus Viennae commemoravi, quo sane iudicio acquisiſendum videtur.

De numis primorum Augiſtorum, in

*Lugduni nomine extant quinarii inscripti LVGVDVN, quos explicatio vide in numis Antonii III viri.*

*Copia. Lugduno fuisse nomen Copiae, testantur complura marmora, quae collegit Cellarius, in quibus ea urbs dicitur: Colonia Copia Claudiana Augusta Lugdanum. Quo motus Harduinus hoc revocavit auctonomos ateneos inscriptos COPIA, sed quos nunc novimus pertinere Thuryrium Lucaniae. At fontibus Alii inscripti COPIA, quos verisimile est: Lugduno Copiae tribuendos. Eccos:*

IMP. CÆSAR. DIVI. F. — DIVI.  
IVLI. Capita nuda opposite occipite. I.  
Caesars, et Augusti. & COPIA. Navis  
Æ. I.

Mitis conjecturis h̄i numi campum  
aperuere. Vaillantius aut coloniae Va-  
leniae Hispaniae tribuendos putavit  
aut divisis literis nescio cui coloniae Pa-  
censi. Alii Thurium Lucaniae; senuis et

*Copia dictum, respexere. Variorum conjecturas late expatas a Schlegelio et Havercampo lege, si durare potes, in Hippū Medellī p[ro]pt[er]at Fabellis cōtentiente. Pellerio q[uod] similes numos inscriptos COPIA sic censet Lugduno tribuendos, ut numos C. I. V. Viennae Allobrogum et quidem ex iis omnino caufis, quas super innumis hujus Viennae commemoravi, quo sane judicio aequiescendum videtur.*

-ne De nominis primorum Augustorum, in  
quorum reversa est RÖM. ET. AVG.,  
quos sunt qui signatos Lugduni putant,  
vide nummos Augusti.

*Revixit nomen Lugduni testibus nu-  
mis Albinis, inscriptis: GEN. LVG.*

... **A.R.** 100.00 m<sup>2</sup>  
... **RENT.**

Hodie Reims.  
REMO. ATISIO. Caput imberbo  
audum. X. Leo. AE. III. (Pellerin.)

*Capita tria imberbia jugata.* X RE-  
MO. *Figura in oitis bigis.* A. III. (Mus.  
Cael. Hunter.)

Tria capita nomi alterius varios haberunt interpres. Alii, ut docet Pel-lerinius <sup>1)</sup>, crediderunt exhiberi principem, senatum, populum. Alii Illviros, ali tres Gallias. Incerta omnia.

**A. RR.**  
**ROTOMAGVS.**

Hodie Roden.  
RATVMACOS. *Eques, vel bigae. E.*  
III. (Pellerin.)

**THE A. R. R. R.**

<sup>m)</sup> Epist. 91. <sup>n)</sup> L. IV. p. m. 202.

o) Num. pop. in *Lugdunum*. p) T. I. p. 73. et 352. q) Mel. I. p. 246. r) Rec. I. p. 26  
(*Vol. I.*) K

## GALLIA BELGICA.

## SEQVANI.

*Populus Rhodano et Arari intercep-tus.*

*Caput virile imberbe nudum. X SE-*

## GALLIA BELGICA.

## AGRIPPINA.

*Colonia in Ubiis sita, hodie quoque Coloniae nomine cognita, sic dicta ab Agrippina jun. in Ubiis nata.*

*Coloniae nomine (missis Golzii signe-tis) signati numi huic oppido tribuuntur sequentes:*

... C. POSTVMVS. P.F. AVG. *Caput Postumi radiatum. X COL. CL. AGRIP. COS. IIII. Mulier stans d. bilancem, s. cornucopiae.* (Haym Thes. Br. T. II. p. 391.) Medio**barb.** in Postumus Sed epigraphen numi similis sic enunciat. Cl. Beanauis: C. C. A. A. id est: *Colonia Claudia Au-gusta Agrippinensis.* (Hist. abr. T. II. p. 51.)

Id genus numos signatos curavit Postumus Galliarum tyrannus nulla cer-ta causa. Colonia haec dicitur *Claudia* conditore Claudio V. C. 803, ut testatur Tacitus<sup>1)</sup>.

Æ. RRRR.

## EBVRONES.

*Populus olim, ubi nunc ager Leo-diensis. Ei tribui solent numi sequentes:*

*Caput Palladis galeatum alatum, adscripto: AMBIORIX. vel: TAMBIL. X EBVRO. Eques hastatus.* AR. III. (Bouteroue, Pellerin.)

De Ambiorige Eburonum regule mox infra in regulis Gallicis agetur.

AR. RR.

QVANO. *Aper. AE. III. (Bouteroue, Pe-lerin Rec. III. p. 186.)*

Æ. RRR.

## GALLIA BELGICA.

## MEDIOMATRICI.

Modiernum Metz.

*Protome Palladis. X MEDIO. Eques*

*citato cursu. AE. III. (Pellerin.) In aliis MEDIOMA. Pegasus. (Harden.)*

Æ. RRR.

## TORNACVM.

Nunc Tournay forte.

DVRNACOS. vel DVRNACVS. Cas-pút Palladis galeatum alatum. X DON-

NVS. Eques hastatus. AR. III. (Bouteroue.)

DVRNACOS. Caput simile. X DVB-

NOREX. Miles stans s. hastam, pro pe-

dibus aper. AR. III. (Bouteroue.)

DVBNOREX. Caput nudiebre. X DVB-

NOREX. Miles stans utraque manu ca-

put humatum tenet. AR. III. (Bouteroue.)

In simili. Pembrochiano legitur DVBNQ-

REIX. (Part. II. tab. 93. n. 4.)

Caput muliebre. X DVBNOREX. Mi-

les gradiens aprum hasta defixum gestat.

AR. III. (Bouteroue.)

DVRNACOS. Caput Palladis galea-tum alatum. X AVSCRO. Eques hastatus.

AR. III. (Mus. Caes. Bouteroue.)

Primus fuit Bouterovius, qui conje-

cerat, numos inscriptos DVRNACOS

Tornacum pestinere, quem seculi sunt

alii. Verum non satis constat, fueritne

Tornacum vetus nomen hodierni Tournay

Quare certi nondum sumus, siue Dur-

<sup>1)</sup> Ann. XII. 27.

huc nos tenet oppidi, an reguli. Certi reguli videntur *Donnus*, *Dubnrex*, *Auſcro*. Priorem *Donnum* Begerus eundem putavit, de quo Ovidius <sup>1)</sup>: *progenies alti fortissima Dauni*, qui fuit Alpium Cottiarum rex, Straboni perpetam dictus *Ideonius pro Donnus*, ut comprobavit Bimardus ex epigrammate arcus Segufini in dissertatione, quae exstat in Thesauro Muratorii <sup>2)</sup>. Quod si hic *Donnus* vere in his numis indicatur, valeat Tornacum Belgiae. Verum neque Begeri sententia tuta. Nam eti vox *DONNVS* hunc Alpium regalo competit, an et inscriptos numis similibus *DVBNOREX* et *AVSCRO* earum regulos statuimus? Difficile, in his tenebris aliquid adfirmare.

Pellerinius divisa voce *DVBNOREX* legit *DVBNO.REX*, et Dubnorum regem facit <sup>3)</sup>. Sed forte ea vox una tantum est perinde acsis similibus *AMBIORIX*; *TO.GIRIX* etc. Sæpius in numis Gallicis E. et I. permutata videntur. Sic vidimus supra *AVLERO*, et *AVLRCO*, et in Pembrokiano vidimus scriptum *DVB.NOREIX*. Ejusdem fere nominis fuit (*Dumnorix* *Aedacorum* princeps apud Cæfarem <sup>4)</sup>). Etiam *EBVR* <sup>5)</sup>.

De apro in his numis obvio egimus (in prolegomenis ad hos Galliarum nummos. Typo militis bisea capita gestantis putat Bouterovius indicari præclarum regis in acie facinus, citaque Strabonem et Diidorum perhibentes, fuisse Gallis in more

positum, capita hostium ex equorum collis suspendere.

AR. C.

### VIRODVNVM.

Hodiethum *Verdan*.

*VIRODV*, Capit *Palladii* *galeatum* glatum. *X*. *TVROCA*. *Eques hastatus*. AR. III. (Mus. Cæl. Bouterouë.)

AR. RR.

### REGVLI vel MAGISTRATVS GALLICE.

Præter etiū nō solum his numis inscripta occurunt, alia seu regum seu magistratūm. In uno ac forte altero regis nomine aperte additur, quo docemur, etiam inscriptos reliquos aliquo magistratu in civitatibus suis funetos. Dabit varia haec nomina ordine alphabeticè proponere, addito paucis, si quid animadvertisendum videbitur. Nolim tamē adfirmare, omnia haec vocabala, quæ subiecta leges, esse magistratum, nam horum nonnulla forte urbem indicant, sed quod ignoramus.

*ABVDOS*, (Pellerin Rec. III. tab.

124. n. 13.) vel. *ABVDO*, (Pellerin Rec. I. tab. 3. n. 2.) Ea vox apud Cæstrem servata vel edictem significat <sup>6)</sup>. Sitne verbū *Gallium*, sib Latinum, disputant etudiis ad hunc Cæstria locutum.

*AMBIACTVS*, (Pellerin Rec. I. tab. 3. n. 2.) Ea vox apud Cæstrem servata vel edictem significat <sup>7)</sup>. Sitne verbū *Eburobum* Belgiae. Cæsar siue in commentariis meminit Ambiorigis Ebiorum reguli, hominis fraudulentis. Opportune hoc loco agemus de terminatio-

1) De Pont. L. IV. cl. 7. 2) Tom. I. p. 74.

3) B. G. J. I. c. 3. 4) Bell. Gall. L. VI. c. 15. 5) B. G. L. V.

ne virorum in RIX in his Galliae numis obvia. De hac ad eundem hunc Ambiorigis numum differens Bouterovius ait, poltremam literam X esse X Graecum, non & Latinum, et quod sequitur, pronunciandum *Ambiorich*; <sup>to</sup> RICH in vetere Gallorum lingua significare *fortem* et *potentem*, quod confirmat testimonio Fortunati, qui verbum *Chilperich* interpretatur *adjutor fortis*; derivari autem ex Arabum RIK, quod his est *vis* et *robur*. Placet ad singula nonnihil observare. Quo pacto adserere possit, ultimam literam esse Graecum X, non adsequor. Novi, in his Gallorum numis saepe literas Graecas Latinis permixtas, verum an verisimile, cum tot habeamus in his numis virorum appellations in RIX exeunte, ut in praesente catalogo videbimus, semper hoc loco literam Graecam Latinae sufficiam? At demus, miro istud casu contigisse. An vero et in Caesaris Commentariis haec facta permutatio, in quibus toties *Ambiorix*, *Dumnorix*, *Orgetorix*, *Vericingetorix* etc. legitur? Quid vero diu immoratur, quando idem hic *Vericingetorix* ipsi Straboni Graece scribitur Οὐερκιγγετωρίξ, quando sane, si postrema syllaba enuncianda fuisset rich, non rix, scribi debuisset Οὐερκιγγετωρίχ. Adde alterum Gallum, qui in marmore Ancyranō dicitur ΑΛΒΙΟΠΕ<sup>b)</sup>. Et vero ex casibus obliquis *Ambiorigis*, *Dumnorigis* etc. quibus utitur Caesar, necessario fluit rectus *Ambiorix*, *Dumnorix*, ut ex legis gregis rectus *lex*, *grex*, nullo vero modo *Ambiorich*, vel *Dumnorich*. Quod si vere

barbara quaedam virorum vocabula in rich exivere, tum illa Romani in *ricus* produxerunt. Sic ex *Athalarich* enatum *Athalaricus*, ex *Theodorich* vel *Dietrich* *Theodoricus* testibus numis. Alterum, quod ait Bouterovius, <sup>to</sup> RICH in lingua Gallorum veterum significare *fortem* et *potentem*, solido quodam argumento cuperem confirmatum, cuius generis certe non est testimonium Fortunati de voce *Chilperich*; haec enim Gallorum veterum non est, sed Francorum ex Germania advenarum, qua in regione late sumpta prognata sunt nota illa verba in rich desinentia, ut *Dietrich*, *Genseric*, *Henrich*, *Friedrich*, *Ulrich*, etc. At ex mente meliorum nostrorum grammaticorum syllaba in ich desinens nota est terminationis masculinae. (Frilch in voce *Diet.* Adelung in voce *Rich.*) Cum vero viderem, Bouterovium ad Arabicum *Rik* provocare, intellexi denique, virum eruditum omne hoc ratiocinium Bocharti ingenio, quod et ipse subinde profitetur <sup>c)</sup>, debere, qui omnem hanc doctrinam quam Bouterovius de praefenso hoc Gallorum RICH commemorat, praecepit <sup>d)</sup>.

ANDOBRA, (Catal. d'Ennery p. 119).

AREMACIOS, (Pellerin Rec. III.

tab. 124. n. 2. in tab. 125. n. 10. in tab. 126. n. 11. in tab. 127. n. 12.)

ARTOIA, (Pellerin Rec. I. tab. 5. n. 12.)

ATEPILOS, Ξ TOTTOBOCIO. Nu-

mum hunc olim edidi ex museo M. Ducis, quo loco ex auctoribus nomina Gallorum adfinia, *Atepomarus*, *Ateporix* citavi. (Num. vet. p. 4.) De *Toutobogio* agetur infra.

b) Montfaucon Pal. Graec. p. 157. c) Infra pag. 156. d) In *Canaan* cap. 42.

**ATEVLA**, *Protome juvenilis alata*. tannorum reginam conjicit Bouterovius.  
**VLATOS**. *Equus fons, infra pentagonum*. AR. obvii. (pag. 67.)

Post Mediobarbi oraculum passim numi similes Attilae Hunnorum regi tribui sunt soliti. At non occultavit Begerus scrupulos, Ateulam hunc hominem esse Gallum potius, quam Attilam conjiciens, nihil tamen ultra progressus <sup>g)</sup>. Nostra hac aetate jam non dubitamus, similes numos esse Gallicos, quod metallo, volumine, fabrica, typo Gallicis sunt similimi, nihilque iis cum rege Hunno negotii. **ATEVLA** vero esse nomen Gallicum, comprobat lapis prope Nancejum effossus, in quo occurrit **ATEVLA**. SOLLI. F<sup>f)</sup>. Sententiam hanc confirmat etiam vox aversae VLATOS, qua indicari hominem Gallum docet marmor, quod post Gruterum adcuratius edidit Sponius <sup>g)</sup>, repertum apud Lugdunum, in quo proditur nomen C. VLATTI. MELEAGRI. IIIIVIRI AVG. Coloniae Claudiæ Copiae Augustae Lugduni. En tibi Attilam iterum praedonem ex Gallis iterum exactum.

**ATISIO**. in numo Remorum supra citato*ibid.* bulli <sup>h)</sup> *AVDOS*.

**AVSCRO**. in numis dubiis Tornaci Belgicae.

**AVDOS**. (Pellerin Rec. I. tab. 6. n. 24.)

**BIRACOS**. (Pembrock Part. II. tab. 94.)

**BOOVIKA**. quo nomine latere Tati Boadicam, famosam sub Nerone Bri-

BRIGIOS. (Catal. d' Ennery p. 120.)

CALEDV. **XSENODON**. (Mus. Caef.

Pellerin Rec. I. tab. VI. n. 41.)

CAMBOTR. (Mus. Caef.)

CANTOPIX. in numis Turonum Aquitanicae, nisi forte est pro **SANTORIX**.

**CARMANOS**. Vide infra 'COMMIOS.

**CIAMILO**. (Pellerin Rec. I. tab. V. n. 14.)

**COIOS**. Vide infra in *Orcitrix*.

**COLIMA**. (Pellerin Rec. I. tab. VI. n. 25.)

**COMMIO**. Nomen istud exstat in numero: **CARMANOS**. *Protome imberbis galeata*. **X COMMIO**. in aliis **COMIO**. *Equus currēns, infra folium triplex*, et Θ. AR. III. Commius, vel Comius a J. Caesare Atrebatum rex constitutus, additis etiam Morinis civitate immuni esse jussa, atque istud propter magna ejus in Bellis Gallicis et Britanicis merita, quae testimonia vide apud Begerum multum in hoc nummo versatum <sup>h)</sup>). Vocis **CARMANOS** significatio ambigua.

**CONTCVTOS**. (Pellerin Rec. I. tab. VI. n. 26.)

**CORILISSOC**. (Pellerin Rec. I. tab. VI. n. 28.)

**CRICIRV**. (*Ibid.* u. 32.)  
**CVN. CVNO. CVNOBILIN**. (Pembrock Part. II. tab. 94.)

**DALETVONVS**. Exstat numus: **REX**.  
**DALETVΩNVS**. *Caput leonis*. **X SO-**

e) Thes. Br. T. I. p. 313. f) Reinel. Inscri. Cl. II. n. 37. g) Misc. p. 170. h) Thes. Br. T. I. p. 305.

**TIOGA.** *Leo gradiens.* AR. III. Pellerinius, qui praeclarum hunc numum edidit, (Rec. I. p. 32.) hoc nomine latere putat *Adcantuanum* varie in codicibus scriptum, et *Sotianum* Aquitaniae principem, quem a Crasso victum perhibet Caesar<sup>1)</sup>, et nomine **TIOGA** eosdem hos *Solitare* intelligendos.

**DIAOVLOS.** Conjicit Pellerinius, **hoc nomine forte significari Diablitnes**, dictos Ptolémaeo Διαυλίται, qui fuere pars Aulercorum. (Rec. III. p. 182.)

**DOCI.** in numis Santonum Aquitaniae, sed scriptum Q. DOCI. (Bouteroue p. 59.)

**DONNVS.** Vide supra in numis Tornaci Belgicae.

**DVBNOREX.** Vide numeros Tornaci Belgicae.

**DVRAT.** Ξ IVLIO. (Mus. Caes.) Lege conjecturas Pellerini de inscriptis his vocabulis. (Rec. III. p. 179.)

**EPEINOS.** *Caput juvenile.* Ξ ΕΠΗ. NOC. *Eques.* (Catal. d' Ennery p. 120.)

**GAINOC.** sed scriptum ΓΑΙΝΟC. (Pellerin Rec. I. tab. VI. n. 38.)

**GERMANVS,** Vide INDVTIOMARVS.)

**ΓΙΧΤΗQS.** (Pellerin Rec. I. tab. V. n. 17. seq.)

**IBRVIX,** quod Pellerinius possum pro EBROVIX conjectat (Rec. I. p. 23.)

**ILPOMILA.** (Pellerin Rec. I. tab. VI. n. 46.)

**INDVTIOMARVS.** Numi sunt obvii: *Caput juvenile.* Ξ GERMANVS. INDVTIOMARVS. *Bos gradiens.* AE. III. Bini Indu-

tiomari a veteribus sunt proditi, unus Allobrogum dux a Cicerone<sup>1)</sup>, alter Trevitorum princeps saepe Caesari libro V. memoratus. Posteriori huic praesentem numum tribuendum putat Begerus<sup>1)</sup> suadente istud voce INDVTI. sic ut additae lineolae videantur indicare III viros, et praecedens vocabulum GERMANVS Indutiomari genus e Germanis tractum. Vide de hoc numo conjecturas alias sane infirmas, primum Joberti, qui in postremo verbo *Indictionis* notam exhiberi, et si conjecturae sua multum diffidens, censet<sup>2)</sup>, deinde Bimardi, qui cum perpetram legeret INDVTILLI, apud Illiberitanos Hispaniae hos signatos numos suscipitur<sup>3)</sup>.

**KRACCVS.** (Pellerin Rec. I. tab. VI. n. 31.)

**LITA.** LITAN. (Pellerin Rec. I. tab. V. n. 5. et Rec. III. tab. 124. n. 6.)

**NAMAΣAT.** (Bouteroue p. 56.)

**NINNO.** (Mus. Caes. Bouteroue Sit.) ne operae pretium, ut, quod nemo jam eredit, moneam, Begerum ex hoc NINNO Ninium apud Marrucinos et Marsos illustrem exsculpere<sup>4)</sup>?

**ORCITIRIX.** Nomen istud legitur in annis: *Caput imberbe diadematum, in nonnullis juxta scriptum COIOS.* Ξ ORCITIRIX. vel ORCITIRIX. *Equus currens.* AR. III. Bouterouius, qui numum similem edidit<sup>5)</sup>, putat, hunc numi Orcitirigem esse eum ipsum, qui Caesari Oregorix dicitur, auctorque fuit populi tibus Helvetiis, ut in Gallia sibi sedes

1) B. G. L. III. c. 21. 22. 2) pro Pontejo.

3) Sc. des med. T. I. p. 163.

1) Thes. Br. T. I. p. 309.

2) Ibid. p. 460. 3) Th. Br. T. I. p. 314. 4) pag. 52.

quaererent, librariorum vero vitio literam I in E et O mutatam. Bouterovium fecuti sunt alii, quos enumerat insignis vir eruditionis Gaspar Odericus in *Epistola de argenteo Orcitirigis numo*, neque tamen exigitat, numos hos huic Caesaris Orgetorigi tuto tribui posse, tum quod hujus nomen aliter in numo scribitur, tum quod nominum affinitas saepe in errorem inducit. Quae de addito altero nomine COIOS mira comminiscitur Bochatus <sup>q)</sup>, lepide ab eodem Oderico refutata vide <sup>r)</sup>.

OVIRICIV. (Pellerin Rec. III. tab. 124. n. 3.)

ROVECA. (Pellerin Rec. I. tab. V. n. 11. et Rec. III. tab. 124. n. 8.)

SENODON. ☰ CALEDV. (Muſ. Cael.)

TAMBIL. in numo Eburonum Belgicae.

TASC. TASCIO. (Pembrock P. II. tab. 94.)

TATINOS. (Catal. d' Eunery p. 120.)

TOGIRIX. (Bouteroue p. 62.)

TOVTOBOCIO. ☰ ATEPILOS. in numo, quem olim vulgavi. (Num. vet. p. 4.) Vox TOVTO in Gallicis nominibus nequaquam inaudita. Sic apud Gruterum ex marmore Arelatenſi: Q. MELLIVS. TOVTONIS. F. <sup>s)</sup>. Apud Muratorium ex

marmore Aramontū Occitaniae: TOVTO. DIVICIAN TILLI. F. <sup>t)</sup>. Nomen non multum abſimile habent Teutobodiaci populus Gallicus in Galatiam translatus teste Plinio, et Teutobodus Teutonum rex a C. Mario ad Aquas Sextias internecione victus, ut eum appellant Eutropius, et Orosius, at Floro idem dicitur Teutobodus <sup>u)</sup>. In bogius exeunt etiam Tolifobogii Galli, hi item in Galatiam transgressi.

TRICCES. (Pellerin Rec. I. tab. IV. n. 35.)

TVROCA. in numo Viroduni Belgicae, quem vide.

VERGA. (Bouteroue p. 64.)

VLATOS. Vide supra in ATEVLA.

VLLVCCI. (Pellerin Rec. I. tab. VI. n. 45.)

Non commemoro hoc loco numos regum Bitovii, Bitouci, Caeanoli, Pfamytis, quos descriptos vide in numis regum Galatiae, et si fuere viri docti, qui eos Galliae propriae tribuerent. Fuere etiam, qui Gallicam mercem putarent tetradrachmos barbaros, inscriptos: EC. CAIO. NEME. ADNA. aut similiter, inter quos fuit Hieronymus Zanettus <sup>v)</sup>. Verum eos ad veterem Daciam, et vicinum tractum pertinere, alibi ostendam.

q) Hist. Suif. T. I. p. 584. r) L. c. p. 20. s) pag. 807. 11.

t) pag. 1503. 5. u) L. III. c. 3. x) de Num. ad vet. Gall. pertinent.

## BRITANNIA.

Hujus regionis numeros veteres certos non tenemus, si eos demas, qui inclinante imperio R. ab iis, qui se Augustos in hac regione ferebant, signati sunt, sed qui ad hanc classem non pertinent. Et vero teste J. Caesare Britanni caruere pecunia, quam diu sui juris fuerunt. Sic enim ille <sup>y)</sup>: *Utuntur aut acre, aut tales ferreis ad certum pondus examinatis pro numo.* Fuere tamen viri eruditii, qui numeros quosdam veteres pro Britannicis venditaverunt. En horum aliquos:

Pellerinius numum argenteum inscriptum KONOVO. putavit posse Conovio Britanniae oppido tribui, qui tamen formae omnino Gallicae est, nulla alia motus ratione, quam quod nullum hoc nomine oppidum in Gallia reperit, sed quae ratio infirma sane est, fatente istud ipso qui vulgaverat <sup>z)</sup>.

Combius argenteum et aeneum musaei Hunteriani, in quibus hinc *Equus currans*, inde: VER. nullo alio typo, *Verrulamio* Britanniae tribuit. Habebit vir eruditus, ipse Britannus, ejus sententiae aptas caulas, sed quas ignoro.

Haymius numum vulgavit: *Caput nudum. X. CARIC.* *Equus cum ductore.* (Theol. Br. T. I. p. m. 153.) Tam certum visum fuit erudito praetore, num hunc esse Caractaci, qui imperante Claudio gravem in Britannia seditionem concitavit, ut decerneret etiam, praeeunte hoc numo *Caractacum* Taciti in *Carictacum* corrigendum. At enim cum satis certum non sit, num hunc vere esse Britannicum, vix permittent eruditii, aliquid in vetera lectione immutari.

y) Bell. Gall. L. V.e. 12.

z) Rec. T. III. p. 184.

## G E R M A N I A.

---

**D**e hac regione spectatib[us] numis: idem esto judicium, quod de Britannia deditus. Nulli certi, qui ad hanc classem redigi possent, neque verisimile est, ullos a barbara tum adhuc gente cūsos. Subjiciam tamen examini paucos illos, quos Germanis tribui posse nonnulli credidere.

### *ABUDIACVM.*

**A**BVDOS. argenteus formae Galliae editus a Pellerinio, (Rec. T. III. p. 187.) quem Abudiaco in Vindelicis sit tribui posse censet, si modo constaret, eam gentem numos unquam signasse. Videtur verius in Gallia cūsus.

### *AVGVSTA.*

**V**indeliorum oppidum, hodie Augsburg. Wolfers, qui prolixè probat, strobilum, ut nostra aetate, ita et olim fuisse. Augustanae urbis insignie, huic urbi tribuit numum, in quo mulier sedens, quae dextera strobilum tenet, quod judicium calculo quoque suo probavit Spanheimus<sup>a)</sup>. At falli utrumque probant similes numi alii magis integri, quibus inscriptum IRIPPO, quae est Hispaniae urbs incerti situs. Alios binos aureos cum capite Augusti huc vocant antiquarii, (Vailant Fam. p. 378. Havercamp. in Fam. Trajani.

Morellii p. 618. Spanheim. l.c.) in quorum unius aversa strobilus, in alterius aversa epigraphe: COL. IVL. AVGUST. EX. S. C. cum nomine Ti. Gracchi, et typo coloni arantis. Verum satia esto, numos hos esse Goltzianos, neque ab alio, quoipam conspectos. Omnes numos propter strobili typum, aut coloniae mentionem huic Augustae tributos vide in, Iopp. Morellii sub Augusto Tab. 38. num. 16. Tab. 50. n. 13. et 20. Tab. 51. n. 12. et 14. Sunt etiam numi Augusti, inscripti COL. IVL. AVG. typo coloni arantis, quos a non nullis huic quoque urbi donari video, at esse certius Beryti Phoeniciae, in hac dicetur. Nullum igitur numum huic possumus Vindelicorum oppido certa fide largiri.

### *FELTRIA.*

Rhaetiae oppidum. Perperam huic tribuendos aliqui putarunt numos inscriptos FELATRI, quos nunc esse Volaterarum Etruriae satis constat.

### *NORICVM.*

Numos, qui ad hanc regionem pertinent, et inscribuntur METallum NORicum cum capite Hadriani, quaere in numeris metallorum ad calcem numorum Trajanis.

a) Tom. I. p. 308.  
(Vol. I.)

## I T A L I A.

---

**L**atissime accipimus Italiā, ut ea in eudendos curassent. Quod ad colonias superam, medianam, inferam dividitur. attinet, harum patuae fuerunt, quae ex Superā numis fere catet, media; firmo: eo tempore, quo deductae sunt, aes mal- netam Romanam, asses, ejusque partes demas, egena potius, quam dives, infē- ra abundat.

Antequam illustris hujus, lateque patentis regionis numos pérflustramus, juvabit paucis inquirere, quae fuerit in Italiae urbibus rei monetariae lex, ex quo in Romanorum potestatem concessere. Hae principio liberae sive juris deinceps partim legibus suis victorum permisso uti perrexere, partim coloniarum aut municipiorum jura accepere. Illas ex vetere instituto continuasse ferire monetam, dubium non est. Sane ut aliis argumentis abstineam, numi Locorum Epizephyriorum inscripti: ΛΟΚΡΩΝ. ΡΩΜΗ. ΠΙΣΤΙΣ. dominantem jam Romanam testantur. Quamdiu itud illis juris permissum fuerit, difficile est decidere. Quoniam nullum habemus urbis Italicae annum imperatoris capite insignem, verisimile quidem est, urbibus liberis monetae ius jam ante per Italiā ademptum, quam resp. Romana ad unius imperium delaberetur, sed nequaquam certum, nam videbimus nobilissimas urbes, Athinas, et, quamdiu libera fuit, Tyrum nulli Augustorum dedicasse humos, et si autonomos his imperantibus copiosos

juris hujus Italicis urbibus vel negati vel abrogati non meminerunt veteres scriptores, licet tamen non obscure divinare. Video, Caesari Octaviano a Maecenate inter dominationis principia dictatum: *NVMISMATE, pondere, mensura peculiari urbs nulla utitur, sed nostris omnes*<sup>b)</sup>. Datum istud consilium anno V. C. 725., cum dubius animi esset Caesar, utrum expediret retinere imperium, an remp. restituere. Consilium deinde in legem versus, dilerte docent numi coloniarum complures, ut Patrarum, Corinthi, Hispaniae, Africæ etc. in quibus legimus: *Indulgentiae Augusti moneta impetrata, vel: Permissu Diri Aug. vel: Permissu Dolabellae procof. etc.*

---

b) Dio LII. §. 30.

Cum quid indulgetur, vel permittitur, necesse est praeire legem, quae contrarium praecipit. Cur e re visum non fuerit, Italiae urbes ab hac lege eximere, ignoramus sane, et forte semper ignorabimus, perinde atque ignoramus, cur quod Romani indulserent orientis provincijs, non indulserint, aut cette mature ademerint occidenti. Nam dum oriens totus iudea Graecia propria Moesiaque usque in ul-

timam Mesopotamiam, Arabiam, Aegyptum diu suos ferire numos pergeret, Gallia, Sicilia, Cyrenaica, Africa vetus jam saltem sub Tiberio, Hispania sub Caligula malleum abjecere, una Babba Mauritaniae usque in Galbae aetatem durante. Sed haec alterius loci sunt. Reliqua ad singulas Italiae regiones observabimus.

## ITALIA SVPERA.

Tractus hic numorum egenus; si tamen in eo unquam numi cusi fuere, quod continuo indagabimus. Illud jam indubitatum, omnes fere numos ejus urbibus a variis tributis aliorum pertinere. En contractum horum catalogum,

ACERRAE in Transpadanis. Ei a Mazochio tributi numi sunt Acerrarum Campaniae.

CAELINA Venetorum. Numus huius huic largitus est Haymius, Caelina Apuliae remeat.

CARISTVM Liguriae. Autonomi, in quibus Khellius legit KAPIΣΤΙΩΝ, (Appendic. II. p. 90.) nequaquam huc, ut conjectit vir praeclarus, sed Cnossum Cretae pertinent.

DERTONA Liguriae. Huic Hardinus tribuit numum Auguflii inscriptum. C. I. A. D., sed quem esse Dertosae Tarraconensis, in hac vidimus.

HADRIA Padum inter et Athesin, aqua mari Adriatico nomen secundum Strabonem et Plinium. Numus inscriptum HADR. ex museo M. Ducus hoc vocat Holstenius, (Not. ad Steph. p. 9.) at is est Ha-

drumeti Africæ. Numi cum epigraphe HAT. sunt Hadriæ Piceni.

PATAVIVM Venetorum. Ei Guaracci dedit numus: *Caput juvenile inter tres pisticulos.* X PATV. (literis peregrinis et retrogradis.) *Eques galeatus.* (Orig. Ital. T. II. p. 248.) Hunc Lastanosa, Havercampus, Gorius Hispanicis accensuere, qualis etiam est.

Restant igitur ex omni numero Aoiuum, atque illud forte dubium, et, quae tamen ad hanc cladem proprie non pertinent, *Ravenna et Ticinum.*

## ACILIVM.

In Venetis.

*Caput aduersum barbatum nudum.* X AKIΛΙΩΝ. Diota. AE. III. (Pellerin.)

*Caput juvenile velatum laureatum.* X AKI. Diota, ex qua pendent racemi. AE. III. (Pellerin, Hunter.)

Difficile impugnare Pellerini judicium numis his hanc Venetorum urbem patriam adsignantis, cum geographia vetus alias urbem non suppeditet, cui haec epigraphie posset competere. Miror tamen, in universa Gallia Cisalpina mediterraneam hanc

et obscuram urbeculam esse unicam, quae monetam aetate perantiqua signasset, nul-  
lumque ejus numum memorari ab Arigo-  
nio, Theupoli, Maffeo, Savorgnafo, Mus-  
selio, aliisque, qui ipsi Veneti patriae  
suæ antiqua monumenta solicite perser-  
tati sunt, eosque tam infelices, quibus se  
nunquam numus urbis intra fines suos sitae  
obtulisset.

Æ. RRR.

#### RAVENNA.

Ad mare Adriaticum. Numos vetu-  
stæ hujus urbis nonnisi infimiævi habe-  
mus, et sunt:

FELIX. RAVENNA. *Protome mulie-  
bris turrita. X Aquila insistens fulmini,  
hinc et inde astrum, infra X. Æ. III.*

*Eadem adversa. X RV. Victoria gra-  
diens. Æ. III.*

*Eadem adversa. X DN. monogramma  
incertum, omnia intra liuream. Æ. III.*

*Eadem adversa. X Monogramma con-  
stantis literis RAVEN. Æ. III.*

INVICTA. ROMA. *Protome mulie-  
bris galeata. X Eadem aversa. Æ. III.*

Existimat Josephus Ant. Pintius, qui  
de numis Ravennatibus prolixam disserta-  
tionem scripsit, quæ inserta est Philippi  
Argelati *Monetis Italiae* <sup>c)</sup>, eos regibus  
Gothis, qui aliquamdiu Ravennæ conse-  
dere, deberi. Pulta deinde peregrina hac  
gente, et constituto exarchatu cognomine

officinam monetariam in hac urbe dura-  
se, signatosque numos cum imperatorum  
orientis titulis, quod testantur numi obvii  
Phocæ, Heraclii, etc. in quorum imo le-  
gitim RAV. vel RAVEN. vel RAVENNA.  
Idem contendit, literas RV., quas exhibe-  
ret numus ex citatis alter, Ravennam  
quoque notare, ut et literas RVPS., quas  
videré est in argenteis Honorii, Johannis,  
etc. nempe: *Ravennæ Pecunia Signata*.

At difficile omnino est evolvere mono-  
gramma numi III, cuius similia frequen-  
ter reperias in numis Julianiani. Plura de  
his qui volet, audeat laudatam dissertatio-  
nem Pintii.

De numo inscripto: VERONA NPRI,  
TE COND. vide quæ dicemus in moneta  
Diocletianæ sub PROVIDENTIA. AVG.

Æ. R.

#### TICINVM.

In Insubribus ad fluvium cognomi-  
nem, serius *Papia*, hodie *Pavia*, olim re-  
gum Gothorum sedes. Ejus nomen legitur  
in aeneo Baduillæ regis, in cuius X FE-  
LIX. TICINVS. *Protome capite turrito*.  
Illum Comes Mediobarbus ex museo suo  
recitat, eumqùe repertum sibi fuisse ad  
antiquitatis studia incitamento adfir-  
mat <sup>d)</sup>. Idem argenteus exstabat olim Vin-  
dobonæ in museo de France, nunc Han-  
teriano.

AR. et Æ. RRRR.

<sup>c)</sup> Tom. III. p. 87. et Tom. IV. sub init.

<sup>d)</sup> in numis Baduillæ.

## ITALIA MEDIA.

Hac complectimur Etruriam, Vmbriam, Picenum, Marrucinos, Latium late sumptum.

Numi plerumque sunt aenei. Argenteos suppeditant Falisci, Populonia, Alba Fucens. Fallitur ergo Olivierius, qui in sua ad Barthelemyum epistola haec scribit <sup>e)</sup>: *Revera dempta M. Graecia nondum hactenus conspectus est argenteus numus cu-*

*juscunque alterius urbis Italicae, sive Vmbriae, sive Etruriae, sive nostri tractus, ut advertit etiam Pafferius noster in sua de Etruscis Paestanorum numis dissertatione.*

Antequam tractus hujus monetam numero, opportunum videtur, praefigere examen numorum gravis aeris, qui Italiae mediae populis proprii fuere.

### *De numis urbium Italicarum ex aere gravi.*

Numi ex aere gravi, qui in hoc tantum Italiae tractu, neque extra hunc alibi gentium simili modo flari consuevere, certam quandam, ac peculiarem monetae veteris classem constituant. Fuit tempus, quo hae praeteritae aetatis reliquiae eruditis Italis, ad observanda quaecunque alia antiquitatis monumenta suapte pronis inflammatisque, negligendae videbantur, sive quia propter copiam viluere, sive quia materiam commentariis dignam vi-  
sae non sunt praestare. *Enimvero male cum iis perdiu fuisse actum, et fere in ea- rum conjuraturn perniciem, cum vix ex terrae sinu prolatae continuo furni cog- rentur contumeliam experiri, viri graves pridein sunt conquesti, quos interfuit Ab- bas Andreas Joannellius, quo teste disci- mus <sup>f)</sup>, horum numorum vim magnam circa Perusiam repartam ineunte hoc sae- culo ad formandam ingentem campanam fuisse Fulgineliquatam, id est, malo con- filio additam linguam aeri, quod jam ex alto suspensum barbarum popularium fac-*

tum per saecula promulgabit. Rectius de eorum usu judicavere viri aetatis nostrae a studiis nostris cogniti, quos inter Bu- narrotius, Olivierius, Pafferius, Guarnaci- ius, Arigonius, ac proxime Em. Cardi- nales Zelada et Borgia, qui insignem eo- rum numerum praeclera industria collec- tum museis suis intulere. Praeter eos, qui in variorum operibus sparsim editi fuere, justum eorum numerum iconismis expre- sum habes apud Arigonum, Passerium <sup>g)</sup>, et in Em. Zeladae *Epistola de numis all- quot aereis uncialibus.*

Quae ad horum doctrinam numorum pertinent, apud citatos auctores copiose exposita reperies, et si horum nonnulli suo abrepti ingenio conjecturas attulere, quas simplex sanumque judicium nunquam ap- probaverit, ipsa vero haec monumenta aut non dictant, aut palam aversantur. Nos satis praeftissile existimabimus, si hu- jus naturam monetae causasque, quantum ipsa de se credi sperarique jubet, expo- fuerimus, quo conatu si minimus fatis-

e) pag. 23. f) Pafferi Paralip. Dempt. p. 157. g) Paralip. in Dempt.

factum fuerit lectori, culpam velim ipsis his numis imputet, de se minus, quam vellemus, confessis.

**Materiam in paucos, brevesque articulos dividemus, quorum I. examinabit pondus, II. formam, III. locum natalem, IV. typos, V. aetatem, VI. usum.**

I. **Pondus.** Istud praecipue hujus classis monetam discernit, quia auctius esse in his solet, quam in aliarum regionum numis. Sunt in museo Em. Zeladae decussis, tripondii, dupondii, asses insignis ponderis, quos inter eis numerus unus, qui uncias omnino XXXVIII. hodiernae librae Romanæ adpendit. Alios liberaliter ponderosos vide etiam in Chronico numario Passerii<sup>b)</sup>. Ex iis, qui spinae typum habent, et a nonnullis in moneta putantur, sunt, qui pondere libras hodiernas V. aequent<sup>i)</sup>. Insignis etiam sunt ponderis partes assium, ut semisses, trientes etc.

Nota decussis, seu decem assium est X, tripondii III, dupondii II, assis I, vel, ut in numis Adriae, L, nempe litera  $\alpha\zeta\chi\alpha\sigma\alpha$  verbi *Libra*, semissis S, unciarum globi, ut in aenea moneta Romanorum.

Assem horum populorum successu temporis aequa deminutionem passum, atque assem Romanorum, ostendit adcuratius Passerius in Chronico suo numario<sup>k)</sup>.

II. **Forma** in his variat, in aliis quadrilatera, in aliis ovi instar, rotunda in aliis.

Forma quadrilatera rarissima est. Hujus exemplum unum edidit Molinetus ex

museo Genovevae<sup>l)</sup>, alterum Passerius<sup>m)</sup>, aliorum meminere Olivierius<sup>n)</sup>, et Lanzius<sup>o)</sup>. Omnes hos pretio superat is, quem servat museum Borgianum, inscriptum ROMANOM, cum alii hactenus reperti illiterati sint omnes, quemque pictum sicut in mea Sylloge I. Haec forma omnium antiquissima creditur eruditis, et existimat Lanzius<sup>p)</sup>, Varronem, cum dixerat<sup>q)</sup>, quod asses librae pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arca ponabant, sed in aliqua cella stipabant, id est, componebant, quo minus loci occuparent, a stipando stipem dicere coeperunt, ipsos hos numos quadratos intellexisse, quia quadrilatera haec forma stipando magis est idonea, quam rotunda, ac simul globosa, cujus formae deinceps aes grave esse coepit.

Forma ovi, sed minus turgentis, non pauca exstant in museis exempla. Etiam hanc formam esse rotunda antiquiore, dubitari nequit.

Forma rotunda in plerisque observatur, sed haud dubie recentioris est aetatis, Italis communem Graecorum morem imitantibus.

Omnis hos gravis aeris numos fusos fuisse, non modo oculorum judicio manifestum est, sed etiam, quia in tanti ponderis numos suam exserere vim malleus non potuisset, quo de arguento alibi copiosius disputavi. (Proleg. gener. cap. XI.)

III. **Locus natalis.** Ut certum est, Italiam medium gravis hujus aeris esse tellu-

b) Paralip. Dempst. p. 193. i) Lanzi Saggio T. II. p. 128. k) Paralip. Dempst. p. 193.

l) Mus. Genov. p. 47. m) Paralip. Dempst. p. 160. n) Fond. di Pesaro p. 28.

o) T. II. p. 126. p) l. c. p. 40. q) de L. L. V. 16.

**rem patriam, sic proprius in plerisque locis natalem, qui eos fabricavit, aut ignoramus plane, aut nonnisi conjecturis, siisque plerumque infirmis, definitius. Certi sumus, si qui numi inscribuntur TVTERE, vel IKVVINI, etc. eos esse Tudertum, vel Iguvinorum Umbriae. Verum cum aut omnis inscriptio abeat, aut haec una tantum, vel duabus literis peragitur, neque aliae quaepiam causae idoneum criterium sufficiunt, desperatam puta omnem rationem natalis soli eruendi. Fuere hactenus eruditii non pauci, qui id genus nummos, asses, semisses etc. illiteratos continuo in moneta Romana putavere, cum tamen istud neque causa inscriptionis, quae nulla est, neque causa typorum possent adfirmare. Etenim gravi aere usos non Romanos modo, sed alios etiam Italiae mediae populos, non solum urbis nomen haud raro his numis inscriptum, sed Livius quoque docet, qui pluribus locis gentes hujus tractus bello victas gravis aeris poena a Romanis multatas refert, quae tellimonia collegit Passerius<sup>r).</sup> Romanos quidem numos, etiam cum inscriptione carent, non raro arguunt typi, cum constet, Romanorum asses una parte habere caput Jani, altera navim, semisses caput Jovis et navim etc. quem varium modum dabimus in moneta Romanorum consulari; verum cum numus pro solitis his typis offert typos alias vagos, quales continuo producemus, quis eum potius Romanum, quam alterius urbis Italicae poterit praeflare? Ergo praeter gravis aeris numos Romanos juvante inscriptione competitos**

hactenus habemus numos *Volaterranorum, Hadrianorum, Tudertium, Iguvinorum,* reliquorum patria aut incerta est hucusque, aut penitus ignota.

IV. *Typi* in illiteratis aeris gravis numis maxime obvii sunt: *rota, equus ejusve caput, granum hordei, Pegasus, fulmen, delphinus, aper, vola manus, concha, astragalus*, quos indicasse fatis esto, quia ipsi per se, ignota numorum ipsorum patria, nihil in commentarios offerunt. Typos literatorum, seu qui inscriptione patriam eloquentur, in eorum moneta dabitimus.

V. *Aetas.* Fuere auctores Itali, qui his gravis aeris numis, aut saltem magno eorum numero, remotiorem tribuere aetatem non dubitabant, quam ea a quo cunque artis numismaticae egregie perito cuicunque numo veteri tributa fuit. Hos inter nominandus Guarnaccius, qui longa dissertatione comprobare nititur, eorum non paucos esse antiquitatis incredibilis, ultimae, et quae saeculis Servii Tullii regnum praecedat<sup>s).</sup> Non possum in praefixa operis mei brevitate omnia auctoris argumenta persequi atque refutare, neque, etiam si possem, esset animus, cum vix habiturum sperem, qui ejus velit iudicio sese applicare. Et vero istud jam paucis, ac vere praestitum video a Cl. Lanzio, qui, posteaquam verisimile esse dixisset, libram Romanam ejusdem fuisse. rationis cum libra Etruscorum, existimat, eorum aetatem numorum inter saeculum V. urbis conditae delinens, et duo vel tria retrorsum facula constituendam, quin

<sup>r)</sup> Paralip. Dempst. p. 156.    <sup>s)</sup> Orig. Ital. T. II. L. VI. c. 4.

numos hujus classis rotundos, quia, ut dictum, aliis posteriores sunt habendi, non ultra IV. Romae saeculum retrorsum movendos, atque eos praecipue, qui literati sunt, cum literae serius inscribi coepint. Alios quidem prae aliis longioris praeferre vetustatis notas, quo modo numeri rectanguli, et qui sunt forma ovi, prae rotundis remotiora indicant ortus sui interalla. Verum obsoletas has formas tam certa non praestare criteria, quae cogant in ultima eos tempora amoliri. Constat, apud Romanos asem hactenus libralem intra annos non multos ad unciam, quin et semunciam fuisse redactum. Cur ergo videatur incredibile, apud Etruscos, Vmbros etc. formam numorum externam non maximo annorum spatio potuisse immutari? At argumentum auctori validissimum, quod et mihi tale semper visum fuit, sumpeditat horum pumorum fabrica, et picturæ modus. Neque enim spectatis his in numis unius ejusdemque urbis, v. g. Volaterrarum, tam amplum observatur discri men, ut tam longe eorum natales distare credi debeat. Vide hanc causam apud auctorem ipsum copiosius disputatam<sup>t)</sup>, tum etiam, quae hujus naturae alia dicemus in tractatu de numis consularibus<sup>u)</sup>.

Hactenus, in quantum aevi porrigan tur aeris gravis numi, quae situm. Quando feriri hoc pondere deliverint, minus ardua videtur quaesito. Si verisimile est, quod visum Lanzio, mediae Italiae populos eadem cum Romanis libra usos, quod tamen certis argumentis probari nequit, verisimile erit etiam, quo tempore a Ro-

manis a fériundo aere gravi discessum est, discessum etiam fuisse ab Etruscis, atque istud tanto magis verum, quia quo tempore assem Romani immisuerant, omnis jam hic tractus Romanis paruit, quorum ergo arbitrio aut monetae jus urbibus vicinis fuit ademptum, aut si permissum, verisimile etiam, eas ad modum Romanorum suam ferire monetam, constituisse.

*Vsus.* Habueritne grave aes, de quo hactenus egimus, rationem monetae, dubitari generatim nequit, atque omnium minime de iis, qui pecuniae modos omnes offerunt, ut: formam rotundam, typos utrinque impressos, notas assis et partium, et saepe etiam ipsum urbis nomen, praeterquam quod factam quoque a Licio gravis aeris per omnem hunc tractum mentionem constat, ut § III. diximas. Tamen videtur posse dubitari, utrum omnia ea monumenta, quae, et si characteres hos omnes non preferant, ab eruditis in moneta haud dubie putantur, certa etiam moneta fuerint. Ut non aucti confidenter adserere, aes quadrilaterum habere pecuniae modum non potuisse, sic vereor, ut certo adfirmari possit, illud alteri usui, quam pecuniae servire non potuisse. Enim vero cum haec monumenta praeter formam monetae insolentem neque ponderis aut valoris notam ostentent, neque urbis mentionem dempto unico inscripto ROMANOM, non ex alia causa numos placuit dicere, quam quia numorum more utrinque typum impressum sicut sunt. Atque ut etiam his nolimus monetae rationem negare, an continuo in moneta putabimus

t) Saggio T. II. p. 39. seq. u) Cap. II. § 3.

alia figurae magis insolentis? cujusmodi magnopere juvet eos, qui ea in monetæ sunt massaæ illæ aeneæ seu quadratae, numero habent. seu cylindri forma, quæ utrinque spinam impressam offerunt, quas Passerius mone-tæ Italicae nomine vulgavit <sup>x)</sup>. Sed haec dubitantis tantum mōre dicta sunt, cum, quem illa alium usum præstiterint, indicare non possim, et si istud ignoratum non

His de grayi aere præceptis leptar-  
tae opportunè conjungat ea, quæ coniungo  
in prolegomenis ad numos Etruriae, et se-  
rius in tractatu de numis consularibus ca-  
pite II. § III. docebimus,

## E T R V R I A.

Praepotentis olim populi numismata superant non maximo numero, eorum saltem, quibus urbis nomen inscribitur; nam credibile est, copiosos ex iis, qui asses, aut ejus partes insculptas habent, crassos et globoſos, sed illiteratos, de quibus proxime egeram, non minus per urbes Etruriae, quam vicinarum regionum signatos, sed quos nulla conjectura discernas.

Aes, ut in universo hoc tractu, fere solum dominatur. Habet tamen argenteos copiosos, et præ aeneis magis parabiles Faleria, cujus causam in hac dabimus. Habet etiam. argenteos Populonia, sed valde raros. Aureos et argenteos Cosis tributos aliorum esse derivandos, in hujus urbis moneta indicabimus.

Epigraphe partim Etrusca est, partim Graeca. Graeca usae sunt soleæ Faleria, et Graviscae ob causas, quas in singula-rum numis proponemus, Etrusca reliquæ, quanquam et haec numero paucae, saltem quæ certos suos habeant numos, nimi-rum Volaterræ, et Populonia. De reli-quis numis Etrusce inscriptis non aequæ

certum, utrum earum Etruriae urbium sint, quibus eos eruditorum conjecturæ sunt largitæ. Extra Etruriam literis Etru-scis numeros suos inscripere Icuviū et Tuder Umbriæ oppida, et Larinum Fre-gtanorum. Tam pauci cum existent numi Etrusce inscripti, sic ut ex iis ne totum quidem alphabetum haberi possit, operaे pretium non putavi, Etruscarum formam literarum propónere, quas multo libera-lius suppeditant sarcophagi, pateræ, ta-bulae signaque aenea. Numos aeri incisos habes in iccoismis Arigonii, apud Pas-serium <sup>y)</sup>, Guarnaccium <sup>z)</sup>, et literarum for-mam exactam apud Cl. Lanzium <sup>a)</sup>. Ta-men infra post numos Campaniae litera-rum Etruscarum formam una cum Samni-ticis et Oscis, sed ex numis tantum da-bimus.

Typi, quia nihil offerunt, quod eos privatim distinguat, aut Etruscorum my-thologiam, ritus, historiam illustret, se-paratos commentarios non possulant. Ty-porum vero modi, quantum ad artis cau-sas pertinent, nihil omnino conferunt ad .

<sup>x)</sup> Paralip. Dempst. Tab. I. <sup>y)</sup> Paral. Dempst. <sup>z)</sup> Orig. Ital. Tom. II.

<sup>a)</sup> Saggio Tom. II. pag. 24. seq.

(Vol. I.)

stabilendum nativum illum, propriumque huic populo stilum, quo Etruskorum opera ab omnium alias gentium operibus distingui operose docuere omnes ii, qui in praecoptis artis veteris versati sunt. Numi urbium Graecarum, Faleriae, et Graviscarum, elegantiam Graecam proxime imitantur, numi aeris gravis radiores sunt operis, reliqui mediocritate contenti sunt.

#### CAMARS.

Porsenae regia, serius Clusium.

KAM. Aper currans, pone vir elatis manibus, tres globuli. ☰ KAM. Aper currans, tres globuli. ♂. (Arigoni Num. urb. tab. 18. et num. Etrur. tab. 5.)

Camarti tribuendos hos numes docuit Passerius<sup>b)</sup>, cuius judicium sequitur etiam Lanzius<sup>c)</sup>, de hac urbe fuisus differens.

Æ. RRRR.

#### COSAE.

Vrbs maritima.

COZA. Caput Palladis. ☰ .. ZANO. Caput equi frenatum. Æ. III.

Caput Martis galeatum barbatum. ☰

COSA. Caput equi frenatum. Æ. III.  
Vtrumque hunc numum rarissimum ab Em. Card. Borgia missis ectypis mecum communicatum ante annos aliquot publici juris feci<sup>d)</sup>, tanto illustriore beneficio, quia hactenus hujus urbis numum certum videre non licuit. Dixeram ibi, numos hos esse ex eorum genere, quos cum iisdem utrinque typis partim aeneos habemus, partim argenteos inscriptos ROMA. ROMANO. ΟΜΑΔΟC., quos sua-

dente fabrica dubitari nequit, non Romae, sed per Campaniae, et M. Graeciae urbes signatos. Ergo Cosani ad monetatum obviae exemplar suos formavero numeros addito tamen urbis suae nomine. Scripsere auctores Cossa et Coza, tum et Cosa unitatis numero, et Cosas, quae exempla ibi citavi. Literae Z et S in his numis variant. Sic et in notis Treboniani numis scribitur aequa ARNASI. et ARNAZI.

Numos aureos, argenteosque inscriptos ΚΟΣΩΝ., quos eruditio non pauci harum esse Cosarum credidere, verius a M. Junio Bruto fuisse signatos, in hujus numis comprobare conabimur.

Æ. RRRR.

#### FAESVLAE.

Beneficum haec urbs experta est Swinton, qui sequentem ei numum largitus est<sup>e)</sup>, utrum jure, ambigo. Certe eruditorum Italorum nullus ejus meminit.

FAI. (retrograde.) Caput Herculis. ☰ Ancora, et 4. pisces. Æ. II.

Fuere etiam, qui argenteos inscriptos Osce VISTLVS, aut similiter, huc vocarent, de quibus vide numos Paestii Lucaniae.

#### FALERIA.

Etiam Falisca, urbs Tiberi ad sita. Populus dictus Falisci. Numis, etiam per antiquis, abundat.

Aquila teporem depascens. ☰ FA. (retrograde.) Fulmen. AR. I. (Hunter.) in alio Victoria gradiens. (M. Duc.)

b) Observ. ad tab. Dempsi. p. 178. c) Saggio T. II. p. 24. 53. d) Syllage I. p. 84.  
e) Translact. phil. T. LIV. p. 101.

*Caput aquilae.* Ξ FA. *Fulmen intra lauream.* AR. I. (Mus. Cael.)

*Caput Jovis laur.* Ξ FA. *Tripus immidente fulmine, superno ΓΡΑ.* AR. III. (Mus. Cael.)

*Caput juvenile diadematum.* Ξ FA. *Juppiter nudus gradieus. d. fulmen intorquens, s. aquilam, in area HP.* Σ. Α. III. (Pellerin Rec. I. tab. X.)

ΦΑΛΕΙΩΝ. *inscriptum diademati, quo Junonis caput redimitur.* Ξ *Aquila stans intra coronam.* AR. I. (Pellerin l. c.)

ΦΑΛΕΙΩΝ. *inscriptum diademati, quo Apollinis caput redimitur.* Ξ *Aquila stans.* AR. III. (Hunter.)

*Caput Jovis laur.* Ξ ΦΑΛΕΙΩΝ. *intra lauream.* Α. III. (Mus. Cael. Pellerin.)

Falisci, quod vicini Romanis fuere, facile ac mature cum his collisi sunt. V. C. 361. a Camillo-obfessi, moti praeclaro virtutis exemplo, quod hic in paedagogum liberorum proditorem edidit, se se atque urbem sponte Camillo dediderunt<sup>1)</sup>. Verisimile est, numos aliquos ex iis, quos citavi, ac praecipue eos, quos loco I. descripsi, quique fabricas antiquissimae sunt, hunc dedicationis annum praecedere. At alii per typorum elegantiam, aliasque causas recentioris aevi partus haud dubie videntur. Ex quo apparet, urbi suis legibus vivere a Romanis permisum. Horum tamen nulli exceedere annum V. C. 513. licet; nam cum saepe excutere jugum tentassent, urbem hoc anno penitus evertentur Romani. Vide Pighium ad annum V. C. 512.

Numi ipsi per nitorem fabricae, typos, epigraphen nihil habent Etrusci, Graeca omnia. Praeclare his monumentis confirmantur ea, quae de hac urbe prodidere veteres. Graecorum fuisse coloniā, testantur Plinius: *Falisci Argis ora ta*, Stephanus: *Φαλισκος ἀποκος Αργειων*, Solinus conditam ab Halelo Argivo ait, quod factum Agamemnonis aetati admodum Ovidius<sup>2)</sup>. Justinus Chalcidensium colonos dixit<sup>3)</sup>. Morem quoque Argivorum in typorum cultu secuti sunt, nam ut hi vocem ΑΡΓΕΙ, ita illi το ΦΑΛΕΙΩΝ Junonis, aut Apollinis diademati inscriperunt.

Epigraphē ipsa tam lingua, quam litteris plane Graeca est, quae causa fuerit, cur eam urbem Strabo *ἰδιογλωσσον*, propria lingua utentem, appellaverit, nimirum quod non Etrusca, sed Graeca lingua uteretur. Retinuit tamen vetus F pro recentiore Φ, quod nequaquam insolens, nam et in obviis numis argenteis communī Achaiae nomine signatis, neque iis admodum vetustissimi aevi legitur FA. pro ΦΑ. Qua scripturae lege praeclare confirmatur, quod refert Dionylius Halic.<sup>4)</sup>, veteres Graecos nominibus a vocali incipientibus praefixisse digamma, et pro *Hēlena* dixisse *Felena*, pro *Helia* *Felia*. Ergo et ii, qui ab Halelo conditore dicendi fuere *Falisci*, dicuntur *Falisci*, docente id ipsum Servio quoque<sup>5)</sup>.

Juppiter, Juno, Apollo praecipua Faliscorum numina. Jovis cultum uni numeri testantur. Ejus vices, etiam cum caput

f) Liv. L. V. c. 27. g) Amer. L. III. Eleg. XIII. v. 31. h) L. XX. c. 1.  
i) L. I. p. 16. k) ad Aen. VII. v. 695.

abest, supplet fulmen, vel aquila, quae in nonnullis stationis impatiens, serpentis vel leporis venatui vacat capto ab Argentinorum et Locrensum aquila exemplo. At cultum Junonis ab Haleso Argis huc advectum copiose describit Ovidius elegia integra<sup>1)</sup>, quam ob causam eos *Junonicolas* idem appellat, et *coloniam Junoniam* Frontinus<sup>2)</sup>. Apollinis honores per tripodem testatur numus III. De Faliscis Hirpis, qui in instituto quotannis ad Soracten montem Apollinis sacrificio super ardentes carbones innoxie ingressi sunt, multa dixerunt veteres, quorum testimonia collegi in meis Numis vet. pag. 9.

Magistratum haud dubie notant verborum principia in nonnullis occurrentia: AM. ΓΡΑ. ΕΤ. etc.

Cum hactenus fere unanimi antiquiorum sententia numi hi Faliscis tribuerentur, fuit Sestinus, qui eos inde a velle tentaret, obtenuit, ex Peloponnesi eos vicinia adferri solere. Viderint istud antiquarii Romani Faliscis vicini. Addit conjecturam magis audacem, signatos eos videli ab oppidanis portus Phalerei, quod vix uni persuaserit<sup>3)</sup>. Cl. Dutens eos Aleiae, nescio cui, tribuit, idque obiter, quin causam adderet<sup>4)</sup>.

AR. R. Ε. RR.

#### GRAVISCAE.

Vrbs maritima.

*Caput Jovis laur.*, pone tres globuli. ΓΡΑ. *Duae aquilae fulmini inslentes*, in area tres globuli, et in nonnullis KPH. vel ΘΕΟΛ. Ε. III. (Pellérin, Mus. Caes.)

1) l. c. m) de Colon. n) Lettere T. II. p. 10. o) Explic. de quelq. Med. p. 187.  
p) L. XL. c. 29. q) Saggio T. II. p. 68. r) Saggio T. II. p. 26. 70.

*Caput Jovis*, cui lunula imminet. ΓΡΑ. Idem typus, in area duo globuli, et lunula. Ε. HI. (Arigobi.)

Numos hos signatos esse oportuit usque ad annum V. C. 573., ad quem sic Livius<sup>5)</sup>: *Colonia Graviscae eo anno deducta est in agrum Etruscum de Tarquinisibus quondam captum*. Additi globuli certam urbem Italicam faciunt, etiū originis fuisse Graecae epigraphe Graeca dubitare non sinat.

*Magistratus* in KPH. et ΘΕΟΛ. latet, quod et ipsum Graeci ritus est, nam in numis pure Etruscis magistratus non observatur.

De insculptis lunulis vide, quae dimicimus in prolegomenis ad numos Etruscos.

Quoniam Cl. Lanzio unicus tantum numus Arigonianus compertus fuerat, suspicatur leviter, eum esse posse Agrigentii Siciliae, cuius numi similem habent typum, et ad finem epigraphen<sup>6)</sup>. Verum inde ab Arigonio plures alii comperti sunt Graviscae numi cum certa epigraphe ΓΡΑ.

Ε. RR.

#### ILVNA.

Insula Etruriae adjacens. Ei Lanzius tribui posse conjicit numos typo ancorae, et cum literis, ex quibus nonnulla, sed infirma admodum conjectura nomen Ilvae confici posse videatur<sup>7)</sup>.

#### LVNA.

Vrbs et portus ad mare Tyrrhenum, et fines Ligurum.

*Caput barbatum*, pone X, et duo globuli. ΓΡΑ. (scriptura Etrusca et retro-

grada.) *Arundo*, ut videtur, *aliquid rotacae quadripartitae simile*, et 4 globuli.  $\text{Æ. II.}$  (Guarnacci Orig. It. T. II. tab. 12. Passei Paralip. Dempf. tab. 5.)

Ex utriusque auctoris iconismis satis appareat, numum citatum esse unum eundemque, non unum ab altero diversum. Cumque praeterea aevi injurias sit expertus, et offerat notam X, uni fere Populoniae propriam, jam pridem orta suspicio, pro LVNA legendum PVPLVNA, numumque esse Populoniae, de qua paulo infra,

#### PEITHESA.

Vrbs prorsus ignota, cuius tamen nomen Etrusce scriptum extat in numo, cuius meminit Lanzius. (Sagg. T. II. p. 27.)

*Caput Mercurii*  $\mathbb{X}$  PEITHESA. (*scriptura Etrusca et retrograda.*) *Noctua.*

Cl. Seftinus legendum ait VEITHE-SA, enarratisque suis, aliorumque conjecturis existimat denique, numum esse posse Vejentum<sup>a)</sup>.

#### PERVSIA.

Tiberi ad sita. Ei peroram numum tribuit Maffejus, quem esse Acerrae Campaniae, in hujus moneta docebimus.

#### POPVLONIA.

Vrbs maritima, olim illufris, sed iam Strabonis aetate fere solitudo fuit. Ejus numi pauci cogniti fuere, donec novem varios museo magni Ducis illatos promulgaveram prolixis commentariis illustratos. (Num. vet. p. 10.)

*Larva ejecta lingua, infra X.  $\mathbb{X}$  PVPLANA. (retrograde et literis Etruscis.) Luna intra cuius cornua tridens, infra X. AR. II.*

*Larva similis, infra XX.  $\mathbb{X}$  Sino epigraphe. Duo caducei contrario situ. AR. II. (Hunter.) In aliis: *aversa prorsus inanis fine ulla aut inscriptione, aut typo.* AR. II. (Mus. M. Ducis, et Coin. Vitzai.)*

*Larva similis.  $\mathbb{X}$  Sine epigraphe. Sex globuli.  $\text{Æ. II.}$*

*Caput muliebre adversum leonis exuvias tectum pedibus infra montum colligatis.  $\mathbb{X}$  Sine epigraphe. Clava. AR. II. (Mus. M. Ducis, et Com. Vitzai.)*

*Caput Vulcani, pone X.  $\mathbb{X}$  PVPLVNA. (retrograde et literis Etruscis.) Maliceus, forceps, 4. globuli.  $\text{Æ. II.}$*

*Caput Mercurii, pone 2. globuli, et luna cum astro.  $\mathbb{X}$  Eadem epigraphe. Duo caducei situ contrario, in medio X.  $\text{Æ. II.}$*

*Caput Palladis.  $\mathbb{X}$  Eadem epigraphe. Noctua, pone luna, et bina astro.  $\text{Æ. II.}$*

Spectata epigraphe notandum PVPLANA numi I., cum in aliis omnibus consenserit PVPLVNA. Spectatis typis observanda larva, sive os Gorgoneum, quo forte συμβολής notatur luna cum adlusione ad urbis nomen Pup. LVNA. Numus IV. forte sifit Omphalen cum Herculis cultu, notam Lydiae reginam, insertam numis, quia Tyrrhenigenus suum ad Lydos retulere. Duas lineolae transversae, instar X, quae forte astrum indicant, plerumque in area sunt adstitutae, et fere criterium numerorum Populoniae constituant. Vide haec omnia latius exposta in citato meo opere.

AR. RRR.  $\text{Æ. RR.}$

#### TELAMON.

Ad Tyrrhemum cum portu.

a) Lettera IV. p. 51.

*Caput Jani inter 4. globulos. 3. TLA.  
(literis Etruscis et retrograde.) Prora na-  
vis. AE.*

Aquiescendum judicio eruditorum Ita-  
lorum, Olivierii <sup>1)</sup>, Passerii <sup>2)</sup>, Lanzii <sup>3)</sup>,  
numum hunc, aliosque similes huic Tela-  
moni adjudicantium. Typum etiam navis  
hanc inquiunt juvare sententiam; nam te-  
ste Diodoro urbs nomen abstulit a Tela-  
mone Argonauta.

AE. RRR.

*VETVLONIA.*

Olim inter principes XII. Etruriae ur-  
bes, sed hodie de vero ejus situ discepta-  
tur. Vide Lanzium <sup>4)</sup>.

*Rota. 3. VETL. - - Ancora.*

Hunc, aliosque multo adhuc magis  
ambiguos huic Etruriae urbis tribui video,  
quos collegit Lanzius <sup>5)</sup>.

*VOLATERRAE.*

Inter illustiores Etruriae urbes, et  
quae inter omnes alias prillinae magnifi-  
centiae plurima hodieque ostentat vestigia.

*Caput Jani geminum, jam barbato  
utroque vultu, jam utroque nudo, jam bar-  
batu uno, altero nudo. 3. FELATHRI. (di-  
teris Etruscis, et retrograde.) Typi varii.*

Sunt dupondia, asses, quadrantes,  
trientes, sextantes, unciae, et exstant co-  
piosi apud Arigonum in tabulis numis-  
mata Etruriae complexis, in numis gra-  
vis aeris nuper Em. Card. Zeladae jussu  
editis, alibique.

Non una fuit eruditorum sententia,

quorundam nummos sic inscriptos destinando-  
putarent. Frölichius aliquando Feltriam  
Venetorum respexit, sic tamen, ut etiam  
in Velitras Volscorum inclinaret animus <sup>a)</sup>.  
Velitras easdem maluit et Gorius <sup>b)</sup>, et  
Scipio Maffejus <sup>c)</sup>, demum has Etruriae  
Volaterras Passerius <sup>d)</sup>, et Guarnaccius <sup>e)</sup>,  
quae sententia novum patronum nacta est  
Em. Zeladam <sup>f)</sup>, denique et Cl. Lanzium,  
post alias testantem quoque, id genus nu-  
mos magno numero apud hanc urbem re-  
periri, quod quidem argumentum unum  
sufficiat, ad eos Volaterris vindicandos.

Ad explicandum varium Jani in his  
numis cultum utitur Lanzius dictatis Ser-  
vii <sup>g)</sup>: *Ipse (Janus) faciendis foederibus  
praefest. Namque postquam Romulus et T.  
Tatius in foedera convenerunt, Jano simu-  
lacrum duplicis frontis effecit, quaff  
ad imaginem duorum populorum. Addit  
Lanzius <sup>h)</sup>, non tantum foederatos hoc ty-  
po notari, sed et populos duos unitos, et qui-  
dem testibus numis Syracusarum, Rhe-  
gii, Panormi. Jam capita haec esse mu-  
liebria, et adumbrari tum duas civitates  
foederatas. Jam caput unum esse barba-  
tum, imberbe alterum, et tum notari po-  
pulum novicium cum vetere conjunctum.  
Jam caput utrumque eandem praeferre-  
acetatem, et tum ejus adlusionis nullam  
haberi rationem. Haec vir eruditus inge-  
nioso, an etiam vere ex mente veterum,  
magnopere dubitem. An enim verisimile*

<sup>1)</sup> Fond. di Ref. p. 41.

<sup>2)</sup> Observ. ad Dempfi. p. 181.

<sup>3)</sup> Sagg. T. II. p. 28. 82.

<sup>4)</sup> T. II. p. 106.

<sup>5)</sup> T. II. p. 30.

<sup>6)</sup> Not. elem. p. 85.

<sup>7)</sup> Mul. Etr. T. I. p. 457.

<sup>8)</sup> Offerv. let. T. IV. p. 35.

<sup>9)</sup> ad tab. Dempfi. p. 174. et 180.

<sup>10)</sup> Orig. Ital. tab. XX.

<sup>11)</sup> de num. uncial. in praef. p. 13.

<sup>12)</sup> ad Aen. XII. v. 198.

<sup>13)</sup> Sagg. T. II. p. 97.

est, Volaterranos capite hoc gemino ter variando ter varium voluisse indicare foedus, vel unionem? In ipsis Romanorum numis habemus Janum jam barbatum totum, jam totum imberbem. Variis etiam modis conjuncta videoas capita innumis Athenarum, Tenedi, aliisque, in numis Romanis gentis Rubriae. Generatim auctores cum veteres, tum moderni diversos nobis attulere explicatus five ca-

pitis Jani, five capitum Jani more junctorum, sic ut nondum satis certi simus, quid veteribus mira hac capitum unione semper fuerit intellectum. Sed nolo esse longior in causa, quae prolixius, quam institutum meum patitur, examen postulat.

Typi in his numis: delphinus, clava, luna, aut obvium habent, aut incertum explicatum.

Æ. C.

### *Numi Etrusci incertarum urbiū.*

Supersunt multi hujus classis numi, quos certae urbi tribueris nequeas, five quia inscriptione carent, five quia hanc unica tantum litera absolvit. Horum magnum numerum aeri incisum offerunt auctores hactenus laudati, quos inspexisse satis est. Neque enim observatu quid dignum offerunt, argumenti suapte jejuni, et nonnisi conjecturarum capacis, quarum nonnullas videre potes apud Lanzium<sup>i</sup>). Ex omni numero bines tantum excepere lubet:

*Caput Mauri nydum. X Litera varians*

*Etrusca. Elephas appenso ad collum tintinnabulo. AE. III.*

*Caput Herculis leonis exuvii tectum. X Litera varians Etrusca. Canis, dictus vulgo Pomerannus, currens. AE. III.*

Vtrumque istud genus reperi frequenter in Etruria, et Vmbria, testantur eruditi Itali, sed qui et ipsi in definiendo eorum loco natali dissentiant. Vide Guarriaccium<sup>k</sup>), et Lanzium<sup>l</sup>). Fuere, qui Punicos eos crederent, sed quorum judicium ipse locus, qui eos e tenebris profert, redarguit.

### *V M B R I A.*

Vmbri teste Plinio gens antiquissima Italiae, sed successu temporis variarum colluvione gentium permixti fuere. Gallos Senonas superiorem Vmbriae partem infessisse, historia docet; urbes alias fundasse, aut occupasse partim vicinos Etruscos, partim Graecos, ex numis eruimus utraque lingua inscriptis.

Numos argenteos pervetustos cum epigraphe VM non esse Vmbrorum, sed Sybaris Lucaniae, dicetur. infra in numis Sybaris.

### *ARIMINVM.*

Mari Adriatico adsitum.

*Caput barbatum pileo conico tectum. X*

<sup>i</sup>) Sagg. T. II. p. 214.

<sup>k</sup>) Orig. Ital. T. II. p. 219.

<sup>l</sup>) Sagg. T. II. p. 215.

**ARIM. ARIMI. ARIMNO.** *Vir galeatus angariens d. hastile, s. scuto longiore fere obtectus, ex quo aliud hastile promicat.*  $\Sigma$ . III. (Mus. Caes.)

De his Arimini numis copiosius olim disputaveram<sup>m</sup>). Caput anticae, quod Khellio esse Vlyssis visum fuit, esse potius Vulcani existimo in moneta Italica non infrequentis. Figuram partis aversae aut militem Gallum puto, aut Martem Galorum militum more indutum, quos praegrandibus clypeis fuisse armatos perhibere veteres, quorum testimonia ibi laudavi. Existimat Lanzius, hos numos signatos, ex quo colonia a Romanis deducta est, quod factum V. C. 485<sup>n</sup>). Judicium istud improbandum non videtur, cum plures Italiae urbes, ex quo coloniae deductae fuere, numos signaverint. In pluribus Italicis museis vidi numos similes inscriptos ARIMNO.

Quos alios ab his diversos Golzius Arimino tribuit, esse numos Arcadum, in horum moneta videbimus.

$\Sigma$ . RR.

#### FANVM.

Prope Pisaurum, dictum *Fanum Fortunae*, serius *Colonia Fanestris*, hodie *Fano*.

Exstant numi: *Caput Jovis. X Equus saliens*. Eorum similes duos edidit Arignius, sed quod mirere, in horum uno legit FANA, qui adeo hujus esse urbis creditus est, in alio AVFA. Ejus generis unum, sed inscriptum FA. IIIP. Pellerinius Faliscis, sed dubitantis more, tribuit<sup>o</sup>). Hactenus ergo certis hujus oppidi autonomis caremus.

<sup>m</sup>) Num. vet. p. 3. <sup>n</sup>) Saggio T. II. p. 645.

<sup>o</sup>) Paralip. Dempl. tab. IV. <sup>r</sup>) Saggio T. II. p. 647.

*Coloniae* etiam numi a liberalibus antiquariis huc derivati sunt. Ita Harduinus numum Philippi Aug., inscriptum: MVN. FANE. AEL. huc vocavit, at Spanheimius ad municipium Aelium Fanestre in Hispania<sup>P</sup>), quem secuti sunt Patinus, et Mediobarbus bis, in numis Macrini, et Philippi patris. Numos hos esse coloniae Coelae Chersonnesi Thraciae, in hac docemus.

#### IG VVIVM.

Vrbs mediterranea, passim a veteribus dicta *Iguvium*, vel *Iouvium*, oppidani *Iguvini*, *Iguvinates*. In tabula Iguvina IV. legitur saepius literis Etruscis IKV. VINA. Hodie *Gubbio*, a celebratis tabulis aeneis Etrusce inscriptis apud hanc urbem repertis illustre nomen nacta.

*IKVVINI* (literis Etruscis et retrograde.) Typi: *Astrum solis instar rotae, X Luna crescens, addita affis nota*.

Tres hujus generis gravis aeris numeros Passerius, Iguvinus ipse, edidit, pictosque stitit, et huic urbi rite addxit<sup>q</sup>). Operis sunt perquam rudis. Cl. Lanzius exempla spuria circumferri testatur<sup>r</sup>).

$\Sigma$ . RRR.

#### PISAVRVM.

Maritima in Gallis Senonibus, nunc *Pefaro*. Eruditus Hannibal Olivierius, qui de hujus origine urbis librum singularem scripsit, eam fundatam a Siculis conjicit. Quidquid erit, numi habitatam a Graecis, saltet quo tempore signati sunt, affirmant.

*Caput Herculis horbatum laureatum,*

juxta affis nota. ΣΠΙΣ. (retrograde.) Cerberus, infra affis nota. Ex aere gravi.

ΓΙΣ. (retrograde.) Caput barbatum diadematum, pone 4. globuli. ΣΠΙΣ. (retrograde.) Vas imminente supra botro, jax- ta 4 globuli. Ex aere gravi.

Affem hunc et trientem mole insignes edidit laudatus Olivierius <sup>1)</sup>, et si numos ipse non vidit, sed ectypa ex schedis Gorii sibi missa profiteatur. Eos deinde re- fuit Guarnaccius <sup>2)</sup>.

*Caput Herculis hedera coronatum. ΣΠΙΣΑΤΡΙΩΝ. Cerberus gradiens. ΑΕ. II. (Goltzius.)*

Huic similem, sed fusum, et vitiata inscriptione sese possidere testatur Olivie- rius <sup>3)</sup>, ejusque fidem juvat numus sequens:

*Caput adversum juvenile galeatum. ΣΠΑΤΡΙΩΝ. Cerberus gradiens. ΑΕ. III. (Pel- lerin.)*

Postremi hi numi invicte arguunt, Pisauri incolas fuisse patria Graecos. Hi utrum aetate praecedant numos gravis aeris, quos praemisimus, quaeri potest. Si literae ΓΙΣ. numorum praecedentium capti essent ex antiquissimo alphabeto Graeco, dubium non foret, hos ipsos aetate quoque anteire. At enim cum hae literae spectata forma non minus sese al- phabeto Etrusco, et veteri Latino adcom- modent, neque hactenus numos gravis aeris Graece inscriptos viderimus, praeterea secundum alijarum Italiae urbiū exemplum magis verisimile sit, Pisauri incolas ex Graecis factos Italos, quam vi-

s) della Fond. di Pef. p. 25. 1) Orig. Ital. tab. XV. u) l. c. p. 24.

x) Arigoni Num. Etrusc. tab. XII. y) Thes. Br. T. III. p. 57. 2) Saggio T. II. p. 32. (Vol. I.)

N

cissim, dubitari nequit, Graecos hos numos antiquitate praestare.

Alium junxit Goltzius inscriptum quo-

que ΠΙΣΑΤΡΙΩΝ typo juvenis delphino-

vecti et Pegasi marini, cuius fidem jure

quidem impugnat Olivierius, at minus

recte propterea, quod argenteus est, ex

quo metallo negat in hac Italiae parte

signatam monetam. Contrarium docuimus

in prolegomenis ad numos Italiae mediae.

Hic numus si vere exstitit, est Tarenti.

ΑΕ. RRRR.

*TVDER.*

Mediterranea ad Tiberim, hodie *Todū*.

*Epigraphē: TV. vel TVTERE. (re- trograde et literis Etruscis.) Singulare est in horum uno E lunatum, eo modo, quo est E Graecum sequioris aevi <sup>4)</sup>.*

*Typi admodum varii, quos inutile est describere, cum ad philologiam vix ali- quid conferant, et videri possint apud auctores saepe laudatos, qui Etrusca vul- gavere.*

Hi Tudertium numi sunt semisses, trientes, quadrantes, uniales, quos inter multi gravis aeris, cumque sint tanto nu- mero, quantus praecipue ex iconismis Arigonii potest colligi, mirum profecto, tamdiu eos vagatos, donec patro solo restituerentur. Horum unum Begerus Illo Mysiae tribuit <sup>5)</sup>, cuius sententiam per- peram miratur Lanzius secutum magnum Pellerinum <sup>6)</sup>, qui loco indicato Begeri judicium non adprobat, sed refutat, et de- Tudertium numis recte judicat. Hodie

intellecta rite inscriptione Etrusca certum est, numos sic inscriptos hujus esse urbis. Teste Lanzio <sup>a)</sup> professus est Passerius in suis ad Dempsterum Paralipomenis, fuisse se primum, qui veram horum numorum patriam reperisset. Qua ejus operis pagina istud adserat Passerius, ignoro. Istud certum, Pellarinio jam quatuor ante annis, antequam Passerii opus lucem vidis- set, numos hos Tudentes fuisse cognitos. Arigonius numum hujus urbis inscriptum VT. relegavit Vthinam Africae oppi-

dum <sup>b)</sup>, quem Frölichius altero errore esse Uticae, vel Tarragonis maluit <sup>c)</sup>.

*Caput Jovis. Ξ ΤVTERE, ut supra.  
Aquila. AR.*

Vnicum hunc hujus urbis argenteum citat Cl. Amadutius <sup>d)</sup>. Cimelio tam singulari quae sit habenda fides, ignoro. Negligit illud Lanzius, qui omnes mone- tae Etruscae causas adcurate investigavit. Viderint eruditii Itali.

Æ. C.

### A G E R P I C E N V S.

#### ANCONA.

Ad Adriaticum, portus hodieque in- clytus. A Syracusanis Dionysii tyranni- dem fugientibus condita teste Strabone, unde et Dorica dicta Juvenali <sup>e)</sup>.

*Caput muliebre laureatum. Ξ ΑΓ-  
ΚΩΝ. Manus cum cubito tenens palmae  
ramum. AE. III. (Mus. Caes. Pellerin.)*

Similem his, sed argenteum, et an- epigraphum pridem edidit Goltzius, qui certe confictus non est, quod inventi se- riis numi testantur, nisi forte is, quod et alias fecisse est compertus, aes in argen- tum mutavit. Neque obest, abesse epigra- phen, cum urbs ipso symbolo satis note- tur frequente ejus in numis veterum exem- plo. Typus adludit ad urbis nomen ἄγκων, cubitus, nam et a cubiti forma nomen traxit, ut refert Mela: illa in angusto duorum promontoriorum ex diverso coeun-

tium inflexu cubiti imagine sedens, ideo a Grajis dicta ANCON. Secundum quem Plinius: Ancona adposita promontorio Eu- mero in ipso flentis se orae CVBITO. Caput muliebre laureatum haud dubie est Veneris, quae teste Catullo <sup>f)</sup> ibi praeci- puos honores nacta est:

*Quaeque Anconam, Cnidumque aru-  
dinojum  
Colis, quaeque Amathunta, quaeque  
Golgos.*

AR. Golzianus, AE. RRR.

#### HADRIA.

Versus Adriaticum, ex qua urbe fue- re majores Hadriani Augusti. Cum altera sit praeterea Hadria in Gallia Cisalpina Padum inter, et Athelin sita, quae situm, utrius sint numi Hadriae nomine inscri- ptii, quos dabimus. Gorius <sup>g)</sup>, et Passe- rius <sup>h)</sup> difficultatem dissimulant. Scipio

a) Saggio T. II. p. 29.

b) Num. urb. tab. XXIII.

c) Not. elem. p. 121.

d) in Passerii pict. Etr. in vase. T. III. p. LXXXVIII.

e) Sat. IV. 40.

f)

36.

g) Mus. Etr. T. II. p. 428.

h) Paralip. Dempf. p. 177.

Maffejus non dubitat, eos Hadriae Pice-ni tribuendos <sup>i)</sup>, cui omnino adhaerendum puto, nam testatus est Abbas Chaupy, se plures numos similes ad eam, quae in Piceno est, reperiisse. Eadem etiam sententiae accessit Lanzius <sup>k)</sup>. Denique satis certum non est, Galliae Cisalpinae urbes suam unquam hahuisse monetam, ut dixi in prolegomenis ad numos Italiae superae.

*Epigraphe* HAT. rarius HATRI. non-nunquam et retrograde. Scriptum olim *Hatria pro Hadria*, ut et *Tuter pro Tuder*. Sic et Plinius *Hadriam Cisalpinae scriptis Atriam* <sup>l)</sup>.

Typi frequentiores, et magis notandi:

*Caput adversum diadematum prolixo barbatum, juxta in nonnullis L antiquae formae. X Canis, vel lupus jacens.* (Mus. Caef. alibi.).

Sunt hi numi ex aere gravi, et insignis molis. Typi ratio omnino incerta, Caput anticae a quibusdam Sileni creditur, et L esse *ἀγχαιστας* verbi *Libra*.

*Caput muliebre comatum insertum*

*conchae. X Pegasus; et 5. globuli.* (Card. Zelada, Mus. Caef.)

Et mihi hujus typi causa ignota.

Typi reliqui: *Calceus. X Gallus.* —

*Caput Apolinis. X Diota.* — In aliis: *Pisces, anōora etc.*

Omnes hi numi sunt ex aere gravi, et multam antiquitatem eloquuntur.

Injurius huic urbi fuit Wachterus, qui numos sic inscriptos Adranum Siciliae propter canem decumbentem trajecit <sup>m)</sup>, nam idem typus, ut aliis causis abstineam, etiam in Tudertis numis habetur. Longius a scopo aberravit Havercampus, inscriptione HAT. indicari Romanam gentem *Atriam*, vel *Hateriam* existimans <sup>n)</sup>. At Mazzochius errore contrario ad Hadriam nostram adegit numos cum epigraphe ATPETC, ut ipse legit, quem refutabimus in numis Corcyrae, quorum hi numi pertinent, praecipue cum auctoritate sua alios in errorem induxerit.

Æ. RR.

### V E S T I N I.

Huic populo Cl. Lanzius tribuit numos prope vicinum Asculum Piceni reperitos, siquidem satis validam hanc putabimus conjecturam <sup>o)</sup>.

*Caput Palladis. X VES. MI. Luna cum aistro. AR.*

*Caput vituli. X VES. Idem typus. Sextans aeris gravis.*

### M A R R V C I N I.

#### TEATE.

Regionis princeps, quam scriptores Teate, numi Tiate appellant.

*Caput Palladis, juxta globuli vario numero. X TIATI. Noctua stans, aut infensis capitello ordinis Corinthii, in area*

i) Osserv. let. T. V. p. 381. k) Saggio T. II. p. 641. l) L. III. p. 173.

m) Archacol. num. p. 147. n) in Parut. p. 787. o) Saggio T. II. p. 603.

## L A T I V M.

*iterum globuli vario numero. AE. I. II. III. diens, superne clava, infra 4. globuli. R.*  
 (Mus. Caef. Arigoni.) II. (Mus. Caef.)  
*Caput Herculis. X TIATI. Leo gra-* AE. R.

## L A T I V M.

Late sumptum intelligo, complectendo una Marsos, Volscos, Aequos.

## R O M A.

Hujus monetam hic non attingimus, quae alteram universi operis classem efficit.

## A L B A.

Exstant numi avariis editi:

*Caput Palladis. X ALBA. Aquila fulmini infestans. AR. III. (Pellerin, Pembroke Part. II. tab. 2.)*

*Caput Mercurii. X ALBA. Pegasus.* In alio: *Gryphus currens. AR. III. Priorum edidit Cl. Dutens, (Explic. de quelq. med. p. 49.) posteriorem vidi Romae in museo Abbatis Chaupy.*

Conspiraunt auctores citati, hos nummos ex pluribus hoc nomine urbibus tribuendos illi Albae, quae in Marsis lacui Fucino ad sita, et inde Alba ad Fucinum, et Fuentia dicta fuit. Teste Livio colonia deducta est V. C. 45<sup>1</sup> p.).

AR. RRR.

## A T I N A.

Huic Volscorum urbi perperam a Frölichio <sup>2</sup>) tribuitur numus in museo Theupoli descriptus ADINOD., qui est Larini in Frentanis, ut in his dicetur. Numus ATINAIΩN apud Arigonum male lectus pro AITNAΙΩN populo Siculo, quem errorem recoxit Magnanus <sup>3</sup>). Neque huc

videtur referendus aeneus inscriptus ATINOS, quod viri potius nomen est, quam urbis, ambigente ipso ejus praecone Pellerinio <sup>4</sup>).

## A N T I V M.

In Volscis. Numi aenei ANTI. Goltziani sunt.

## A N X V R.

Volscorum lingua, quae et Terracina, quo nomine etiamnum gaudet. Huic urbi Goltzius numos tribuit nulli alteri conspectos: AXTR. typo Jovis Anxur. Alius huc refertur a Begero <sup>5</sup>): *Caput Palladis. X AΣVR. Gallus stans*, quem ex eodem citat quoque Spanhemius <sup>6</sup>). Utique miratur in secundo elemento insolitam formam <sup>7</sup> X. At fallitur uterque, nam numus hic Aquini est, de quo mox. et apparel, numum Begerianum minus fuisse integrum, et secundum elementum aliud non esse, quam Q solitum. De Jove Axure vide denarios Vibii Pancae.

## A Q V I N V M.

In Volscis.

*Caput Palladis. X AQVINO. Gallus stans, superne astrum. AE. III.*

Est in museo Caesareo, ejusque similem pridem edidit Maffejus <sup>8</sup>). Ab hoc numi Sueffae, Teani, Calium, Venafri, Campaniae urbium sola epigrapha SVE-

<sup>1</sup>p) L. X. sub init. <sup>2</sup>q) Not. elem. p. 71. <sup>3</sup>r) Lucan. num. p. XIII. <sup>4</sup>s) Rec. I. p. 69.  
<sup>5</sup>t) Thes. Br. T. I. p. 357. <sup>6</sup>u) T. I. p. 96. <sup>7</sup>x) Offerv. let. T. V. p. 383.

SANO. TIANO. CALENO. differunt. De terminatione in NO agemus post numos Campaniae.

Rationem sociati cum Pallade gaff adfert Pausanias. Nam cum videret, gallum Minervae cassidi in ejus simulacro infidere, istud factum affirmat, quod haec avis omnium sit pugnacissima <sup>a)</sup>.

Æ. RRR.

#### CLITERNVM.

In Aequis. Male lectum a Frölichio ΚΛΙΤΕΡΝ. in numo, in quo Cumarum, et Literni nomina junguntur <sup>b)</sup>. Vide infra Cumas Campaniae.

#### S A M N I V M.

Hujus regionis vires ac potentiam diu experta Roma. Ejus etiam opes de praedicant scriptores veteres, sed non confirmant numi, quorum paucos habemus superstites.

#### AESERNIA.

VOLKANOM. *Caput Vulcani*, retro forceps. & AISERNINO. *Juppiter fulminans in citis quadrigis volante altius Virtutia*. Æ. III. (Mus. Cæf.)

Pellerinius in suo simili legit: VOLKANON, et AISERNINO., magis utrumque Graece. Verum in numis musei Cæfarei prior inscriptio obtinet, quam et in museis Italicis me observare memini. Cl. Ignarra numum memorat ex museo ducis Nojae, inscriptum: AISERNINON., sed numi imago, quam ibi sifit, habet perinde ac alii AISERNIN. <sup>c)</sup>. Auctor musei

#### MINTVRNAE.

##### SINVESSA.

Volscorum urbes. Numi MINTVRN. ΣΙΝΤΕΣΣΑΝΩ. foli Goltzio cogniti fuere.

#### AVRVNCI.

Vetus in ultimo Latio Italiae populus. Numum edidit abbas Sestinus sibi ex Apulia adlatum: *Caput equi cum freno*. & ATPTNKΩN, ut videtur. *Hordei spica*. Æ. III. (Lettere T. II. p. 3.) Cum ipse auctor epigraphen in dubium vocet, possumus ab explicando singulari hoc numo, et hactenus a nemine conspecto abstinere.

Theupoli invitatus voce VOLKANON, ut ipse legit, vitato haud dubie urbis in aversa nomine, similem numum tribuit Volcis, Etruriae, an Lucaniae, non addit. Ejus fallace indicio deceptus Frölichius Vulcaniam insulam respexit <sup>b)</sup>. Numuna similem Marcello, cui cognomen Aesernino, tribuit Patinus <sup>c)</sup>.

De voce VOLKANOM insolentius in OM exeunte, agemus post numos Campaniae.

AISERNIN — *Caput Palladis, retro clava*. & *Aquila serpentem unguibus strin gens*. Æ. III. (Mus. Cæf.)

Numus hic ab obviis Aeserniae differt. A Pallade non aliena clava propter facta heroica, et harc manu gestat in pluribus veteranum monumentis.

y) Eliac. II. p. 518.

z) Not. elem. p. 93.

a) de Pal. Neap. p. 250.

b) Not. elem. p. 120.

c) Num. fam. p. 316.

*Caput Apollinis laureatum. X AISER-NIN. Bos cum facie humana coronatur a supervolante Victoria. E. III. (Ignarra l. c.)*

Æ. R.

#### ALLIFAE.

De numis dubiis, quos aliqui huic Samnii urbi tribuerunt, vide, quae ad Alaeam Siciliae monebimus.

#### BENEVENTVM.

**BENVENTOD.** *Caput Apollinis laureatum. X PROPIOM. Equus currens, supra quem pentagonum. E. III. (Paoli ruderia Paestri tab. LVII. n. 26. 27.)*

Iconismus hujus numi ab auctore propositus urbis nomen scribit BENVENTOO., sed quod corrigeré non dubitavi in BENVENTOD., cum quod testatus mihi est Abbas Chaupy, se binos vidisse hujus urbis numos, forte hos ipsos, cum posteriore hac epigraphe, tum quod terminatio in OO citra exemplum est, at in OD ex vicini Larini LADINOD cognita. Signati sunt hi numi, ex quo oppidum jam Romanis paruit. Nam ante horum imperium dictum *Maleventum*. *Livius* <sup>d)</sup>: *Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est.* Et *Plinius* <sup>e)</sup>: *Beneventum, auspiciatus mutato nomine, quae quondam appellata Maleventum.* Testibus Solino et Stephano urbs eundem habuit conditorem, quem Arpi Apuliae, nempe Diomedem. Et vero Beneventi cum his Arpis et Salapia nexum praecclare stabiliunt harum numi urbium; nam omnium trium partes averiae equum currentem exhibent addito praeterea magistratus nomine. At-

qui et in Beneventi numis τῷ ΠΡΟΠΟΜ (forte ΠΡΟΡΟΜ) non dubito esse magistratus nomen, de quo vide, quae infra in numis Sueiae Campaniae dicentur.

Harduin ex museo Genovevae recitat numum: COL. BENEVEN. sine anticae mentione, de cuius probitate, aut vera lectjone dubitare fas sit. Paucae Italiae continentis coloniae numos cuderant, atque etiam in iis, qui exstant, nunquam praefixum COL., observatur. Alios numos inscriptos BÉN..PRAE. non huc, sed Celsam Tarracensis pertinere, monitum in hujus urbis numis.

Æ. RRRR.

#### MVRGANTIA.

Vrbs Samnii teste Livio, sed incerti situs.

**MPTANTIA.** *Caput Apollinis laureatum. X Bos cum capite humano, superne fulmen. E. II. (Pellerin. Suppl. III. p. 95.)*

Epigraphē literas Graecas Etruscis aut Oscis permixtas offert. Atque haec praecipua causa est, cur numus tribuendus sit hujus tractus urbi, nostrae adeo Murgantiae, non Murgantio Siciliae. Numus idem est etiam in museo Card. Borghia teste Lanzio <sup>f)</sup>.

Æ. RRRR.

#### PENTRI.

Samnii, aliquoties memorati Lívio.

Numum inscriptum retrograde, et litteris Etruscis — ENTΔEI, in quo hinc caput Mercurii, inde Pegasus, quem Khelius aliquando vulgaverat <sup>g)</sup>, his Pentris

<sup>d)</sup> L. IX. c. 27.

<sup>e)</sup> L. III. § 16.

<sup>f)</sup> Saggio T. II. p. 601.

<sup>g)</sup> Adpendic. II. tab. IV.

tribui posse conjicit Lanzius<sup>b)</sup>, verum praeterea de hoc numo infra in numis lis pendet a litera hujus vocabuli prima, incertis Campaniae dicentur.  
quae in hoc numo desideratur. Vide, quae

## NUMI SAMNITICI.

Numos Samniticos primus a numis consularibus discrevit, eosque binis eruditis sane, ac classicis dissertationibus illustravit Abbas Olivierius Pisaurensis<sup>i)</sup>. Multum etiam in his explicandis versatus est Cl. Swintonus Anglus, sed varia fortuna, ut patebit<sup>k)</sup>.

Sunt hi omnes argentei, denarii Romanis forma et pondere, operis sat elegantis, quos omnes cum ex Oliviero, tum alias collectos hic ob oculos sisto:

1.) Miles stans juxta bovem procumbentem d. hastam, f. parazonium, in area A. (Olivieri.) Alius, sed in area B inversum. (Mus. Cael.)

2.) Caput muliebre laureatum cum inauri et monili. X. Typus averiae similis, in imo litterae variantes N B > 日 I M H Ψ R I (Minervinus de monte Vulture tab. IV. Pellerin. Suppl. II. tab. I. Mus. Cael.)

3.) Alius, sed scriptum Osce et retrograde VITELIVD. (Swinton Philos. Transl. T. LI. p. 853. seq.)

4.) Idem typus.

Swintonus in hoc denario fieri mentionem familiae Luponiae olim credidit.

(l. c. T. LVIII. p. 253.) Serius cum adca-  
ratius eum edidisset, epigraphen dedit,  
qualem proposuimus, sanxitque, esse gen-  
tis Euviae. (l. c. T. LXIIH. p. 22.)

5.) Miles stans juxta bovem procumbentem d. hastam, f. parazonium, in area A. (Olivieri.)

6.) Eadem epigrapha. Caput muliebre hedera coronatum. X. Eadem epigrapha. Bos animal dubiae formae cornu ferens. (Pembrock Part. II. tab. 87.) Eundem hunc numum restituit Cl. Dutens, cui dubium illud animal luculentus est crocodilus. (Ex-  
plic. de quelq. méd. p. 222.)

7.) Caput muliebre laureatum alatum. X. > Diofuri in diversum equitantes. (Olivieri.)

8.) Vir genuflexus porcam sustinet, quam milites duo hinc, duo inde stantes bacillo contin-  
gunt. (Swinton T. LII. pag. 28., sed qui-  
totus in suo Veturio defixus, ut dice-  
tur, epigraphen partis anticae legit FI-  
TEEV.)

Cum his conjungo sequentes:

9.) Vir genuflexus porcam tenet, quam adstantes

<sup>b)</sup> Saggio T. II. p. 602. <sup>i)</sup> Saggi di Cort. T. II. p. 49. et T. IV. p. 133.

<sup>k)</sup> Philos. Transact. Vol. LI. p. 853. — Vol. LII. p. 28. — Vol. LVIII. p. 253. — Vol. LIX. p. 432. — Vol. LXIII. p. 22.

*octo milites bacillis contingunt, infra C. Papius Mutilus imperator.* At narrat quoque historici veteres, quorum testimonia collecta vide apud Olivierium<sup>1)</sup>, Samnites sibi in hoc bello C. Papium Mutilum (aliis Mutilium) imperatorem praefecisse, quae quidem potissima causa est, cur Samnitici vocentur hi numi Brutulum Papium Samnitum ducem memorat quoque Livius<sup>2)</sup>. Papii Mutili senatoris sub Tiberio meminit Tacitus<sup>3)</sup>, qui et consul fuit, et auctor legis Papiae Poppeae. In numis binis, quos descripsimus, nimirum 7. et 8., Papii nomen sequitur litera >, haud dubie posta pro *Caii*, id est: *filius*.

10.) *Caput muliebre laureatum, juxta X. Ξ ITALIA.* Mulier armis infidens d. *hastam, coronatur a Victoria retro stante, in area C.* (Pellerin. Suppl. III. tab. 3.) *In simili alterius area E inversum.* (Swin. ton l. c. T. LIX. pag. 440.)

11.) *ITALIA.* *Caput simile. Ξ Typus ut num. 9, sed in impo C.* (Pellerin l. c. Muff. Caef.)

Numos hos esse Samniticos demptis tribus postremis; quos ob argumenti concordiam addere placuit, facile probamus.

I. Hi numi Romani non sunt, quod vel ex una literarum forma satis appetat. Sunt tamen signati in Italia, nam eadem litterae ad fines saltem sunt Romanis, et comparent frequenter in numis urbium Samnii, Campaniae, et vicinarum regionum. Oscae passim dicuntur, de quarum natura agemus, infra post numos Campaniae.

II. Constat, populos, qui hac aut famili literarum forma usi sunt, Etruscos, Samnites, Campanos, fuisse eos ipsos, qui praeter alios pertinax cum Romanis bellum ad civitatis jus extorquendum gessere, dictum *Marsicum*, seu *sociale*, foedus autem ab his populis initum vocatur *Italicum*, quod Italiae reliquae populi unitis viribus adversus Latium conspirassent. Ab his, et durante hoc bello hos esse percussos numos, sequentia evincent.

III. Memoratur in horum aliquibus

IV. Conspirant quoque typi, praecipue is, quo porcam vir tenet, quam adstantes alii contingunt, qui notus fuit fieri undi foederis ritus, et quo designatur id ipsum foedus, quo variae Italiae nationes ad extorquendum jus civitatis adversum Romanos conspiravere. Vide etiam numos gentis Veturia, qui eundem foederis ritum sistunt. Imaginem in his numis propositam eximie juvant verba Ciceronis<sup>4)</sup>: *In eo foedere, quod factum est quoniam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis porcam sustinuit iussu imperatoris.*

Spectatis inscriptionibus in hac numerorum classe praeter litterarum formam huic tractui peculiarem notandus C. Papius Mutilus. Vocatur is *Embratur*, cui in Latinorum lingua respondet *Imperator*, Revera supremus Samnitum dux Livio plerumque dicitur *Imperator*, quae loca congesit Olivierius<sup>5)</sup>, Alter dux vocatur

1) Saggi. T. II. p. 57. m) L. VIII. c. 39.  
p. T. II. p. 60.

2) Ann. II. 32. o) de Invent. L. II. c. 30.

*Vitellia*, quod quidem nomen non legitur inter foederatorum duces, quos recentent Appianus et Vellejus. Videtur ergo serius suffectus. Certe gens Vitellia, ex qua prognatus erat Vitellius Aug., ex Sabinis Romanis antiquitus profecta est, cum subinde quidam Vitelliorum belli Samnitici tempore praesidio Roma in Apuliam missi deinceps subsiderent Nuceriae, et longo post intervallo repeterent urbem, ut refert Suetonius<sup>q).</sup> Olivierius in numo suo simili legit P. ITEEIV., qua scriptura visus illi est indicari *Insteius* Capito Marforum dux in eodem bello<sup>r).</sup> Swintonus in suo, quem dedimus loco III., vidit VITEEIVD, atque adeo *Veturium* sibi fixxit. Sed apparet, Olivieri numum non fuisse integrum; Swintoni vero numus testante ejus iconismo diserte habet VITELIVD, sed auctor sua sponte pro L fecit E. Sunt ergo omnes unius ejusdemque Vitelii.

Vocabulum *Safinim* numi I. eruditos admodum exercuit. Olivierius illud nimis acute a Graeco σαφεω, vel σαρηνιχω, *manifesto*, aut etiam, si superis placet, a σαττω, *conculco*, deducit<sup>s).</sup> Stomachatur in viro gravi conjecturas usque adeo inanes. Sed urget etymologistas omnes commune quoddam fatum. Aliquot annis serius aliam inivit viam, eaque voce putavit indicari Samnium urbem, in qua numus culus, et forte *Saepinum* laepius Livio laudatum<sup>t).</sup> Mox pagina sequente non repugnare ait, notari virum aliquem illustrem ex gente *Safinia*. Addit ibidem conjecturam Passerii, *Safinim* esse posse

nomen magistratus suadente id verbo Hebraico easdem fere radicales continente שפיטם, quod *judices* significat, et unde derivantur Carthaginientium Suffetes. Swintonus legit SAFINI. M. et explicat: SAFINI. *Marci*, id est: *filius*, neque dubitat, Safinium hunc fuisse eo in bello ducentem, perinde ac Papium in denariis aliis. Sententiam suam confirmat denario gentis Serviliae, quem ex Olivierio sumpfit inscripto SERVEILIM, quod iterum explicat: SERVEILIUS *Marci*, id est: *filius*<sup>u).</sup> At enim male vir eruditus causam suam fulcit numo Olivieri vitato; nam in numis aliis, iisque integris legitur C. SERVEILI. M. F. Accedit, quod in numis illaeis nullum punctum literas I et M vocis SAFINIM separat. Verisimilior multo sententia Maffei, existimantis<sup>v)</sup>, *Safinim* idem esse, quod Latinis *Sabini*, notari tamen reipsa Samnites, qui, ut teste Strabone origine Sabini fuere, appellantur a Graecis Σαννῖται, a Latinis *Samnites*, vel *Sabelli*. Suffragatur etiam typus in his numis ipsiis. Stat figura galeata seminuda d. hastam tenens, l. parazonium, f. pede globum vel galeam calcans, juxta bos procumbens. Olivierius primum hac figura exhiberi putavit ipsum Mutilum, cuius nomen in numi antica legitur, et tauro jacente prostratos Romanos<sup>w).</sup> Mutavit serius mentem<sup>x).</sup> Nam cum videret, in numis suis taurum jacentem a figura stante calcari, et catenis illigari, putabat, eo typo indicari coloniam quandam Römanam (est autem bos coloniae typus) a

<sup>q)</sup> in Vitell. c. 1.<sup>r)</sup> Saggi T. II. p. 65.<sup>s)</sup> Saggi T. II. p. 67.<sup>t)</sup> Saggi T. IV. p. 145.<sup>u)</sup> T. LIX. p. 434.<sup>v)</sup> Offerv. let. T. V. p. 341.<sup>w)</sup> T. II. p. 66.<sup>x)</sup> T. IV. p. 141.

(Vol. I)

Samnitibus rebellibus subjugatam. Sed enim fallit haec conjectura. Nam figura illa non bovem calcat, sed globum, vel galeam, et quod catenam putabat, solitum lorum est ex parazonio pendens, ut videre est in numo integriore Pellerinii <sup>a)</sup>, et alio musei Caesarei. Praeclare hic typus conspirat cum verbis Strabonis, narrantis <sup>b)</sup>, Sabinos, a quibus stirpem traxere Samnites, oborta iteritate monitos; ut prolem suam diis dicarent. Obtemporasse eos, eoque anno editos filios Marti consecrassen, cumque virilem aetatem attigissent, DVCE TAVRO ad coloniam foris condendam eos dimisisse; procubuisse tum taurum in Opicorum regione, quo facto illos his pulsis ea loca insedisse, TAVRVMQUE MARTI, qui ducem ipsius id animal misit, ex oraculi jussu sacrificasse. Probabile igitur est, inquit Strabo, eos diminutive *Sabellos* a majoribus suis vocatos. Ex his igitur verbis Bianconus <sup>c)</sup>, et Pellerinius <sup>d)</sup> numi typum recte explicant, Martemque in figura stante, et in tauro dictum Sabinorum ducem humi procumbentem, et ad sacrificium paratum vident, cui id unum addo, tanto potius videri Martem, quod seminudus fingitur manifello divinitatis indicio. Addit Pellerinius, literam B, quae infra taurum signata est, esse ἀρχωστας urbis *Bovianae*, in qua putat flatum numum, sed quae opinio certe fallit, quia, ut ex sociis numis vidimus, hae literae admodum variant.

Caput muliebre galeatum alatum numi VII., perinde ac in denariis Romanis.

Opportune hoo loco arguit Olivierius <sup>e)</sup>, caput illud non esse deae Romae, quod passim adserunt antiquarii; nam jurato Romanorum hostes verisimile non est voluisse Romae imagine uti. Ut istud, de quo in familiarum numis uberioris agemus, facile dederim, ita verum tamen videtur, hos populos servilem in morem Romanorum monetam imitatos, quod ex forma, pondere, signo denarii X, typo ex Servili numis capto, de quo mox, satis apparet. Atqui etiam imitatos regimen Romanorum politicum constat eligendo binos consules, binasque definiendo provincias consulares, ut testatur Diodorus <sup>f)</sup>.

Caput laureatum in his numis quo minus pro Apolline haberi possit, vetant monile et inauria. Pellerinius esse caput Bellonae conjectat, sed argumentis abstinet <sup>g)</sup>.

Dioscuri in numo VI. equites. Huic numo spectatis utriusque partis typis ad omnes apices simillimi sunt numi gentis Serviliae, nisi quod, ut in illorum antica est MVTIL, in his ROMA, ut in illorum aversa C. PAAPI, sic in horum aversa C. SERVEILL. M. F. Quae ratio sit tantae concordiae typorum in numis Romanorum, et eorum hōltium Samnitum, mihi incomptum. Quam Olivierius offert, plane infirma est.

Postremi duo numi inscribuntur ITALIA literis pure Latinis. Quare eos non quidem Samniticos dici velim, cum literis Samniticis non inscribantur, videntur tamen pertinere ad foedus Italicum, L.

a) Suppl. II. tab. I. n. 2. b) L. V. c) de Ant. lit. Hebr. et Graec. p. 62.

d) Suppl. II. p. 11. e) T. IV. p. 134. f) L. XXXVII. Ecl. 1. g) Suppl. II. p. 9.

propter caput muliebre laureatum, quod etiam in certis Samniticis saepe occurrit, II. propter typum foederis, III. accidente praecipue voce ITALIA, quae numis Romanis, in quibus plerumque ROMA legitur, opponi videtur. Fallitur tamen Pellerinius, negans, Romanos unquam numeris suis inscriptisse vocem ITALIA<sup>b)</sup>. Non meminit, cum haec scriberet, numorum gentis Muciae. Octo figurae, quorum quatuor hinc, quatuor inde porcam contingunt, forte nobis exhibent octo illos foederatorum duces, quorum nomina proponit Vellejus<sup>i)</sup>. Litera C, quae utriusque numi aream insidet, secundum Pellerinium<sup>k)</sup> indicat Corfinium in Pelignis, ejus belli praecipuam sedem. Modo multo insolentiore Swintonus literam E, quae

est in simili suo, quem citavimus, explicat, sed quem referre piget. Planissima explicatio, esse variantem alphabeti literam, cuiusmodi obviae sunt non modo in numis Romanorum consularibus, sed etiam Samniticis, ut in numis loci I. et II. vidimus.

Typus aversae in numo VI. inusitatus sane: Taurus crocodilum toto corpore premens, et cornu fodicans. Nisi me omnia fallunt, certa allegoria est: ejus temporis causas involvens, et possunt typus tauri intelligi Samnites, superbi victores five Romanorum, five alterius urbis, quaecunque subacto altero animali notari queat. Simili fere modo serius comperi, insolentem hunc typum explicari a Cl. Swintono<sup>l)</sup>.

## F R E N T A N I.

## LARINVM.

In hujus numis epigraphe est: LADINOD, quae obvia; at Romae in museo Abbatis Chaupy vidi LADINOM. Literarum insolentium ignoratio fecit, ut hi numi longo tempore vagarentur. Auctor musei Theupoli urbem quamdam ADINO omnibus ignotam exsculpit<sup>m)</sup>. Eundem Frölichius Atinae Volscorum adjudicavit<sup>n)</sup>. Arigonius his numis titulum praefixit GADINOD. Bouterovius esse Latinorum numum putavit<sup>o)</sup>. At Khellius erudite ostendit esse Larinatum, primamque literam L, quae in aliquibus numis hujus urbis instar C for-

matur<sup>p)</sup>. Ratio inscriptionis Etruscae ex Catone petenda, qui Larinates ex Liburnis et Etruscis advenas facit<sup>q)</sup>.

Numi sunt quincunes, trientes, quadrantes, sextantes, omnes ponderis deminuti.

## Typi:

*Caput Herculis.* X Centaurus citato cursu. (Muf. Caef.)

*Caput muliebre velatum, redimitum spicis.* X Delphinus. (Muf. Caef.)

*Caput Palladis.* X Eques galeatus cum hasta et clypeo citato cursu. (Pembrock P. II. tab. 18. Theup. l. c.)

h) Suppl. III. p. 79. i) L. II, §. 16.) k) l. c. l) l. c. T. LI. p. 863.

m) pag. 1244. n) Not. elem. p. 71. o) Rech. cur. p. 90. p) Adpendic. II. p. 100.

q) de Origin.

## C A M P A N I A.

*Bos cum facie humana.* Ξ *Bos similis.* (Ignara de Pal. Neap. p. 257.)

Eidem Larino Arigonius perperam tribuit numum cum epigraphe ΛΑΡΙ., qui est Larissae Thessaliae. Alii item nu-

mos inscriptos IDNO, quos recensebimus in numis incertis Campaniae, et forte huc pertinebit numus ΙΞΔΤΗΞ quem eodem loco dabimus.

A. RR.

## C A M P A N I A.

Hujus urbes regionis numis abundant, suntque inter hos multi fabricae perelegantis proficua illis vicinae Magnae Graeciae arte.

In his animadversione praecipue digna sunt epigraphe Osca, nomen urbis

saepe in NO, variaque vocabula in OM desinentia, et typus frequens tauri cum capite humano, de quibus omnibus ex instituto infra possit enarratos Campaniae numos dissertationibus tribus agemus.

## Numi CAMPANORVM nomine.

*Caput Pallidis galeatum.* Ξ ΚΑΜΠΑΝΟ. (*retrograde.*) *Taurus cum facie humana, infra avicula,* et M. AR. II.

Numum hunc primus edidi ex museo M. Ducus<sup>1)</sup>, similem deinde Maguanus<sup>2)</sup>, tertium vidi Romae in museo P. Antonii Benedetti. Huic addendus alter fere geminus;

*Caput Pallidis galeatum.* Ξ ΚΑΠΠΑΝΟ. *Taurus cum facie humana, infra avicula et N. AR. II.*

Hunc nonnisi inscriptione diversum edidit Pellerinius<sup>3)</sup>, ejusque similem ait a Panelio ex museo le Bret vulgatum. At eo virum eruditum falli existimo, quod literam N solitariam cum nomine urbis conjungit, legitque ΚΑΠΠΑΝΟΝ. Haec litera sic solitaria est posita, ut in priore numo Mediceo litera M, quae adeo se-

paratum sensum facit. Cl. Ignarra in argenteo his simillimo legit ΑΡΠΑΝΟΣ, ac propterea Arpis Apuliae tribuit<sup>4)</sup>. At Pellerinius erroris lectionem suspicatur, numumque perinde ac priores esse Campanorum censet<sup>5)</sup>, quod viderint praeciali Neapolitani.

Habemus ergo in his numis scriptum ΚΑΜΠΑΝΟ et ΚΑΠΠΑΝΟ. Credibile tamen est, his vocabulis non universos Campaniae cives, sed Capuam indicari, cuius gentile Latinorum termone et aevq superiore fuit *Campanus*, non *Capuanus*, ut latius in hujus numi explicatu disserui<sup>6)</sup>. Et apparet ex numo Pelleriniano, valuisse etiam gentile *Cappanus*. Capuae numos, sed posteriores, et inscriptos Osce, infra recensebimus.

<sup>1)</sup> Num. v. 2. p. 18. <sup>2)</sup> Misc. numism. T. XL, tab. 19. <sup>3)</sup> Additions p. 18.

<sup>4)</sup> de Pal. Neap. p. 250. <sup>5)</sup> l. c. <sup>6)</sup> l. c.

**KΑΜΠΑΝΩΝ** legitur in numis Entellae Siciliae, quam vide,

AR. RRR.

### A C E R R A E.

Mazochius, qui primus nummos cum Acerarum inscriptione prodidit<sup>a)</sup>, alias Aceris Galliae Transpadanae, alias Aceris Campaniae largitus est. Non satisfaciunt rationes ejus criterii, ac cum vix existent certi ejus Galliae numi, dubium non est, numos omnes hoc nomine praeditos huic Campaniae urbi vindicandos Ignobiles Aceras Vatrias Umbriae alpernamur.

*Caput Jovis laur., pone 4, globuli. X  
V E R D E D Y Juppiter, in cithis quadrigis, Victoria habens moderante, infra 4, globuli.  
Æ. I. (Mus. Caes.)*

*Caput idem, pone 4, globuli. X Eadem epigrapha. Duæ figuræ stantes pullio post targum destuo, quarum singulae d. baculum, s. porcam simul attinent, in area 2, globuli. Æ. II. (Mus. Caes.)*

*Caput idem, pone globulus. X Eadem epigrapha. Victoria coronans, tropaeum, in area globulus. Æ. III. (Arigon. Miscell. tab. XIV.)*

In omnibus hujus urbis numis, quos viderim, reperio epigraphen diligenter VΔΕΙΝ, quod sane monendum contra Mazochium, qui in suis legit VΔΕΙΝ, cui adeo secundum elementum non est, sed Υ. Epigraphæ, qualam ego proposui, non modo luculentæ, et in binis integerimis musei Caelarei, verum etiam eadem

ipsa proponitur in numo Arigoniano, qui cetera Mazochiano simillimus est, quemque tertio loco descripsi. Docet epigraphæ, hanc urbem Oscorum lingua dictam fuisse Acerum, ut et, quæ Graecis et Latinis dicebatur Nuceria, Ocis erat *Nucrinum*.<sup>1)</sup>

Alterius numi pars averla ritum sacrum exhibet, quo Feciales duo foedus ineunt secundum Virgilium<sup>2)</sup>:

*Post idem inter se posito certamine reges  
Armati Jovis ante aras, paterasque tenentes  
Stabant, et caela jungabant foedera  
porca.*

Idem typus frequens est in numis Samniticis, de quibus supra, et in denario gentis Veturia. In simili numo, haud dubie per aetatem attrito, cum legeret Vaillantius M. SERV., eum Serviliae gentis numeris intulit, inter quos est numero 12.

Briam in tertii numi explicatu manifeste peccatum. Nam cum Maffejus in suo tantum legeret postremas literas VΔ, eum serius Perusiam referre non dubitavit<sup>c)</sup>.

Æ. RR.

### A T E L L A.

A qua urbe fabulae Oscae nomen habuerunt. Aeneus ATEΔΔΑΝΩΝ solum Götzium auctoren habet. Alter ATAAI-ΝΩΝ, apud Arigonum magis suspectus est, et, ut ex typo appareret, legendum KATANAION.

### C A L A T I A.

Binae fuere in Campania Calatiae.

a) Saggi di Cort. T. III. p. 1.

a) Aen. VIII. v. 639.

b) Veron. ill. P. III. p. 250.

c) Offerv. let. T. V. p. 307.

## CAMPANIA.

Ad alterutram pertinet numus à Mazochio descriptus: (Tab. Heracl. p. 534.)

*Caput Jovis. ΧΙΤΑΝΚ Bigae. ΑΕ.*

Cl. Ignarra meminit numi hujus urbis ex museo ducis Nojae, in quo epigraphe ΚΑΛΑ. et *bos cum facie humana*. Plura non addit<sup>a</sup>.

ΑΕ. RRRR.

## CALES.

Epigraphe in omnibus: CALENO.

Apud Begerum est CALENΩ, sed de quo dubitem. Et fuit urbis gentile Calenus.

*Caput Palladis, Χ CALENO. Victoria in bigis. AV.* (Pellerin. Rec. I. p. 44.)

ΑR. (Pembrock, Mus. Caes.)

A metallo pretium *hunc* humo accedit, ex quo nullus hujus urbis aliis conspicutus.

*Caput Apollinis. Χ CALENO. Taurus cum facie humana, superne Victoria, lyra, astrum etc. infra variae literae. ΑΕ. III.*

*Caput Palladis, Χ CALENO. Gallus flans, retro astrum. ΑΕ. III.*

Aenei citati sunt obvii. De typo galli vide, quae in Aquino Latii diximus.

AV. RRRR. AR. RR. ΑΕ. C.

## CAPUA.

Vrbs olim praepotens, et Campaniae facile princeps.

Numi inscripti KAΠTANΩN a solo Goltzio citati haud dubie conficti sunt, ut etiam is, quem Harduin ex Mediceo citat cum epigraphe KAΠTAC. Id certum, eum ibi hodie non existare. Certi Capuae numi inscriptiōdem Oscam offrunt, quos primus, quod sciam, Mazo-

chius hic pertinere docuit<sup>c</sup>), cum antea a Goltzio et Begero insulae Co tribuerentur. Tamen verissimile est, in hac urbe cūsos argenteos ΚΑΜΠΑΝΟ, et ΚΑΠΠΑΝΟ, ut dixi supra in Campania. Plerosque Capuae numos depictedos aut descriptos vide apud Mazochium<sup>d</sup>), in Catalogo musei Caesarei, et Arigonio.

Epigraphe Oscæ est: ΠΝΚ. ΚΠΝΚ. ΤΠΝΚ.

Type nobiliores:

*Caput Jovis. Χ Diana in cithis bigis, vel: Aquila insistens fulmini, vel: Victoria coronans tropaeum. ΑΕ.*

*Caput Dianaæ. Χ Vir equo decurrentis, vel: Aper turron. ΑΕ.*

Jovis et Dianaæ cultum frequenter attinunt Captiæ numi. Et vero in Tifatis, monte urbi imminente, praecipua fuit ejus religio telle Vellejo<sup>e</sup>: post victoram, qua descendens montem Tifata cum C. Norbano concurrerat Sulla, grates Dianaæ, cuius numini regio illa sacrata est, solvit etc. Idem mons in marmore, quod edidit Mazochius<sup>f</sup>), dicitur Diana Tifatenæ. In hoc secundos honores fuisse Jovis, confirmat tabula Peutingeriana, quae hoc loco scribit hinc: ad Diana, inde: Jovis Tifatus.

Numi reliqui varia deorum capita, et in aversa typos iis proprios continent.

Globuli, nempe unciarum notae, plerumque utramque superficiem insident, et saepe astrorum modo formati sunt, ut in numis Caelii, et Barii Apuliae.

<sup>a</sup>) de Pal. Neap. p. 251. <sup>e</sup>) Saggi di Cort. T. III. p. 1. <sup>f</sup>) l. c. <sup>g</sup>) L. II. c. 25.  
<sup>b</sup>) in mutil. Camp. amphith. it. p. 46.

Combius numum insignis fabricæ inscriptum KAPT. hoc refert. Verum si talis revera est epigraphe, malleum cum tri, buere Carylliis Euboeæ, et impictum cum AE. C.

**CASILINVM.**

Non attinebat meminisse hujus urbis, cuius numus aureus, in solo Goltzii thesauro profertur, nisi Harduinus testaretur, illum sibi visum <sup>i)</sup>, inscripto: COS. CASILIN., cum capite Caesaris dictatoris, et mentione Ti. Gracchi quaestoris. Qualiscunque Harduini auctoritas tanta mihi non est, ut mili hoc loco diffidere non possem permissum.

**CVMAE.**

Vrbs vetusta a Chalcidensibus Euboeæ condita, et quidem teste Strabone sociis Cumaeis Aeolidis, a quibus nova colonia nomen traxit. Vrbis famam auxit Sibylla carminibus suis celebris.

Eius numorum insignem antiquitatem epigraphe et fabrica testantur. Metallum in omnibus mihi notis argentum dempto numo concordiae, de quo infra.

*Caput muliebre diadematum.* Ξ KVME. (*bustrophedor.*) Concha, superne ramus. AR. II. (Pembrok P. II. tab. 80.)

Numum hunc ex omnibus, quos novi, antiquissimum puto.

*Caput virile corona oleagina redimiculum cum cauda acuta et porrecta.* Ξ KT. Figura humana humero alato, infar Tritonis in pisces definens. AR. I. (Minervino del monte Volt. tab. V.)

*Caput muliebre.* Ξ KVMAION. (*scriptura solita, vel retrograda.*) Concha, superne ovis, serpens, pagurus, caput barbatum, granum hordei etc. in uno musci Caesarei additur K. AR. IL (Mus. Caef.) *Ganer marinus adversus.* Ξ KVMAION. Typus, ut in praecedente. AR. IL (Mus. Caef.)

Plerisque visum, capite muliebri in his numis effectam famigeratam Sibyllam Cumaram civem. Verius opinor sisti Parthenopen Sirenem, ut fuisus probare adnitar in sequente Neapoli. Conchae, cancri, Tritonis explicatus ambiguus, nisi forte haec urbem maritimam notant, et quod teste Plinio Campaniae ora conchis abundat. Additum K in numero altero exemplandum forte Καρκανας, ut distinguatur ab altera cognomine Aeolidis.

AR. R.

*Concordia* Cumas inter et Literrum.

ΜΥΔΗΛΕΜΑ Caput Apollinis laur. Ξ Taurus cum capite humano volante supra Victoria. AE. III. (Pellerin, Mus. Caef.)

Memorantur in hoc numero conjunctæ duae urbes Cumae et Literrum Osce inscriptæ, haud dubie ad indicandam concordiam. Revera Literrum Cumis vicinum erat. Si Hancarvillum audimus, hic numerus signatus est sub ipsa tempora Trojana, quem alibi late refutavi <sup>k)</sup>, et de quo separatim agam infra post enarratos Campaniae numos. Cimelium istud praeclarè confirmat, quod de Cumis refert Vellejus <sup>l)</sup>: *Cumanos Osca mutavit vicinia,*

i) Num. illutr.

k) Num. vet. p. 26.

l) L. I. c. 4.

persuadet etiam, scribendum esse *Literum*, non *Linternum*, quod hactenus du-

bium visum.

*Æ. RRR.*

### HERCVLANEVVM.

Vrbs fato suo cognita. Huic Gorius largitur numum: *Caput nudum, pone ca-*  
*ducus. Ξ ΛΥΔΗ Eques pileatus cita-*  
*to curfu d. ramum. Æ. »).* Cum Gorio sen-  
 tiunt Marcellus Venuti <sup>a)</sup>, Guarnaccius <sup>b)</sup>,  
 Amadutius <sup>c)</sup>. Forte minus abetravero,  
 si esse unum ex barbaris Hispánicis adser-  
 ram, quorum est simillimus spectata fa-  
 brica et typis.

### LITERNVM.

Nulla re magis, quam voluntario  
 Africani senioris secessu et morte conspi-  
 cua. Numus concordiae cum Cumis vide  
 paullo altius in *Cumis*.

### NEAPOLIS.

Vetere nomine *Parthenope* a sepulta  
 hic Sirene ejusdem nominis <sup>d)</sup>. Conditam  
 fuisse a Chalcidensibus, qui Cumis conse-  
 dere, testantur Vellejus, Plinius, Livius,  
 Marcius Heracleota, quorum testimo-  
 nia vide apud Cellarium. Numis pre-  
 omnibus Campaniae urbibus abundat.

*Epigraphæ: NEOPOLITΩΝ ex lege*  
*ordinaria, at non raro idem urbis gentile*  
*in recto, et unitatis numero: ΝΕΟΠΟ-*  
*ΛΙΤΗΣ, perinde ac ΚΑΤΑΩΝΙΑΤΑΣ,*  
*ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΣ, et similia. Singularem*  
*epigraphen habet sequens:*

*Caput muliebre adversum diadematum*  
*pannis crinibus. Ξ ΝΕΟΠΟΛΙΤΑΣ. (bu-*

*strophedon.) Taurus-cum capite humano.*

AR. II.

Numus hunc ex museo Caesareo olim  
 edidi <sup>e)</sup>: Is reliquos omnes hujus urbis nu-  
 mos antiquitate praefat. Mirum praete-  
 rea in colonia Chalcidica nomen urbis  
 Dorice in ΤΑΣ exiens, cum illud in reli-  
 quis omnibus in ΤΗΣ definat.

*Caput muliebre diadematum, rarius*  
*inter tres quatuorvis pisticulos, retro elo-*  
*phas, botrus, tibialis, signum Palladis etc.*  
*infra APT. ΕΤΖ. ΤΑΡ. etc. aut plenius*  
*ΔΙΟΦΑΝΟΤΣ etc. Ξ ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ.*  
*vel ΝΕΟΠΟΛΙΤΗΣ. Taurus cuti facie-*  
*humana coronatur a supervolante Victoria,*  
*infra ΙΣ. ΕΠΙ. ΟΤΙΑ. ΣΩ. etc. AR. II.*

Numi hi sunt obvii, et operis elegan-  
 tissimi. Caput antice Begetus, allique  
 esse Dianaë confidenter adserueré, quo  
 istud jure, enimvero ignoro. Cultus capi-  
 tis ac diadema Dianam certe non pro-  
 bant, et absunt pharetra et arcus ejus  
 certa attributa, quibus tamen illam in ae-  
 neis ejusdem urbis instructam videntur.  
 Quod in nonnullis infra scriptum reperi-  
 tur APT., istud nequaquam APTεριδα  
 probat, nam pro hoc in aliis legitur ΕΤΖ.  
 ΤΑΡ. etc. ut diximus, totum vero APTΕ-  
 ΜΙΣ infra simile caput scriptum non nisi  
 in numis Goltzianis reperio, quorum simi-  
 lem si quis alter idoneus auctor vere ex-  
 stare professus fuerit, nequaquam pergam  
 negare Dianam. Quare omessa Goltzii  
 auctoritate licitum mihi puto alium ten-  
 tare hujus capitis explicatum. Esse illud

<sup>a)</sup> Symb. lit. T. I. p. 11. <sup>b)</sup> Descriz. delle prime scop. d'Ercolano p. 24.

<sup>c)</sup> Orig. Ital. T. II. p. 221. <sup>d)</sup> p) in Passerii vale. Etr. T. III. p. LXXXVI.

<sup>e)</sup> Plinius, Strabo. <sup>f)</sup> Sylloge I. p. 1.

**Sicenis Parthenopes**, mihi plane persuaderem. Sirenes quidem inferne deformes, in volucrum nempe crura desinentes, fixit antiquitas, ac talis revera fingitur in numero Petronii Turpiliani, at non negavit formam superne decoram, quae virginem deceat, ut sane Parthenope a *virginea voce* nomen abstulit <sup>1)</sup>. Hanc Parthenopen non ignobile monetae argumentum suffecisse, non tam eo colligi potest, quod teste Strabone ejus Neapoli monumentum ostendebatur, quam quod urbs ipsa ab hac Sirene vetus suum nomen traxit, ut diserte testantur Virgilius, Plinius, aliquique, et quae causa fuit, cur Petronio Arbitro diceretur *Sirenum domus* <sup>2)</sup>. Praeclare huc servit, quod ex Timaeo refert Tzetzes <sup>3)</sup>: Diotimum Atheniensium navarchum Neapolin appulsum ex oraculi monitu sacrificasse Parthenope, et in ejus honorem celebrasse cursum lampadum, quod certamen deinceps annum magis promoverunt Neapolitae, ut eodem Lycophronis loco videre est. An ergo Parthenope non fuit dignus numorum typus, quando urbs ei ipsi suam debuit appellationem, ejus sepulcro gloriabatur, et insuper annuos ei ludos peregit, quamque praeterea Lycophron *σινον θευ*, *volucrem deam*, templo, libationibus, boum sacrificiis in hoc tractu honoratam refert <sup>4)</sup>? At cur potissimum credam esse Sirenis caput, movet me concordia numorum Terinae Brutiae. In his caput muliebre adeo omniciu[m] simile est illi, quod Neapolitani exhibent, ut dubitari non possit, utrumque

ad idem, aut certe ad fine argumentum referendum esse. At constat etiam apud Terinam alterius Sirenis Ligeae sepulcrum fuisse, quam mari haustam, et hue delatam nautae in litore sepelivere, ut docent Lycophron <sup>5)</sup>, Solinus <sup>6)</sup>, et Stephanus <sup>7)</sup>. Quis igitur ambigat, cum utriusque urbis capita ad omnem apicem conspirent, utramque veteres suas heroicas numis inseruisse?

Non repugnabo, si quis volet eamdem Parthenopen ad ipsos etiam Cumaeos et Nolanos extendere, in quorum moneta simile caput muliebre diadematum habetur, et si norim, plerosque in Cumarum numis Sibyllam videre. Certum est ex Lycophrone <sup>8)</sup>, Parthenopen ex Sicilia ejectam benigne fuisse acceptam ab iis, qui Glanin seu Clanium fluvium adcolebant, inter quos fuere et Cumaei, et templo sacrificiisque cultam, et ipse commentator Tzetzes ad hunc versum subjicit: Γλανς ποταμός Ιταλίας καὶ Κύρης, *Glanis fluvius Italiae et Cumarum*. Quin et diserte memorat Philargyrius <sup>9)</sup>, Cumaeos sacra Parthenopes magna religione suscepisse. Verisimile igitur, feminae hujus cultum apud Cumas ortum, propagatum deinde in harum coloniam Neapolin, et haud dubie etiam Nolan, quae secundum plerosque consanguinea cum Cumis fuit. Atque horum deinde exemplum Terina eodem fuerit typo usq[ue], sed quod Sirenem suam Ligeam significarent:

De tauro partis averiae, qui obvius est in Neapolitanorum moneta, agetur

s) Tzetz. ad Lycophr. v. 722.

t) Sat. c. 5.

u) ad Lycophr. v. 732.

x) v. 718. seq.

y) v. 726. seq.

z) Cap. 8.

a) sub *Terina*.

b) v. 717.

c) ad Virg. Georg. IV. 364.

(Vol. I.)

## C A M P A N I A.

post numos Campaniae dissertatione singulari.

Haec de argenteis, neque minore numero supersunt aenei, at nullo insigniore typo.

*Caput Apollinis. Σ ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ. Taurus cum facie humana, vel totus, vel dimidius. In aliis: Lyra inclinata, et cornu. ΑΕ. III.*

*Caput Apollinis. Σ ΡΩΜΑΙΩΝ. Bos dimidius cum facie humana, cui insertum astrum. ΑΕ. III. (Pellerin Suppl. II. p. 23.)*

De numo hoc absque dubio Neapolitano vide, quae differam in moneta Romanorum consulari Sect. I. cap. VI. § 3. Sane numus hic a praecedente nonnisi inscriptione differt.

*Caput Diana cum pharetra et arcu. Σ Cornucopiae. ΑΕ. III.*

Magistratus in Neapolis numis raro totus scriptus, saepe tantum primoribus literis indicatur. Quid literae fere in singulis per aream sparsae notent, incertum.

AR. et ΑΕ. C.

*N O L A.*

A prima Hannibalis clade et Augusti morte nobilis. Chalcidicam urbi originem tribuunt Justinus<sup>d</sup>, et Silius<sup>e</sup>. Alii aliam adstruunt.

*Caput muliebre diadematum. Σ ΝΩΛΑΙΩΝ. Taurus cum facie humana volante supra Victoria. AR. III. (Mus. Caef.)*

Numi hi tam fabrica, quam typo

Neapolitanis omnino sunt similes, ex quo utriusque urbis viciniam et concordiam intelligimus. Alioqui utrique urbi unum idemque fuisse genus in Neapoli diximus, quo loco et adserere tentavimus, capite anticae exhiberi Parthenopen Sirenem.

*ΝΟΛΑΙΩΝ. Caput Apollinis. Σ Idem aversae typus. ΑΕ. III. (Pembroke.)*

Etiam hic numus ex genio monetae Neapolitanae. Sed dubium injicit epigraphe ΝΟΑΑΙΩΝ pro ΝΩΛΑΙΩΝ. Graeci scripsere ΝΩΛΑ, et produxit primam syllabam Silius<sup>f</sup>, et Virgilii teste Gellio<sup>g</sup>, cum primum scriptit: *vicina Vesuvio Nola jugo*, sed ob aquam a Nolanis ruri suo negatam pro *Nola* reposuit *ora*.

AR. RRR. ΑΕ. RRRR.

*N V C E R I A.*

A veteribus tam Graecis, quam Latinis dicebatur *Alfaterna*, quo a tribus aliis, quae adhuc per Italianam memorantur, distingueretur, quod discriminum inservit etiam numis. Sunt hi inscripti cum Graece, tum Osce.

*Inscripti Graece:*

*Caput Apollinis. Σ ΝΟΤΚΡΙΝΩΝ. Equus stans, infra quem pentagonum. ΑΕ. III. (Mus. Caef.)*

*Caput virile imberbe, infra KPA. Σ ΝΟΤΚΡΙΝΩΝ. Fulmen. ΑΕ. III. (Mus. Caef.)*

*Caput juvenile diadematum. Σ ΝΟΤΚΡΙΝΩΝ. ΓΑΤΡΩΝ. Aquila stans. ΑΕ. III. (Mus. Caef. Pellerin.)*

Praeclarus hic numus urbis situm ad montem Gaurum eloquitur. Et urbem, et montem conjungit quoque Silius<sup>h</sup>:

d) L. XX. c. I. e) L. XII. v. 161. f) l. c. g) L. VII. c. 20. h) L. VIII. 533.

*Ilic Nuceria, et Gaurus navalibus* duea ex voce *Alafaternum*, ut hos numeros contendenti facile patebit.

**E. R.**

*Inscripti Ofce* multo illustiores:

N8N<sup>U</sup>N<sup>M</sup>V<sup>I</sup>D<sup>K</sup>V<sup>H</sup>  
MV<sup>H</sup>D<sup>E</sup>T Caput juvenile diadema-  
tum cum cornu arietino. X. *Dioscurorum*  
unus nudus stans d. equum freno retinet,  
*s. hastam, in imo: 4 ADNZHE* AR. II.  
(Mus. M. Ducis.)

N8N<sup>U</sup>N<sup>M</sup>V<sup>I</sup>D<sup>K</sup>V<sup>H</sup>  
MV<sup>H</sup>D<sup>E</sup>T (literis punctatis ceu in Sy-  
riacis.) Caput idem. X. *Eadem aversa, sed*  
*sine epigrapha.* AR. II. (Ibid.)

N8N<sup>U</sup>N<sup>M</sup>V<sup>I</sup>D<sup>K</sup>V<sup>H</sup>  
(sic, omisso nempe H, et scripto KΔI pro  
IΔK) Caput idem. X. *Eadem aversa.* AR.  
II. (Mus. Neumann.)

Illustres hos numos ex ipsis archetypis descripsi. In hos prolixo olim sum commentatus i) citatis iis, qui numos similes jam viderunt, et explicuerunt. Sepnsus inscriptionis Oscae est: *Nuferinum Alafaternum.* Sic et Nola dicitur NVFLA in epigrammate Osco k).

Fuere, qui caput anticae Alexandrum Macedonem putarent. Verum cum minus verisimile videretur, exteri regis caput monetae Italicae illatum, probare in citato opere conatus sum, esse effigiem Bacchi, cuius attributa propria sunt cornua et diadema. Brevitatis causa commemorandis argumentis abstineo, quae inde peti possunt. Cl. Dutens in numo simili caput *Mamerici* Siciliae tyranni vidit l). Verum literae praetensae MAM., quibus maxime nititur, sunt excelsis reliquis rehi-

Caput Apollinis laurea cinctum. X.  
T<sup>N</sup>N<sup>U</sup>N<sup>M</sup>V<sup>I</sup>D<sup>K</sup>V<sup>H</sup>  
MV<sup>H</sup> Canis terrae inhians. E. III. (Pel-  
lerin, Mus. Caef.)

N8N<sup>U</sup>N<sup>M</sup>V<sup>I</sup>D<sup>K</sup>V<sup>H</sup> Caput incertum. X.  
AVH<sup>L</sup>L<sup>H</sup> Dioisci equites. E. (Mus.  
Ets. tab. 197.)

De harum valore literarum, et forma agam post numos Campaniae.

AR. et E. RRR.

Mazzolenus in commentariis in numos max. mod. musei Pisani pag. 60. numerum cum capite M. Aurelii inscriptum: NOTKHPHNΩN huic Nuceriae tribuit. Miror, virum eruditum, cum nos de numismatico hoc prodigo edoceret, non fuisse praeformatum, quod maxime oportuerat, numum non modo esse fidei certae, verum etiam integerrimum, et epigraphen luculentam. Nobis sane nihil constat de numo cum Augusti capite, praesertim Aurelii aetate, in Italia continente signato, et adhaeremus praeterea ad inscriptionem manifesto fallam NOTKHPHNΩN, quae secundum veterum testimonia esse debet NOTKPINΩN, vel NOTKEPINΩN. Non dubitemus adfirmare, legendum esse ΘTATEIPHNΩN. Thyatira Lydiae copiosos max. mod. numos signavit.

### P V T E O L I.

Horum numi ΠΤΤΕΟΔΙΤΩΝ uni Goltzio viii.

i) Num. vet. p. 22. k) Lanzi Saggio T. II. p. 612. l) Explic. p. 1.

*STABIAE.*

Huic urbi sequentem numam tribuendum puto:

*Caput juvenile laur. ΣΤΑ. Taurus dimidiatus cum facie humana. AR.*

Eum edidit Princeps Turris Muciae, et Segestae Siciliae tribuit <sup>a)</sup>). Judicium istud verum esse nequit, nisi statuatur praeterea, ex eas vetustate literas priores ΕΓΕ. Verum cum adserat, literas ΣΤΑ. esse nitidissimas, vix credibile est, non superesse saltem aliqua extritae scripturae rudera. Ad haec nullum ipse alium Segestae numum typo semibovis potuit proferre, unde apparet, eum in hujus urbis moneta cubile nunquam nactum. Verisimile igitur, numum Stabiis Campaniae restituendum, in cuius regionis numis hic typus obvius.

Non tamen aequo induci possum ut credam, hoc pertinere numum inscriptum ΣΤΑΘΙ, quem vulgavit Pellerinus <sup>a)</sup>, et si neque ipse huic conjecturae multum tribuat. Cum adserat, sibi id genus nummos Neapoli adlatos, malebam, similem alium musei Caesarei inter incertos M. Graeciae collocare.

*De numo Getae STA. BOV., quem aliqui debili conjectura huc revocant, agam in moneta Getae commatis peregrini.*

*AR. RRRR.*

*SVESSA.*

*Dicta Auruncorum, nam altera Volsorum Pometiae cognomen habuit, cui*

alteri Harduius numos Suesiae nomine inscriptos censuit tribuendos; verum typi et fabrica, qui sunt ex genio urbi Campaniae, priorem malunt.

*Caput Apollinis, retro triquetra, vel ala. Σ SVESSANO. Vir nudus eques s. ridum pendentibus taenias, d. alium equum dicit. AR. II. (Mus. Cael.)*

*Caput Apollinis. Σ SVESSANO. Taurus cum facie humana volante supra Victoria. AR. III. (Mus. Cael.)*

Prior propter additam triquetram, extra Siciliam rarius cognitam, insignis, de quo vide infra prelegomena ad numos Siculos.

*Caput Palladis, pone clava. Σ SVESSANO. Gallus stans, retro astrum. AE. III. (Mus. Cael.)*

Idem utrinque typus est in numis Aquini, et Teani, si clavam demas. Eum explicui in moneta Aquini. Clavae causam attuli in numis Aeserniae Samnii.

*TIROROM. et TIROROVVM. (Mus. Cael.) ΤΙΚΕΟVM. Pellerin.) ARBOVM. (Pembroke F. H. tab. 28.) ΑΛΟΣΤΑΣ. (Hunter.) Caput Mercurii. Σ SVESSANQ. Hercules loonum suffocans. AE. III.*

Peregrina haec vocabula esse Osca, et nomina ipsius Mercurii, verisimile videri posset ex numis Aeserniae, in quibus perinde juxta Vulcani caput scriptum VOLKANOM legitur. Et vero deorum nomina non fuisse semper ex communis Graecorum more enunciata, sed valuisse saepe appellations domesticas, videbi-

<sup>a)</sup> Sicil. num. tab. LXII. n. 16.      <sup>a)</sup> Rec. I. p. 71.

mus ex numis Thyatirae Lydiae, et Hierapolis Phrygiae, in quibus Diana BOPEI-THNH, et Sol ΛΑΙPBHNOC appellantur. Similia peregrinitatis exempla suppeditant monumenta Etrusca; nam in his Bacchus dicitur TINIA, Mercurius PVR-MI <sup>o</sup>), Juppiter TINA, Vulcanus SE-THLN<sup>M</sup> <sup>p</sup>). Atque his ego motus causis olim conjecteram, haec nomina revera esse Mercurii illi a Suestanis indita. At occurrebat serius, siue verisimile, uniusdemque deo ab una eademque urbe eodem tempore tam varias, tamque dissimilares appellationes fuisse datas? Denique sententiam mutare coegerunt numorum Beneventi iconismi nunquam mihi antea conspecti, in quorum aversa circum equum currentem scriptam reperi ad finem vocem ΠΡΟΓΠΟΜ forte ex numis male exceptam, et secundum numos Suestanos rectius scribendam ΠΡΟΡΟΜ. Vocabulum istud in Beneventi moneta indicare magistratum, ac praeterea, quoniam equum ambit, nullo pacto ad Mercurium pertinere, dubitari nequit. Quare facile adducor ut credam, το ΠΡΟΡΟΜ in Suestae quoque numis esse nomen magistratus, et quod sequitur, etiam ΠΙΚΕΟVM et ARBOVM, atque istud tanto pronius, quoniam ex vetere nostra lege vocabula, quae in iisdem numis variant, magistratus nomina sunt putanda.

\* \* \* \* \*

Memorabile est, vocem SVESA videri inculsam in aversa aenei Neapolitani

obvii, in quo hinc caput Apollinis, inde bos cum facie humana <sup>q</sup>).

AR. RR. AE. R.

### TEANVM.

Appellatum Sidicinum, nam fuit alterum Appulum, sed numi ad Sidicinum pertinent suadentibus typis, et ipsa, ut videbimus, Sidicinorum mentione.

Numi existant inscripti Latine, et Osce.

Inscripti Latine.

Caput Palladis. X TIANO. Gallus stans, retro astrum. AE. III.

Vide, quae de hoc typo ad similem Aquini Latii numum advertimus.

AE. R.

Inscripti Osce:

Caput Herculis juvoniis leonis exuviae tectum. X ΑΥΗΝΤ vel: - ΗΝΕΤ Victoria in citis trigis. AR. II. (Mus. Vitzai, Dutens Explic. p. 22.)

Numus eximi laboris a me olim editus <sup>r</sup>). Observandum in eo elementum secundum, quod unum in solita urbis epigraphe variat. Similis editus est in museo Pembroke <sup>s</sup>), sed ibi Punicus putatur.

ΑΥΗΝΤ Caput Apollinis. X Taurus cum facie humana a volante Victoria coronatur. AE. III. (Pellerin, Mus. Caef.)

Alius similis, sed infra taurum: — ΒΗΝΤ. (Mazochi Saggi di Cort. T. III. p. 1.)

Diximus variare solam literam secundam. In tertio numo habemus certum A, in numo loci I. certum E, et in altero ejusdem loci elementum η habere valorem

<sup>o</sup>) Mus. Etr. T. I. p. XIII. <sup>p</sup>) Ibid. tab. CXX. <sup>q</sup>) Ignarra de Pal. Neap. p. 259.

<sup>r</sup>) Num. vel. p. 21. <sup>s</sup>) Part. II. tab. 88.

## C A M P A N I A.

ts I, docebo aliis exemplis infra in amadversionibus ad literas Oscaſ, et addicit inscriptio Latina TIANO. At dubium omnino est elementum  $\Delta$  in numo secundo. Num secundo similem editum jam video in iconismis Geſneri tab. XLVII, n. 33. ex muſeo Pſau, at cum auctori nondum ſatis eſſent cognitae literae Olcae, pro **RVNAT** legit **ΣTNNAT.**, numumque cum moneta Neapolitana miſcuit. Venia detur hinc aetati, cui nondum tam liberalis rei numismaticae lux adfulſit. Verum an credibile, viro praefantifimo Ignarraq, tam copioſe eruditio, atque in ipſo antiquitatis Olcae umbilico conſtituto ſic potuiffe illudi, ut in ejus unius nummi explicatu ter graviflime offendereſet? ac I. et ipſe Neapolitanum eſſe numum adſereret, cujuſ ſimilem pridem Pellerinius, ac multo ante Mazochius Teano tribuerunt, II. caput, quod in hoc et ſimilibus aliis Neopolia numis comparet, nequaquam eſſe Apollinis, cujuſ revera eſt, ſed Antinoi, et praetensam Geſneri vocem **ΣTNNAT.** in **ΣTNNAOT** mutandam, quia Antinous in pluribus veterum monumentis Συναρη dicitur, III. inde patere, Neapolitanos adhuc ſub Hadriano ſuam habuisse officinam monetalem <sup>1)</sup>, quod eſſet phaenomenon numismaticum ex maxime mirabilibus unum.

## INCERTI CAMPANIAE.

*Caput Apollinis laur. X IDNO. Bos cum facie humana. A. III. (Ignarra Pal. Neap. p. 256.) In alio: IDN $\otimes$ . (Muſ. Princ. Waldeck.) In alio cum elegante*

vernice viridi: IDNOI $\exists$  (Muſ. Caſ. et editus in mea Sylloge I. p. 2.)

Cl. Ignarra primus, quod norim, ſimilium numorum praeco, in ſuo, aliis-

1) de Pal. Neap. p. 260. n) L. V. p. m. 362.

**RVNAT** Caput Apollinis laur. X ΣΙΔΙΚΙΝ. *Bos cum facie humana, ſuperne lyra. A. III. (Ignarra de Pal. Neap. p. 267. ex muſeo ducis Nojae.)*

Res omnino mira numus bilinguis nulla urgente cauſa. Nam cum urbs ſcribitur Olce, cur alieno idiomate exaranda fuit regio *Sidicinorum*, in qua urbs ſita? Augetur dubium, quod in numo ſimi- li apud Hunterum exaratum lego ΣΙΚΙ- KIN., et quidem literis diſtortis. Quod ſi vere in his numis legitur ΣΙΔΙΚΙΝ., praecipue confirmantur verba Strabonis <sup>2)</sup>: *Teanum Sidicinum ipſo cognomento oftendit ſe ad Sidicinos pertinere, qui ſunt Oſci, gens Campanorum ſuperſteſe.* En in hoc numo et mentionem Sidicinorum, et quia hi Oſci, epigraphen Oſcam.

AR. RRR. A. RR.

## VENAFRVM.

Vulturno fluvio adſita.

*Caput Palladiſ. X FEINAF. Gallus, pone aſtrum. A. III. (Muſ. Hunter.)*

Hunc numum commode huic refert Combius, nam et literae ſeſe nomini urbis non gravaſe accommodant, et numus ipſe ejus eſt naturae, cujuſ, ut vidimus, ſunt copioſi alii per eam viciniam urbium numi.

A. RRRR.

que, quos se vidisse profitetur, legit ID-  
NO, quam vocem resolvit in *Irinus*, ut  
adeo urbs dicta sit *Iria*, vel *Irium*. Verum  
cum agitur, ubi gentium sita, nihil adferre  
potest praeter conjecturas, quae eo deni-  
que recidunt, ut *yerisimile* putet, quo-  
niam ejusdem prorsus fabricae sunt cum  
Larinatium Frentanorum numis, in iis-  
dem eam Frentanis stetisse. (l. c.) Ego quid  
de his statuendum sit, plane me ignotare  
profiteor, et credo, novam difficultatem  
objici inscriptione numi postremi, quem  
nuper museo Caesareo intuli. Quidquid  
erit, numus absque dubio Campaniae  
cuiquam urbi debetur, nam caput Apolli-  
nis eodem omnino cultu est in numis Nea-  
polis, et semibos perpetuus in hujus ur-  
bium moneta typus. Adverte, in his nu-  
mis elementum O tribus variis modis ex-

aratum, primum ut O more i. ito, dein-  
de ut  $\otimes$ , qua forma singitur Θ in quo-  
dam Athenarum numo, hoc quidem non  
admodum vetusto, sed et in vetustissimo  
marmore Deliaco <sup>2)</sup>, et in marmore Hero-  
dis Attici, denique ut O, qui mos in Grae-  
cia M. vetus, nam sic fictum O video in  
antiquissimo numo Crotonis.

*Caput Mercurii. 3. ΙΔΤΝΞ*  
*Pegasus saliens, infra quem tripus. Ε. III.*  
(Khell Adpendic. II. tab. IV.)

Vocabuli hujus numo inscripti initium  
ambiguum. Vtrum, quod videri possit,  
Frentanis sit tribuendus, numus aliquan-  
do magis integer docebit. Fuit, qd hunc  
numum Peutris Samqii tribuendum puta-  
ret, ut in his *diximus*.

## D I S S E R T A T I O I.

### *De literis Etruscis, Samniticis, Oscis.*

Nequaquam in hoc actū nostras esse par-  
tes putamus, de harum origine lingua-  
rum, literarum genesi, quantum ex his  
captum ex alieno, additum de proprio  
ac nativo, quantum variis temporibus  
immutatum, et quid illud, et quando,  
aut quarum accessione coloniarum, et  
quae sunt hujus naturae alia, disputare.  
Satis istud, ac sine dubio plus quam satis,  
discussum ab eruditorum agmine justis  
voluminibus, ex quibus, quae lobrie, ad-  
curate, ac quadam veri specie dictata sunt,  
sic grato animo accipimus, ut jure etiam

nostre stomachemur; quae plurima verbo-  
se, inconsulto, violenter, saepe nulla le-  
gentium, quibus haec scribuntur, vere-  
cundia obruduntur, sive ut ex antiquita-  
tis honore aliquid patriæ gloriae acede-  
ret, sive ut ex veterum scriptis, sed secum  
ipsis plerisque discordibus, aliquid re-  
pertum singulare et inauditum videretur.  
Quod unum certo adfirmari potest, et ve-  
terum etiam testimoniosis, atque ipsa, ex-  
perientia comprobatur, est, linguam po-  
pulorum, qui Italiā medianā vetustissi-  
mo aevo incoluere, a Graecorum lingua

2) Montfaucon. Palaeogr. p. 121. 122.

huc varia aetate commigrantium non modo fuisse supplementis auctam, sed multum etiam propter frequens cum his commercium vitiatam, atque idem evenisse linguae Graecorum hinc profectorum, propter eandem causam sive auctae, sive corruptae. Alphabetum in has oras ex Graecia iniectum quis negaverit? An vero mirabimur, post tantum aevi, quod confitentes eodem nequit, mutatam literayum et formam, et potentiam, et numerum, quando ipsos etiam Graecos domi multa in his innovasse constat? Tamen non sic a forma literarum Graecarum est dicessum, ut nos pleraeque aut eosdem ductas, aut saltē ad fines retinerent, vix aliquae planē disperarent saltē ab antiquissima literarum Graecarum forma, paucis additis alphabeto Graeco ignotis. Plus ad similitatis inter ipsa horum populum alphabeta, ut propter viciniam, observatur, Etruscarum forma literarum, ut communis fert opinio, propter Etruscorum veterem potentiam per vicinas servientesque regiones propagata. Tamen Latinos alphabetum, ut illud a Graecis antiquitus acceperant, integrum illae sumque conservasse, argumento est oraculum Plini ipsi etiam vetustissimis Graecorum monumentis confirmatum, adserentis, veteres Graecas literas suisse easdem paene, quae nunc Latinae <sup>1)</sup>.

In praesentia de Etruscorum, Samnitiorum, Oscorum literis cum agere instituimus, excludimus monumenta alia omnia, quae barum gentium vocabula literasque continent, solumque consideramus clemen-

ta, quae numi hactenus cogniti offerunt, et quidem certae fidei, quos vel ipse ante oculos habui, aut testes idonei descripsere. Neque dubitavi conjungere trium variarum gentium nummos, quoniam varia aetate inter se permixtæ suam quoque secum linguam, et literarum formam in parte communicavere, quo de argumento latius olim egi <sup>2)</sup>.

Quae urbes nummos suos Etruscae inscriperint, diximus in prolegomenis ad nummos Etruriae. Alphabetum Samniticum ab Osci non differt, neque distinximus hoc loco inter literas Samniticas et Oscas, nisi numi Samnitici certam classem ab omnibus nunc antiquariis receptam efficerent. Etruscorum et Samnitum res ex histeria, ac praeccipue Romana, abunde cognitae. De Oscis haec Strabo <sup>3)</sup>: post hos (Ausones) Osci, qui ipsi quoque Campaniae partem obtinuere. Habuisse hos propria linguam Romanis in fabulas volupem, in vulgus notum. Oscorum alphabetum ex celebri marmore Abellano collectum habes apud Passerium <sup>4)</sup>.

Oscæ nummos inscriperunt Campaniae urbes Acerræ, Calatia, Capua, Cumæ cum Litterno, Nuceria, Teanum, extra Campaniam Acherontia Apuliae. Habeimus praeterea nonnullas Campaniae urbes in moneta sua bilingues. Praeter linguam Oscam Graeca uiae sunt Capua, Cumæ, Nuceria inscripto KAMIANO, KTMAION, NOTKPINQN. Teanum in aliis numis habet TEANVR scriptum Oscæ, in aliis TIANO scriptum literis Latinis. Quæritur, sintne numi Osci antiquiores,

1) E. VII. § 5.8. 2) Num. ver. p. 25. 3) L. V. 2. 355. 4) Pict. Etrusc. in Vasc. T. III. p. LI.

**Graecis, an contra? Hancarvillius numos Cumaeorum, aliarumque vicinarum urbium Osce, sive Etrusce inscriptos, signatos adserit multo arte, quam lingua Graeca in Campaniam esset inventa. Ex quo effici, inquit, numos notos, qui Cumarum et Literni nomina literis Etruscis conjungunt, monumenta esse potentiae Etruscorum, et cudos eo tempore, quo hi in Campanos dominabantur, et probare, utramque urbem extitisse, antequam Euboeenses in Italiam appellerent. Haec vir eruditus<sup>c)</sup>. Euboeensium in hanc oram commigratio in tempora Trojana incidit, ut ipse ex Vellejo conficit. Sed enim multis conflictabitur difficultatibus, si probare institerit, quod probandum erat maxime, ea jam aetate monetae usum fuisse, atque etiam cum hoc probaverit, urgebit difficultas alia aequa gravis, sitne credibile, potuisse ad nostram usque aetatem durare aevi tam remoti monumenta. Denique ipsa numorum fabrica, quae in numis Graecis Capuae et Cumarum remotissimum aevum sapit, numis Oscis, ac praecipue Nuceriae et Teani per summam elegantiam Alexandri M. aevo dignam multo recentius palam testantibus, abunde docet, a lingua Graeca in Oscam deflexum, sive indigenae Osci urbes Graecas sibi paullatim subjecere, sive quod veteres coloni Graeci per longum cum Oscis usum patios mores ac linguam dedidicere, quod de Cumanis diserte tradit Vellejus<sup>d)</sup>: *Cumanos Oscam mutavit vicinia.* Quem locum si adcuratius expendisset vir**

summe doctus Ignarra, nequaquam docuisset<sup>e)</sup>, numos inscriptos ΣΙΣΤΥΨ esse antiquiores numis nomine Posidonias notatis, nam utrosque numos vario tempore apud hanc urbem signatos statuit, sic ut ea urbs, cum illam adhuc tenerent Tyrrheni, diceretur *Pistuvium*, deinde his a Sybaritis exactis Graece *Posidonia*. Eos appello, qui ex longo usu de numerorum varia antiquitate confidentius possunt arbitrari, ausurine sint argenteos hos numulos sive Etrusce, sive Osce inscriptos numis illis antiquissimis incusis, et nomine ΠΟΜ. id est: *Posidoniae*, insignibus praeferre? Guarnaccius, qui generatim quoque numos Etruscos Oscosque praestare Graecis aetate sanxit, comparato numero Herculanei inscripto Etrusce HRCVL cum Graecis ejusdem urbis inscriptis ΗΡΑΚΛΗΙΩΝ, illum his multo esse antiquiorem adseruit<sup>f)</sup>. Ut mittam, hunc suum numum Etruscum verisimilius non esse Herculanei, ut ad hanc Campaniae urbem proxime monuimus, istud certum, numos Graecos, quos laudat, inscriptos ΗΡΑΚΛΗΙΩΝ, ab omnibus insignioris notae antiquariis tribui Heracleae Lucaniae, saltem a nemine Herculaneo Campaniae. Nemo velim miretur, a viris his eruditis tanta nunciari rei numismaticae Etruscae prodigia, cum iidem adserere non dubitaverint, a lingua Etrusca formaliter primum Graecam, deinde et Latinam, artes omnes ab Etruria in Graeciam illatas, et quae sunt hujus generis portenta alia fidem superantia, quam po-

c) *Antiquit. de M. Hamilton T. I. p. 47.*

d) *L. I. c. 4.*

e) *de Pal. Ne. p. 264.*

f) *Orig. Ital. T. II. p. 225.*

(Vol. I.)

pularium suorum libidinem et conatus irritos erudite ac graviter perfrinxit Lanzius, quo nemo sanius incorruptiusque de Italorum veterum monumentis judicavit <sup>g)</sup>. Angustioribus ergo finibus similium chronologia. numorum est circumscribenda. De aetate numorum Etrusce inscriptorum jam egi in commentario de numis aeris gravis Italiae mediae numis praefixo, tum praecipue in prolegomenis ad numos Etruriae. Numos Osce inscriptos facile intra saeculum VI. et VII. urbis conditae concludemus cum propter summam in multis artis perfectionem, tum quia ex historia constat, numos Osce inscriptos, quos Samniticos appellamus, non ante annum V. C. 663., quo bellum sociale coepit, feriri potuisse.

His parce pro instituto meo paelibatis en tibi alphabetum tantum ex numis triplicis hujus classis haustum.

*A.*

**A** in Etruscis et Samniticis.

**N** in Samniticis et Oscis.

**D** in Oscis Nuceriae.

*B.*

**B** ordinarium, sed retrogradum in Samniticis. Forte et huc pertinet **J**, quod in F recepero; nam cum B ejusdem sit organi cum F et V consono, facile cum his potuit permutari.

*C.*

**G** in Samniticis. In aliis pro hoc vi-deo adhibitum K.

*D.*

Elementum hoc non reperi. Pro hoc Etruscos elementum T in numis et gemmis

ulos video. Sic scripsere TVTERE, TVTE, ATRESTHE, pro *Tuder*, *Tydeus*, *Adraustus*.

*E.*

**E** ordinarium in Etruscis et Oscis.

**Z** in Volaterranis Etruriae.

**Θ** in Tudertibus Etruriae.

**F** et **V** consonum.

**J** **F** **Θ** **8** **V** **Z**

Priores quinque forma admodum diversas eandem habuisse potentiam, ex Nuceriae Alfaternae numis colligimus, in quibus promiscue eo loco ponantur, quo sonus **rs** F vel V exigitur. Priores duae in Capuae quoque numis promiscue ultimam literam faciunt. Sunt hae literae digamma Aeolicum, natae ex *Vau* Phoenicum seu Hebraeorum.

Litera prior observatur quoque in numis Vetuloniae, et Igvvii, tum in inscriptione Graeca tabulae Heracleensis <sup>h)</sup>. Altera in numis et marmoribus antiquissimis Graecis, ut vulgo notum, pro **Φ** posita. De hujus literae fortuna retentae a Latinis, a Graecis ejectae, usurpatae tamen ad numerum senarium indicandum, vide, quae erudite disputat Mazochius <sup>i)</sup>.

Tertiam profero ex numo Nuceriae, quae non magnopere a quarta differt cognita ex numis Samniticis inscriptis *Saf-nim*, aliisque, qui *Viflus* inscribuntur, et nunc Posidoniae passim tribuuntur, ut in hac dicemus.

Quinta ad formam *Sin* Phoenicii proxime accedit. In numo Nuceriae valorem **rs** F habet, sed habere etiam potentiam **V** vocalis, infra in **V** videbimus. Litera

g) Saggio T. II. p. 31. seq. et alibi passim.

h) Mazochi p. 128. i) l. c.

non absimilis in notis numis aureis varii ponderis, et inscriptis ROMA ponitur juxta caput galeatum barbatum, et est nota arithmeticā, valens L, seu quinquaginta, quos producemus in tractatu de numis consularibus. In gemmis Etruscis, in quibus scriptum Achillis nomen, valet CH, seu X Graecorum.

## G.

T pro Γ in numo Murgantiae Samnii.

## H.

▢ in numo, quem inter Samniticos loco II. descripsi. In marmore Abellano habet potentiam rs H. (Pafferi Pict. Etrusc. in Vasc. T. III. p. LI.)

Lardinarium in Sampiticis, Etruscis, Oscis.

⊣ in numero Teani positum esse pro I, diximus in hujus numis.

⊣ in numis Samniticis pro I quoque positum. Etiam in monumentis Etruscis adhibitum pro I, patet ex tabula marmorea, quam post Paillerium edidit Correvonius<sup>b)</sup>. In numis, aliisque monumentis Lucaniae est nota aspiratae.

⊣ in numis Nuceriae.

## K.

K ordinarium in Etruscis et Oscis.

Ⓐ alias R retrogradum; at in numis Oscis Acerrarum Campaniae certum K.

## L.

✓ in omnium trium gentium numis. In nonnullis Samniticis singitur ut V.

## M.

₩ in Samniticis et Oscis.

## N.

₩ in singularum trium numis.

## O.

O solitum in Oscis.

○ vel ⊗ in numis incertis Campaniae. O prioris modi est etiam in numis Cauloniatarum et Crotoniatarum.

## P.

Π in Samniticis, et Oscis Capuae.

⊤ in Etruscis Populoniae et Peithae.

## R.

⊖ in Oscis et Samniticis.

Δ Δ in Etruscis Volaterrarum et Turdertis, item Oscis.

## S.

Ƨ in Samniticis.

## T.

T ordinarium in Samniticis, et Oscis.

† in Etruscis et Murgantii Samnii.

## V vocale.

Jam Gorius inter Etruscorum V vocale et consonum distinxit<sup>1)</sup>, idque confirmant numi Nuceriae, in quibus videsmus eo loco, quo vocalē V requiritur, semper poni V, et quo consonum, constanter literam aliquam ex iis, quas sub F dedimus.

V ordinarium in Etruscis et Samniticis.

V in voce Vitellii numi Samnitici litera postrema.

<sup>a)</sup> Lett. sur la decouv. d'Hercul. T. I. p. 174.

<sup>b)</sup> Diss. dell' alfabet. Tosca. p. 149.

*Literae incertae potentiae.*

A positum pro **A** vel **I**, in Samnitico Teani, ut in hujus moneta vidimus.

**Ψ** in numis, quos inter Samniticos loco II. dedi. Priorem literam reperunt eruditi inter Etruscas quoque. Sed

et Lanzius de ejus valore dubitat <sup>m)</sup>). Eadem comparet etiam in numis, qui *Vifluis* Osce inscribuntur, quos vide in Paefio Lucaniae, ubi videtur habere potentiam **τε Φ.**

## DISSERTATIO II.

*De terminacione in OM. NO. R.*

Aliquot anni elapsi sunt, ex quo istud mihi argumentum tractandum sumpsi occasione singularis numi quadrilateri inscripti ROMANOM, cuius picturam reverendissimus Stephanus Borgia, nunc S. R. E. Cardinalis, humanissime mecum communicavit <sup>n)</sup>. Argumentum illud cum ex hoc opere abesse non possit, necessarium visum, illud restitutum huc transferre, inventis paucis, quae aut addicem, aut omitterem, aut corrigerem.

Plura habemus exempla vocabulorum in OM exeuntium, in cuius insolentis terminacionis naturam utrum hactenus eruditorum quispiam contentiore studio inquisivere, ignoro, et si digna fuit causa, et prae sexcentis aliis dignior profecto, in quam inquireretur. Interea non ego is sum, qui sperem, in hujus causae examine vadum me reperturum, quod ipse aliis audeam praescribere.

Nomina in OM desinentia hactenus comperta partim sunt ἰδικα, seu *gentilia*, partim propria deorum, aut hominum.

*Gentilia in OM.*

ROMANOM in citato monumento  
Card. Borgia.

LADINOM in numo Larinatum Frentanorum, quem vide in horum moneta.

ΔΟΤΚΑΝΟΜ in numis Lucanorum.  
(Mus. Caef.)

ΡΗΓΙΝΟΜ in numo Rhegii Bruttiorum praeccone Scipione Maffeo. (Offerv. lett. T. V. p. 391.) At in simili Begeriano, legitur ΡΗΓΙΝΟΣ, ut saepe alias in Rhegiū numis.

VELESTROM, Veltrarum in Volscis, in tabula aenea Em. Cardinalis Borgia.

*Falsa sunt:*

ΜΑΚΕΔΩΝΟΜ in numis Arigonii, (Num. arb. tab. XIV.) sed cuius et ectypa et inscriptiones persaepe fallunt.

ΟΣΣΙΩΜ in numo, quem Paciavdus propter hanc ipsam epigraphen Ossam Macedoniae refert. (Anabadv. phil. p. 75.) Alibi docui, legendum verius ΣΙΩΜΟΣ, et esse nomen magistratus. (Num. vet. p. 157.)

<sup>m)</sup> Saggio T. I. p. 218. <sup>n)</sup> Sylloge I. p. 90.

**ΤΤΑΙΣΙΟΜ**, in **numo**, quēm edidit Liebeus, (Goth. num. p. 202.) at in similibus musei Caesarei, Medicei, Pellerinii **perpetuum ΤΤΑΙΣΙΟΝ**, sic ut videri possit aut vitio numi deceptus Liebei oculus, aut a lege aberrasse incāutus monetarius. Est Tylissi Cretae contra Liebeum, ut late probavi olim. (Num. vet. l. c.)

*Propria deorum, aut hominum in OM.*

**VOLKANOM** scriptum juxta caput Vulcani, in numis Aesernii Samnii.

**ALIXENTROM** (literis Etruscis et retrograde.) *Alexander Paris*, in paterna Etrusca. (Lanzi Saggio T. II. p. 219.)

**PROROM. PROROVM. ΠΗΚΕΟVM. ARBOVM.** scripta juxta caput Mercurii in numis Suestae Campaniae. (Mus. Caes. Pellerin, Pembrock.)

**PROPOM** scriptum supra equum currentem, in **numo** Beneventi Samnii.

In **numo** priore το VOLKANOM indicare ipsum Vulcanum, juxta cuius caput scribitur, suapte patet. At patet etiam vocabula PROROM etc. ad Mercurium non pertinere, et si hujus capitii adstituantur, quia non sibi constant, sed nimio variant. In **numo** simili musei Hunteriani ejusdem dei capitii adscribitur verbum Graecum ΑΛΟΣΓΑΣ. Ex quo apparēt, has voces aliud significare, et haud dubie magistratum esse appellations. Multo evidentius vox PROPOM, nisi forte et hic legendum PROROM, ad deum referri nequit, quia supra equum scribitur.

Ex universo horum vocabulorum catalogo apparet, terminationem in OM valuisse tantum per Samnium, Campa-

niam, et his five in ortum, five occasum adjacentes provincias. Ea urbibus proprie Graecis, et ab advenarum colluvie immunitibus ignota, ac jure quidem, nam elemento M lingua Græca postremum in dictione locum negavit. Enimvero invitis Musis Graecis Liebeus et Paciaudus, hic ut suum ΟΣΣΙΩΜ, ille ΤΤΑΙΣΙΟΜ tuerentur, ad lapides veteres confugint, quorum testimonio Graeci mutato N in M dixerat ΤΗΜΠΟΛΙΝ, ΤΩΜΗΡΑΓΜΑΤΩΝ. Non occurrebat viris eruditis pro prius exemplum ex numis ipsis, et quidem Seleuciae Syriae, in quibus legitur EM ΠΙΕΡΙΑΙ pro EN ΠΙΕΡΙΑΙ. Miror, potuisse utrumque virum præstantem argu mento, non dicam infirmo, sed ab hac causa peitus alieno inniti. Inter ΤΗΜΠΟΛΙΝ et ΤΤΑΙΣΙΟΜ dispar est ratio. Illic N in M mutatur propter sequens Π, quo modo et dixerat Graeci ἐμ — βανω, ἐμ — πορδς, ἐμ — φασις, ἐμ — ψυχω, pro ἐ — βανω etc. Commemorare oportuerat exempla, in quibus litera N sui penitus juris, ut in ΤΤΑΙΣΙΟΜ, nullo ex vicinia contagio in M abiret, sed qualia in omni antiquitate non reperiant. Ut adeo litera M necdum mendacii sit convicta, cum de se apud Ausonium jactat<sup>o</sup>:

*Vocibus in Grajis nunquam ultima conspicior M.*

Reperto natali solo, quod vocum extitum in OM parturivit, inquirendum etiam foret, a qua is lingua, aut dialecto, quae per eum tractum valuere, sit derivandus. At vero arbitrium istud plenum esse periculorum, facile intelliget, qui novit, in

<sup>o</sup>) Carm. 348.

nulla alia ora, magis diffonás fuisse lingua, jam primum indigenis, qui mediterranea tenuere, in varias dialectos, inter quas Osca illustrior, divisus, ora maritima, quam secundum omnia tria maria Graecorum fere coloni infondere, Graece loquente, utrisque sensim per mutuum ex vicino commercium, quod linguae nativum fuerat, corruptentibus. Accessere exterorum populorum invasiones, Etruscorum primum, deinde Romanorum, quorum utriusque relictis ibi praesidiis, aut deductis coloniis linguam suam invexere, ex qua adeo linguarum commixtione necesse fuit singularum quoque corruptelam consequi. Quod cum certissimum sit, cumque praeterea interierint monumenta, quae nos possenti naturam variarum per hunc tractum dialectorum edocere, necesse est etiam virum quemvis cordatum ad explicandas earum causas timide accedere, veritum, ne, quod Latino, Graecorum fonte cadere videtur, ex indigenarum lingua, sed nobis ignota, petendum sit. Novi multorum virorum, praetantum sane atque eruditorum facilitatem atque institutum, qui quascunque voces ignotas, aut earum flexiones ex alterius linguae sibi cognitae legibus amant explicare, qui, ut binis exemplis utar, tabulas Iuvinas Etruscas ex lingua Latina, aut Graeca, aut si superis placet, Celtica, marmora aut numos Phoenicios, Punicos, Numidicos, Hispanienses ex Hebraica confidenter interpretantur, parum solliciti, ut quantum indigenarum linguae tribuendum sit, anquirerent. At novi etiam, aliquo-

rum, quibus istud propositum fuit, sic cedisse operam, ut pleraque per jocum scripta videri possent, nisi ex eorum lucubrationibus, quam largiter iis sudatum, vigilaturque fuerit, eluceret.

Evidem si horum exemplo vellem terminationem in OM ex lingua Latina ducere, non deesset speciosus ejus tentandi modus. Dixere Latini passim *virum, numum, modium, divum, pro virorum, numorum, modiorum, divisorum*. O veteribus Latinis saepe pro V usurpatum, sic: *publicom, divos, pro publicum, divus* etc. ergo et dicere poterant *virom pro virum*, ut revera Ennius dixit: *pro divom fidem!* et analoge ROMANOM, ΔΟTKANOM, etc. pro *Romanorum, Lucanorum* etc. quae adeo in numis exarata essent eodem sensu, quo Graecorum TAPANTΙΩΝ etc. aut in Romanorum coloniis v. g. ΤΤΡΙΟΡVM. Heic si sisterem, neque ultra inquirerem, possem rem confectam putare. At vero cum hac lege quo pacto conciliabis vocem VOLKANOM? quae sane pro *Vulkanorum* posita esse nequit, cum indicet ipsum Vulcanum, propter cuius caput scribitur. Leviter conjicit Lanzius, το VOLKANOM esse epithetum, idque uniuersum cum inscriptione alterius faciei AISERNINO, unde formaretur *Aisernom Volcanom* <sup>p)</sup>). Verum cum mira hujus unionis nulla omnino causa appareat, malumus hoc viri praestantis judicium levem conjecturam, quod et ipse profiteatur, putare. Neque vero etiam huic legi ex lingua Latina petitae se adcommendant omnia urbium nomina. Sic in hac

<sup>p)</sup> Saggio P. II. p. 601.

**S**ententia *to* LARINOM effet pro LARI-NORVM, at gentile Larini non est *Larinus*, sed *Larinas*, *Larinatis*, *Larinatium*. Ex quo jam satis patet, causam vocabu-lorum in OM desinentium *ex* idiomatis Latini praeceptis repeti non posse.

At fuit in eodem hoc tractu *alia ad-huc terminatio*, et magis priore usitata, nempe in NO, cuius naturam cum ad idem argumentum pertineat, necesse vi-deo curatius expendi. En numorum quo-que hac lege inscriptorum catalogum:

AISERNINO. Aesernia Samnii.

AQVINO, Aquinum Latii.

ARIMNO, Ariminum Vmbriae.

CALENO, Calles Campaniae.

COZANO, Cosa Etruriae.

IDNO, urbs incerta Campaniae.

KAMPIANO, Campani.

MEΣΣANO, Messana Siciliae.

ΠΑΙΣΤΑΝΟ, Paestum Lucaniae.

RECINO, Rhegium Bruttiorum.

ROMANO.

SVESANO, Suesa Campaniae.

TIANO, Teanum Campaniae.

Plerosque antiquarios, cum inscriptio-nis ROMANO in copiosis numis obviae causam redderent, hoc video concordes, quod vocem ROMANO positam pro RO-MANOrum credidere, tum vero etiam, quod id genus numos omnes propter artis vere Graecae elegantiam signatos in Cam-pania et Sicilia censuere. Lubet dividere sententiam, nam quod ad alteram ejus judicii partem attinet, libenter mihi cum viris eruditis convenit, at non adridet prior. Video enim rursum, quod supra improbaveram, flexionem in NO, quae haud dubie Olca, aut certe *ex* lingua in-

digenarum ejus plagae fuit, ex Latinorum grammatica explicari. Enimvero si RO-MANO positum est pro ROMANOrum, ex analogiae regula sequetur etiam, pos-tum CALENO pro CALENORum, ΠAI-STANO pro ΠAISTANOrum etc. qui quidem modus non repugnaret, cum re-vera gentile Callium fuerit *Calenus*, Pae-sti *Paestanus* etc. Verum si is in his et similibus aliis addicit, at manifesto re-pugnat in aliis; nam tum AQVINO erit pro AQVINOrum, ARIMNO pro ARIM-NOrum, contra certum Latinorum usum, quibus gentile Aquini non fuit *Aquinus*, sed *Aquinas*, Arimni non *Ariminus*, sed *Ariminenfis*, unde *Aquinatum* et *Arimi-nensium* duceretur. Non repugnarem viris praestantibus, si inter tot varios, ac tam variarum urbium numos vel unus exis-te-ret, qui plenum ROMANORVM, CALE-NORVM etc. aut saltem ROMANOR, CALENOR, etc. exhiberet. Neque enim verisimile, urbes tot tamque diffitas velut lata lege, quam vel fingere absurdum fo-ret, sic conspirasse, ut aut nunquam vo-cem integrum monetae inscriberent, aut cum brevitatis causa contrahere eam lu-beret, postremo eam semper penultimae syllabae elemento O finirent. Novi, huic quoque difficultati provisum a Passerio advocate suppetias LARINOR in numis Larini, quod quid aliud, inquit, quam LARINORum significare potest? At enim, ut dixeram, in Latinorum lingua Larini gentile non fuit *Larinus*, sed *Larinas*; scribendum ergo foret *Larinatium*, aut adjectum istud R paragogicum est potius in hoc tractu usitatum, ut dicetur infra. Ex mente Cl. Dutens Angli vox ROMANO

fic ponitur, ut subintelligatur *populo*<sup>9)</sup>. Esto. Haec igitur formula erit votiva, qua Campani Sicqlive monetam suam obseruantiae causa Romanis dedicaverint. Sin istud, ergo dici debebit, SUESSANOS; CALENOS etc. numos suos SVESANO, CALENO *populo*, id est: sibi ipsis dedicasse.

Omissis ergo his eruditorum sententiis adducor, ut credam, voces similes aliud non esse, quam urbium gentilia, sed flexa in O pro natura linguae huic tractui familiaris, quiscunque is casus, seu rectus seu obliquus statuatur. Et quid vetat esse rectum, quando in eadem ora habemus inscriptos numis rectos ΝΕΟΠΟΛΙΤΗΣ, ΚΑΤΑΩΝΙΑΤΑΣ, ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΣ, et CALENO aequo rectus esse potest, atque *leno*, *caupo* etc. vicinae linguae Romanae? Domesticam hanc in O terminationem comprobat numus Metaponti inscriptus METABO. Teste Stephano et Eustathio (ad Dionys. v. 368.) τον Μεταπόντον δι βαρβαροι Μεταρον ελεγουν, *Metapontum barbari Metabon dixerunt*, nempe Metabum Privernatem Metaponti conditorem, de quo Virgilius<sup>10)</sup>. Ergo indigenae nomen urbis METABON captum a nomine conditoris secundum dialectum sibi propriam flexere in O, scripto, ut habeat numus, METABO.

Atque ut, unde aberravit, revertatur oratio, quod de terminatione in NO dixeram, simile existimo et de altera in OM posse praedicari, nimirum esse idiosismum linguae barbarae ejus tractus, et ex hujus genio forte exire casum rectum, sic ut ROMANOM aliud non sit, quam

Romanus, VOLKANOM idem, quod Vulcanus etc. et reipla ROMANOM idem sit, quod ROMANO, cui deinde per parogen adjicitur litera M. Etenim video, ejus plagae urbes alias exire in E, ut TVTERE, alias in I, ut IKVVINI, TIATI, alias in V, ut AKERV, atque harum non nullis per similem paragogen in fine adjectam literam aliam, sic R in LARINOR Larini, BENVENTOR, Beneventi, TEANVR, Teani, AKVRVNNIAR, Acherontiae, eodem modo, quo Latini vetusti verbis in vocalem exeuntibus adjecere D, ut POPLICOD, PREIVATOD, MACESTRATOD, pro publico, privato, magistratu etc. cujus generis exempla habes affatim in S. C. de Bacchanalibus, in columna rostrata, atque etiam apud Plautum. Alibi arbitriarum fuisse, utrum in fine aliquid adjiciatur, an non, utrum litera haec, an illa, docent VITELIV et VITELIVR in numis Samniticis, et in aliis Larini numis LARINOR, in aliis LARINOM. Eadem peste adflatos fuisse Lucanos, satis probat verbum ΔΟΤΚΑΝΟΜ, quod non modo barbare exit, sed et barbare incipit; nam probe Graece nunquam dictum est Λεκανια, sed Λευκανια. Quin et Tarentinis, prosapiae vere Graecae, viciniam fuisse fatalem, docent nomina barbara eorum monetae inscripta, ceu ΒΝΒΑΝΙΩ. ΑΡΕΦΩΜ. etc. Vocem in IM desinentem in Samnitum SAFINIM vidimus.

Ex his, quae disputavi, patet, me utramque terminationem in NO et OM ab Romanorum lingua alienam agnoscere.

9) Explie. de quelq. med. p. 54. 10) Aen. XI. 540.

Videmus enim, eas illatas numis, quos aut per inscripta urbium nomina esse peregrinos constat, aut quos, et si inscriptum ROMANO praferant, jam ipsi eruditii passim Campaniae aut Siciliae monetam agnoscunt, ut dicetur in tractatu de numis consularibus. Contra in numis, quos per pondus, typos, ponderis aut valoris notas absque dubio Romani esse commatis agnoscimus, quales sunt pervestuti alles, eorumque partes, tum denarii, quinarii, sextertii, nunquam sive ROMANO, sive ROMANOM, sed semper inscriptum ROMA reperimus. Neque vero similes vocabulorum flexiones in vetustis aliis linguae Latinae monumentis sese offerunt. Exstat quidem vox ROMANOM in columna rostrata, sed in accusandi casu unitatis numero, positumque pro RO-

MANVM ex indicata supra lege, cuius adeo modi esse nequit <sup>ro</sup> ROMANOM numo quadrilatero Borgiano inscriptum, et quod sequitur, est, nequaquam illud a me in monumentis operis Romani haberi, sed confectum a vicina gente Romanis obnoxia, et inscripto Romanorum nomine ex αυτοχθονω dialecto, eodem tenore, quo istud a vicinis aliis gentibus inscripto ROMANO factum dixi, atque in uno etiam, quem edidit Pellerinius <sup>s)</sup>, plane Graece ΡΩΜΑΙΩΝ, et si hunc causa typorum utriusque partis certe Neapolii Campaniae cusum constet.

Terminationes ΜΕΣΣΑΝΟ et ΠΕ CINO proprie huc non pertinent, quia sunt urbium plane Graecarum Rhegii et Messanae, de quibus agemus in singulorum moneta.

### D I S S E R T A T I O III.

*De t a u r o c u m f a c i e h u m a n a .*

Hujus formae monstrum late dominatum non est, in sola enim fere Campania et Sicilia adhaesit, nisi velis addere Acarnaniam, quae Acheloum eodem cultu proposuit. Tamen vel in exiguo hoc tractu ejus fuit conspicuum imperium palam istud docentibus utriusque regionis urbibus, quarum multae ejus imagine monetam suam insignivere, et in Campania quidem Campania ipsa, verius Capua, tum Calatia, Calles, Cumae et Liternum, Neapolis, Nola, Stabiae, Suesa, Teanum, quibus adde Aesernium, et

Murgentiam Samnii, Larinum Frentanorum, Laium, Posidoniam, et Sybarin Lucaniae, et Hyrium situs minus certi, in Sicilia Agyrium, Aluntium, Catana, Entella, Gelas, Himera, Megara, Selinus, Tauromenium, et forte Syracusae, si numo Parutiano fides. Sed plurimum huic monstru votae fuere Neapolis et Gelas. Inter haec cui non mirum videatur, hujus belluae, quam in his civitatibus fuisse illustrem tot praeconio numerorum tenemus, nullam a veteribus seu historicis, seu mythologis, seu poetis fieri

s) Suppl. II. p. 23.

(Vol. I.)

mentionem, qui tamen nobis Hippocentauros, Minotauros, Tritonas; Gigantes, Sphinges, Pegafos, Chimaeras, aliaque plurima formarum prodigia describere non neglexere. Ergo cum ab his nihil esset subsidii, suas ipsi vires ad solvendum hoc aenigma experti sunt antiquarii.

Qui primi veteres numos explicare aggressi sunt, Minotaurum confidenter dixerunt invitis scriptoribus omnibus et monumentis certis. Ex horum testimonio Minotaurus sic fuit naturae geminae, ut caput haberet tauri, cetera hominis. Ex his, Diodorus<sup>1)</sup>: τετον δε φασι δίφυη γέγονεναι, και τα μεν ἀντερα μερη των υπαρατος ἄλλη των ὡμων ἐχειν ταυρε, τα δε λοιπα ἀνθετες, huncvero (Minotaurum) naturae aijunt geminae fuisse, superiores quidem corporis partes ad usqua humeros habuisse tauri, reliqua hominis. Paucis Apollodorus<sup>2)</sup>: έτος είχε ταυρε προσωπον, τα δε λοιπα ἀδρες, habuit hic faciem tauri, cetera viri. His addit Tzetzem<sup>3)</sup>, Hyginum<sup>4)</sup>, Palaephatum<sup>5)</sup>. Praeclare cum scriptoribus conspirant monumenta, nam in his quoque Minotaurus ex bove in hominem desinens fingitur in elegante gemma musei Caesarei<sup>6)</sup>, in numis Athenarum<sup>7)</sup>, in Picturis Herculani<sup>8)</sup>, in vase fictili apud Winkelmannum<sup>9)</sup>, quibus in monumentis videre est ipsius Thesei cum Minotauro pugnam. Adde ejusdem argumenti gemmam, quam ex museo re-

gis Galliarum edidit Mariettus<sup>10)</sup>, et urnam marmoream Gorii<sup>11)</sup>, sed in quibus eruditus auctores exhiberi Herculem cum Acheloo luctantem perpetram adseruere, cum sit eadem Thesei et Minotaui fabula. Nimirum qui Theseus est, habitus illis Hercules propter additas leonis exuvias, et clavam. Sed enim Theseum voluisse Herculis esse per omnia imitatorum, tradit Plutarchus<sup>12)</sup>, et Aristides<sup>13)</sup>, et cum omni Herculis cultu proponitur in numis Commodi et Caracallae apud Nicæam signatis scripto juxta ipso Thesei nomine<sup>14)</sup>. Observo, non raro ab antiquariis luctam Thesei cum Minotauro ad alteram Herculis cum Acheloo inique fuisse translatam. Praeter exempla mox allata dedit alterum Josephus Allegranza in explicatione operis vetusti musivi, in quo fingitur elegans symplegma viri nudum figura altera nuda, eaque tota humana, dempto capite, quod tauri est. Juxta ex loco editiore puellae sex eventum pugnae spectant attonitae, humi offa corporum humanorum sparsa jacent. Hanc vir eruditus imaginem ad Herculis cum Acheloo certamen refert<sup>15)</sup>. Verum in hac omnes causae Thesei cum Minotauro pugnam eloquuntur, ac primum ipsa figura semibovis, qui, ut modo disputationis, certa est Minotaui effigies, deinde chorus puellarum, scilicet Atticorum, in Minotaui, quod inter omnes constat, coenam destinatus, denique offa

t) L. IV. c. 77. u) L. III. § 8. x) in Cassandr. v. 653. y) Fab. 40.

z) de Incredab. c. 2. a) Choix de pierr. grav. tab. XXXII. b) Pellerin. Rec. I. tab. 22.

c) Tom. I. tab. 5. d) Mon. ined. tav. 100. e) Tom. II. tab. 76. f) Mus. Etr. T. II. p. 244.

g) in Tief. h) Orat. T. I. p. 486. i) Vaillant. k) Opuscoli erud. p. 232.

per humum sparsa, nimirum ferales proximarum epularum reliquiae, quae quidem omnia utrum eadem evidenter fabulae Acheloi applicari possint, magnopere dubitem. Denique ne de Minotauri forma dubitari posset, consulatur numerus insignis Pellerinii <sup>1)</sup>, in cuius parte una singitur Minotaurus talis, qualem diximus, in altera ejus carcer labyrinthus. Ex quibus tot argumentis apparet, quae fit fides habenda gemmae, quae exhibit clausum in labyrintho Minotaurum superne hominem, inferne bovem, quam ex museo Stroziano edidit Gorius <sup>m)</sup>. Ergo biformis quadrupes in his, de quibus agimus numis Minotaurus non est, et suapte collabuntur omnia, quae de coloniis e Creta in Siciliam Campaniamque traductis, et nescio, quae alia operosius, quam verius commentati sunt eruditi. Non fugit hic numorum, et scriptorum diffensus Spanhemium <sup>n)</sup>, et Begerum <sup>o)</sup>, tamen ausi non sunt jugum excutere, in quod eos inveterata opinio adegit. Interest igitur inter bovem capite humano, et hominem capite bovino, discrimen etiam inter utrumque suppeditante, si Aeliano fides <sup>p)</sup>, Empedocle his versibus:

Πολλα μεν ἀμφιπροσωπα και ἀμφιγέρνα  
φυεσθαι,

Βεργην ἀνδροκεφαλα, τα δ' ἐμπαλιγέξα-  
νατελλειν

Ανδροφυη βεργανα, τ. τ. λ.

*Multa quidem animalia nasci duplice  
vultu et pectore,*

*Alia bobus prognata capite humano,  
alia rursum gigni*

*Satu humano cum capite bovis, etc.*

Ad prius genus pertinet monstrum, de quo nunc disputamus, ad alterum Minotaurus.

Fuit tamen vetus alia sententia, quae hanc tauri imaginem esse symbolicam sanxit, et adultere ad agriculturae studium, cuius typus bos semper habitus. In hac sententia fuere Carrera <sup>q)</sup>, Pighius <sup>r)</sup>, Harduinus <sup>s)</sup>, quanquam ne non et hoc loco varius intelligeretur, ei quoque Minotaurus placuit <sup>t)</sup>, eamque nuper iterum amplexi sunt Wachterus <sup>u)</sup>, ac proxime eruditii Galli la Chau et le Blond <sup>v)</sup>.

Sunt et sententiae recentiores, quarum una est Mazochii, qui Neptunum hac in numis semitauri imagine indicari credidit <sup>y)</sup>, vix tamen aliquo, quod sciam, eruditorum adsensu. Neque magis probata fuit sententia eruditii Ignarrai, qui cum videret, eodem, quo in numis praesentibus, modo Acheloum in numis urbium Acarnaniae singi, adserere non dubitavit, a veteribus omnes omnium terrarum fluvios dictos fuisse Acheloos, Acheloos adeo esse ipsos etiam Campaniae et Siciliæ fluvios, numerosque Acheloi hujus imagine insignes jure dicendos Acheloidos <sup>z)</sup>.

Aliam decennio post constituit Cl.

1) Rec. III tab. 98. m) Mus. Flor. T. II. tab. 35. n) Tom. I. p. 284. o) Thes. Br. T. I. p. 349.

p) de Nat. anim. L. XVI. c. 29. q) Monum. hist. Catani. r) Annal. T. I. p. 423.

s) Plin. T. I. p. 162. t) Num. illistr. in *Gela et Neap.* u) Archaeol. num. p. 95.

x) Pieri. grav. du Duc d'Orl. T. I. p. 123. y) Tab. Heracl. p. 52. z) de Pal. Neap. p. 231.

Martorellus in opere : *delle antiche Colonie venute in Napoli*<sup>a)</sup>, qui monstrum illud in superos retulit, dum adseruit, eo indicari Liberum patrem, seu Bacchum, quem Hebonis nomine a Neapolitanis Campaniae cultum testatur Macrobius<sup>b)</sup>, quanquam videam, istud ipsum jam pri- dem sensisse Matthaeum Aegyptium<sup>c)</sup>.

Eodem anno postremam in Batavis parturivit Cl. Petrus Burmannus, *non dubito*, inquit, *cornuta ejusmodi capita potius referenda esse ad fluvios urbibus illis, ad quas numi spectant, vicinos*<sup>d)</sup>. Haec vir eruditus conjecturae tantum modo proposuit, neque argumentis stabilire perrexit. Tamen haec lecta ita adscribere nobilissimo ac eruditissimo principi Turris Muciae, ut, qui antea in Minotauro cum aliis aquievit, postea mutata mente nonnisi fluvios mallet, eamque sententiam primum in opere, quod *Siciliae inscriptiones* appellavit, prolegomenorum pagina XXVI., ac subinde in omnibus suis lucubrationibus sic confirmare niteretur, ut ea velut ejus propria haberri possit. Ac quoniam video jam nunc plu-

rimos ob ejus viri auctoritatem idem sentire, et adsunt argumenta non levia, quae ab hac me opinione avellunt, necesse est ante omnia, commemorari rationes, quae viro eximio hanc mentem injecere.

Ait I. a veteribus, ac praecipue Siculis divinum fluiis honorem impensum. II. Certum etiam, taurina eos forma saepe expressos, cuius testes citat Aelianum, Strabonem, aliasque. III. Veteres humana facie uno aut duobus adjectis cornibus pingere fluvios esse solitos. Ejus in numis Siculis exempla esse obvia. IV. Omne denique dubium submoveare taurum cum facie humana, in Ambracia et Acarnaniae urbium numis, qui cum in his certus sit Achelous, sequi, cum eadem imago in aliarum urbium numis occurrit, ea indicari fluvium juxta currentem. Haec auctor illustris probabilia sene et erudita. At enim sententiam ab hac diversam multo existimo, praestabiliorrem, quae utrum recta sit, an aberret, ex binis, quas subjicio, sectionibus metiri licebit.

## S E C T I O . I.

*Verisimile est, bovem cum facie humana in numis Campaniae et Siciliae non esse symbolum fluvii.*

Veteres ergo, ait eruditus princeps, tauri forma fluvios fixerunt. Vere iltud secundum auctores. Ait Strabo<sup>e)</sup>: *Acheloum forma tauro similem dici, ut et alias* fluvios ob strepitum et flexus alveorum, qui cornua dicuntur. Apertius Cornutus<sup>f)</sup>:

a) Tom. I. p. 229. b) L. L. c. 18. c) S. C. de Bacch. p. 232. d) D'orville Sic. p. 390.  
e) L. X. f) de Nat. deor. c. 22.

της φορας αυτων και μονητικον εχστης, propterea et fluvios cornutos et taurino vultu singunt, nimis quod violento cursu feruntur, et instar magnientium sonum edunt. Festus<sup>s)</sup>. Taurorum specie simulacra fluminum, id est, cum cornibus, quod sunt atrocia, ut tauri. Bonum etiam figura factos fluvios tradit. Aelianus saepe in hac disputatione citandus. Mitto poetas, qui fluvios passim tauriformes, aut similiter dixerunt. Haec scriptores. Verum non conspirant cum his monumenta. Romani specie viri decumbentis et urna nixi sinerunt fluvios omnes, Tiberim, Danubium, Rhenum, Savum, Colapim, Nilum, Euphratem, Tigrem etc. Eodem exemplo omnis Graecia Europaea, et pleraque Afiae minoris regiones. At Siculi specie viri plerumque juvenis, Cilices et Syri forma pueri ex aqua emergentis. Aegyptii Nilum, typo aquilae. Lectum tauri typum ad indicandum flu- men, saltem aperte et absque conjectu- rarum adminiculo nullum, quod norim, monumentum docet, si Acheloum demas, sed cuius sic formandi certam aliquam fuisse rationem infra trademus.

At nolo tot auctores gravissimos aut ignaros eorum, quae scriplere, aut mendaces existimari. Paucissima enim veterum monumenta ad nos pervenere, et forte non raro, si in horum aliquo taurum propositum videmus, hoc ipso animali, sed quod nos ignoramus, fluvius ab artifice intentus fuit, aut forte, cum ars veterum suas quoque habuerit perio-

dos, cestavat talus fluvii symbolo servi- re, ea aetate, ex qua nobis plerique eorum artefacta supersunt. Sed enim quo- cunque demum modo per varias Grae- clae provincias flumina singi consuevere; istud certum videtur, hunc morem apud Siculos vix obtinuisse. Aelianus, cum libri II. toto capite XXXIII. Var. hist. differuisset, placuisse aliis civitatibus humana forma vestire fluvios, aliis bovina, Sici- liae fluvios omnes, quos nominat, Ana- sum, Cyanen, Porpacem, Crinum, Telmissum, Acragantem hominis habi- tu effictos adserit. Et praecclare quidem cum hoc ejus testimonio conspirant nu- mi Siculi, qui fluvios omnes, quos esse revera fluvios adscripta nomina Amena- ni, Hypsae, Crysa etc. abunde testan- tur, homines faciunt, hoc uno discrimi- ne, quod tenue cornu unum aut duo ex fronte promittunt, ad indicandam nempe secundum veterum placita fluvii naturam. An vero credibile, cum tot habeamus Sicularum urbium numos semitauri ima- gine insignes, ex quo sequeretur, si modo is fluvium indicat, hunc morem pas- sim in Sicilia fuisse receptum, an, in- quam, credibile, istud dissimulatum Ae- liano eo loco, quo variarum civitatum in singendis fluiis institutum, atque in- ter has etiam Sicularum, ex proposito commemorat? An is, qui Porpacis et Telmissi formam descripsit, quos propter ignobilitatem nemo alias vel nominandos quidem putavit, tacuisset, Himeram stu- vium Siciliae maximum tauri forma ab

s) in *Taurorum*.

Himerensibus propōni solitum, si verum esset, quod ait eruditus princeps, id revera ab hōc populo factūtum?

Fugit virum insignem testimoniūm veteris scholiae Pindari, quod eximē comprobare videri possit, revera in Sicilia fluvios tauri imagine adumbratos. Enī ejus verba<sup>b)</sup>: τοι δε τε Φαλαρίδος ταυρού δι Αχεαγαττίνοις κατεποντωσιν, ὡς φύσι Τίμαιος τογυρε ἐν τῷ πολει δειπνουμένοι μη ἀνα τε Φαλαρίδος, καθάπερ η πολλὴ ἔχει δόξα, αὐλά δικώ ἐσι Γελωνος τε ποταμος. Phalaridis vero taurum Agrigentini in mare praecepit omnes egerunt, ut ait Timaeus. Is enim, qui in urbe ostenditur, Phalaridis non est, ut vulgi fort opinio, sed est imago Gelonis fluvii. Non moror manifestum sophistae sphalma in voce Γελωνος: Gelonem Siciliae fluvium non novi, at Gelam. Deinde quid Gelae effigies ad Agrigentinos, qui suum habuere fluvium Acragantem? nisi forte Gelois per vim ablata Agrimenti inter manubias stetisse dicatur. Denique quo pacto Graeculus hic citare potuit Timaeum adserentem, ab Agrigentinis taurum Phalaridis in mare praecepit, cum teste ipso Polybio idem Timaeus palam sit inficiatus, ejusmodi taurum unquam Agrimenti extitisse<sup>i)</sup>? At praestabit auctoritatem auctoritati opponere. Narrat Cicero<sup>k)</sup>, inter alia a Poenis Carthaginem translata, post a P. Scipione veteribus dominis Agrigentinis restituta fuisse illum nobilem taurum, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur, quo vivos supplici causa demittere homines, et subji-

core flammarum solebat. Quom taurum Scipio cum redderet Agrigentini, dixisse dicitur, aequum esse, illos cogitare, utrum esset Siculis utilius, suisne servire, an populo R. obtemperare, cum idem monumentum et domesticae crudelitatis, et nostrae mansuetudinis haberent. Quo jam loco putabimus testimonium Graeculi cum gravissimo Scipionis et Ciceronis testimonio comparatum? An illustres hi Hyri vulgi opinionem sunt fecuti, dum ille publice civibus monumentum istud nomine tauri Phalaridis restituit, hic eundem redditum publice depraedicat? An vero etiam, quod sophistae ex Timaeo constitit, non perinde ex eodem constare utrique potuit, fuisse hunc taurum fluvii imaginem? Quanquam etsi fluvium re ipsa demus, tamen vel eo ipso, quod Phalaridis taurus a multis est habitus, sequitur, hominis illi caput praefixum non fuisse, nam ex tyranni instituto uestulatis non humano more ejulandum, sed mugendum fuit. At in praesente examine istud non minus quaeritur, fuerintne in Sicilia fluvii imagine hominis in taurum abeuntis formati.

At sunt validiora argumenta alia huic systemati plane adversantia. Offerunt numeri Siculi octo fluviorum nomina, Acragantēnum numi Agrigentinōrum, Amenānum Catanenium, Arethusam Syracusānorū, Afinen Naxiorū, Chrysam Asforinorum, Gelam Geloorum, Hipparin Camarinaeorum, Hypsam Selinuntiorum inscripta, et semper juxta fluvii effigiem seu viri, seu feminæ. Ergo si biformia haec monstra fluvii Siculis sunt habita,

b) Pyth. A. v. 185. i) de Virt. et vit. L. XII. sub fin. k) in Verr. L. IV. c. 33.

**CUR NON ET HIS FLUVIORUM NOMINA FUNT AD-DITA,** quando istud in illis factum vide-mus? **VICTAS** continuo manus nobilissimo adversario dabo, si vel unicum adscripti praetenso huic fluvio nominis dederit exemplum, modo, quod in primis po-stulo, ambiguum non sit. Nam quae ille exempla adfert, **ΓΕΔΑΣ** et **ΣΕΛΙΝΟΣ**, non recto stant talo; nam haec non fluviorum modo, sed et urbium, quas al-luunt, funt nomina, quas etiam haud dubie indicant. Si aliquando pro ambi-guis his nominibus, quae duplē sensum patiuntur, adstituta tauro nomina Amenani, Hypsae, Hippatis ad unos flu-vios pertinentia legero, non morabor, quin pedibus in eruditī principis senten-tiam eam.

Ex eadem doctrina fluunt et alia nullo pacto verisimilia. Agyrinenses, Ca-tanenses, Geloos, Selinuntios fluiis suis hominis tribuisse formam, numi ipsi pa-lam docent. At earundem civitatum nu-mi etiam bimembre illud animal ostendant. Ergo si hoc fluvii est symbolum, sequitur, unam eandemque civitatem flu-vio suo jam hominis jam tauri personam tribuisse. Quid quod ipse illutris prin-ceps in praecolla sua Sicilia numismati-ca tab. XXXIII. non paucos numos exhibet, in quorum adverfa: **ΓΕΔΑΣ**. **Caput juvenile cornutum.** **X** *Bos cum facie huma-na.* Adde simile exemplum in numis Agy-rii. Capite anticae exhiberi Gelam flu-vium, neque ipse dubitat. At eo docente etiam pars averfa fluvium sifit, ergo idem numus unum eandemque Gelam

vario cultu, ac tantopere diverso sifit? Vtrum haec probabilia, arbitretur lector. Denique si fluvius hoc animal est, cur is, quod in numis Neapolitanis perpetuum, a supervolante Victoria coronatur? Neminem coronat Victoria, nisi in certami-ne victorem, et sic recte fixit Myro bu-culam a Victoria coronatam, quod Jupi-teter bucula, ut explicat Tatianus <sup>1)</sup>, ex rapta Europa adulterii praemium abstulit. At quae Sebetho parta victoria? An, ut olim Xanthus pro Troja, hic pro Nea-polii sua restagnavit? Non repugno, pos-se fluvii imaginem coronari, sed dispi-cket, istud officii a Victoria peragi. Ex mente eruditī Ignarrai hoc typo indica-tur, Campanos ubertate soli ceteros Ache-loios collegas antecellere <sup>m)</sup>.

Tandem ad postremam rationem, quam princeps T. M. omnium validissi-mam ait, progrediamur Acheloum sci-liset, qui in Acarnaniae et vicini tractus numis eodem modo pingitur, et fluvius est, nempe facie hominis, corpore tauri. Non credo, argumentum sic a viro eru-dito instrui: animal istud in numis Acarna-num indicat fluvium, ergo, quotiescumque in aliarum urbium numis est conspicuum, fluvium item indicabit. Ex eadem enim lege sic quoque arguere licebit: Aegyptii typo aquilae indicabant Nilum, ergo eadem aquila in numis Romanis vel An-tiochenis indicabit Tiberim vel Orontem. Clava, et exuviae leonis Herculem, ga-lea alata Mercurium arguunt, ergo cum capita sic instructa videbis, semper in his Herculem vel Mercurium agnosce, nun-

1) *Orat. c. 54.* m) *de Pal. Neap. p. 245.*

quam Theseum, aut Perseum. Quin cum Jupi<sup>t</sup>er taurūs Europae raptor eodem, quo Achelous, ritu in nonnullis monumentis fingatur, ut sequente sectione disperdam, audacter decernito, Europam a fluvio raptam. Istud ne ipse quidem eruditus princeps volet. Ex quo confiteatur necesse est, unam eandemque imaginem saepe rebus maxime diversis competere. Cur vero Acheloum fingere bimembra placuerit, ratio expedita. Ejus enim in fabulis magnū nōmen. Ex harum doctrina cum constaret, ei ab Hercule rivali cornu taurinum per vim effractum, taurus sane fingendus erat. At dum idem agere inter homines soleret, et ipsas Deias

hirae nuptias ambit, saltem caput humanum tauri truncō addere oportuit. Bellum enimvero mihi prouicum, qui amates suos regiae virginē adaugiret; aut, cum articulata vocē carceret, ceu olim Jo, pede pulvori inscriberet. Haec causa cum ad alios aequē fluvios non valuevit, mitum non est; Acheloum haec forma fuisse propositum, alijs fluvios aliena formam tributam. Eadem de Gaia E. Sippe Teuthrantis mater Diana aureo aprum cum facie humana dedicavit, quo intelligeretur, esse imaginem ejus apti Dianae sacri, qui olim Teuthrantem sibi in venatu omisiātē, ne le vita spoliat, humana voce cōpellavit \*).

## S E C T I O . II.

*Verisimile est, bovem cum facie humana in numis Campaniae et Siciliæ effe Bacchum.*

Si tes veteram testimoniis agenda est, eadem opera, qua princeps T. M. fluvios in tauros vertit, Bacchium taurum faciam. Idem enim dictus est ταυρομοεφος, ταν ρωταλος, ταυρωπος, ταυρονεως, ut copiose videre est apud Gyraldum <sup>a)</sup>, et Spanheimum <sup>b)</sup>. Taurum etiam vocat Lycophron <sup>c)</sup>, et tauri cornu in humo Boeotico apud Pellerinum manifesto Bacchi capiti, quod barbatum insuper est, additur <sup>d)</sup>. At praecipuum causae patronum advoco Plutarchum, cuius binas sententias plenius lubet commemo- rare. Interrogat primum <sup>e)</sup>: δια τι τον

Διονυσον οι των Ηλειων γυναικες μητεραι παραπλεσθι βοεω ποδι παραγινεσθαι προς αυτας; Εχει δε θτως δ θμος: Έλθει νηρος Διονος άλιος εις ταν αργον συν Χαριτεσσον εις ταν τω βοεω ποδι θνων, έπει της έπαθεσθαι: Αγε ταυρες ποτερον δικαιαι φεγγη προσ αγορευεσθαι και τανεροι πνιοι των θεων; x. τ. Λ. quare Eleorum multeles Bacchum in hymnis hortantur, ut ad se bubulo pede accedat? Hymnus vero talis est: Veni heros Bacche maritimum ad templum sanctum cum Gratiis ad templum bubulo pede irruens; poscea bis accinunt: digne taure! an quod deum hunc bovigenam et taurum

<sup>a)</sup> Plat. de flum. in Caico.

<sup>c)</sup> Synt. p. 280.

<sup>b)</sup> T. L. p. 392.

<sup>d)</sup> in Alex. v. 209.

<sup>e)</sup> Rec. L. tab. XXIV. n. 8.

<sup>f)</sup> Quaecl. Graec. p. 299.

L.



A.



IV.




II.



III.





*appellant aliqui? etc.* Et alibi in eandem sententiam <sup>1)</sup>: διὸ καὶ ταυροεφόν Διογύ-  
σον ποιῶσιν ἀγαλμάτινοι πόλεις των Ἑλλήνων·  
αἱ δὲ Ήλιον γυναικεῖς καὶ παρακαλεσθεῖν ἐνχε-  
μεναι, ποδὶ βοειῷ τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν προς ἀντας.  
*qua de causa et multi Graecorum Bacchi*  
*simulacula taurina forma fingunt; Eleorum*  
*vero mulieres deum evocant precantes, ve-*  
*niret ad se pede bubulo.* Insignia sunt haec  
ad praesentem quaeftionem testimonia;  
confirmant enim, Bacchum non modo  
taurum appellatum, (*ἀξιοτάρες*) sed etiam,  
ne forte tantum propter adstituta capiti  
cornua appellatus fuisse taurus dicatur,  
reliquo corpore fuisse taurum (*ποδὶ βοειῷ*).  
Et vero, quod hoc argumentum prae-  
clare illustrat, videor mihi videre in exi-  
mio Gelae numo, quem primus edidit  
Burmannus <sup>2)</sup>, deinde bis restituit prin-  
ceps T. M. <sup>3)</sup> ipsam mulierem, qualem  
describit Plutarchus, Bacchο cum bubu-  
lo pede incidenti accinentem, eique ser-  
tum offerentem. Quod ut magis feriat  
subjectum oculis, e re visum, numum  
ipsius coram proponere in adjecta tabu-  
la III. num. 1.

Haec opinor satis commode Bacchum  
designant. At cur caput humanum tauro  
additur? Nimirum eadem de causa, ob  
quam et tauro Jovi, dum in Europae  
raptu occupatur, additum videmus ho-  
minis caput in binis gemmis veteribus  
eadem tabula III. num. 2 et 3 expressis,  
una Musei Florentini <sup>4)</sup>, altera apud Gra-  
vellium <sup>5)</sup>, quarum taurus adeo ad omnes

apicem similis est Campano huic Siculo-  
que tauro, ut unum ab altero non discer-  
nas, et verisimile aliquando propter cer-  
tum hunc Jovem videretur, eundem etiam  
sub Campaniae et Siciliae tauro latere,  
quod tenuiter etiam suspicabatur Comes  
Caylus <sup>6)</sup>, si probabile esset, tot illustri-  
bus urbibus summi dei sui cultum a cau-  
fa parum decora, nempe puellae raptu,  
quaefitum, cum tot honesti alii tituli sup-  
peterent. Iis ergo, qui hoc cultu Jovem  
Bacchumque finxerunt, aliud propositum  
non fuisse videtur, quam ut adjecto ho-  
minis capite, parte corporis praincipia,  
in qua mens ae consilium resident, pa-  
lam facerent, in hoc animali, quod se-  
cus simplex taurus fuisse habendum,  
deum inesse, quo modo et Agathodae-  
mona non serpentem simplicem finxerunt  
veteres, sed humanum etiam caput jun-  
ixerunt, quod postea imitatus est Ale-  
xander pseudomantis, ut divinum esse  
serpentem suum attonito ad spectaculum  
populo persuaderet, ut est apud Lucianum,  
et dicetur in numis Abonoticheos  
Paphlagoniae. Eodem credo consilio Ae-  
schylus finxit Jo biformem, cum narrat,  
perculso fuisse mortales videntes rem  
insolitam <sup>7)</sup>:

Βοτον ἔσολωντες δυσχελες μέσομβροτον,  
Ταρ μεν βοος,  
Ταρ δὲ ἀν γυναικος τερας δι' ἔθαμψαν.  
*Pecudem intuentes intractabilem mor-*  
*tali sexu mixtam,*  
*Partem quidem vaccas;*

1) de If. et Ofir. p. 364. E. 2) D'Orville Sicula tab. X. n. 4. 3) Aggiunt. tab. III. n. 23. et Sicil. numism. tab. XXXII. n. 1. 4) Tom. I. tab. 57. n. 2. 5) Rec. des pierr. grav. T. II. n. 45. 6) Rec. d'Ant. T. IV. p. 164. 7) Supplie. v. 576.

*Partem vero mulieris; prodigium vero stupebant.*

Sed et numus altus, qui est in museo Caesareo, causam meam eximie juvat, quem sicutimus in eadem tabula III. n. 4. Signatus is est a Selinuntiis Siciliae. Havercampus et princeps T. M. mulierem sedentem propter serpentem, quem dextera stringit, Salutem dixere. At multo tutius typum ex decantata apud veteres fabula explicabimus, qua docente Juppiter sub tauri specie Cererem initit, unde nata Proserpina, aliis dicta Pherephatta, quam deinde filiam suam adulatam cum deperiret. quoque, draconis adsumpta forma cum ea congressus tauriformem filium genuit, propter quod factum diditus senarius: Ταυρος δεκαντος, και δραχων ταυρος πατηρ. In quibus enarrandis sordibus habemus unanimos Clementem Alex. <sup>c)</sup> Eusebium <sup>d)</sup>, Arnobium <sup>e)</sup>, Nonnum Panopolitem <sup>f)</sup>. Atqui Athenagoras, qui idem refert <sup>g)</sup>, tauriformem hunc partum diserte Bacchum appellat. Secundum igitur haec enarrata an possumus dubitare, in parte una propone Jovis cum Proserpina commercium, in altera taurum Bacchum ab his editum, ac propterea cum parentibus in eodem nummo conjunctum? quod quidem tanto licebit sidentius opinari, cum numerus sit in Sicilia culus, qua in insula Cereris Proserpinaeque frequens per omnia passim monumenta fuit mentio. At vero non in uno hoc nummo absurdiae, quam recitavi, fabulae argumentum vi-

deo contineri. Exstant in museo Caesareo et alibi quadrantes, in quorum averfa est taurus currens reptante infra draconem, in imo ROMA, quem typum difficile erit aliter, quam secundum citatum senarium explicare.

Bacchum propter vini abundantiam et excellentiam, qua praecipue Campania circa Gaurum montem claruit, magnis fuisse affectum honoribus, non verisimile modo est, sed Sophoclis etiam doce mur testimonio, qui sic de Baccho canit <sup>h)</sup>: ἀλυταρ ὁς ἀμφεπτις Ἰταλων inclytam qui tueris Italam, cui subjicit vetus scholiales: δια το πολυαμπελον της Χωρας, οβ vini in hac regione largos proventus. Quare cum manifestum deum in hoc animali habeamus, atque ut dixi, verisimilem Bacchum, nequaquam alienum, coronam ei a Victoria offerri, sive adlusum ad veteres de Titanibus et Indis victorias, sive quod civitates ejus numini suas de hestibus victorias acceptas tulerunt. Atque in hac sententia facile explicitur numi antiquissimi tetradrachmi Cataniensis, in quorum una parte exhibetur bos hic geminae formae, in altera Victoria gradiens, et unum vel bina diadema soluta praegestans. Nimirum juncto simul utriusque faciei typo habemus Victoria Baccho diadema offerentem, cuius eum fuisse repertorem olim abunde ex veteribus comprobavi <sup>i)</sup>.

Ex dictis patet, mihi nequaquam pugnandum cum iis, qui taurum hunc deum Hebonem, ut diximus, statuunt,

c) Protrept. p. 14. edit. Oxon. d) Praepar. Ev. e) advers gent. L. V. f) Dionys. L. V. sub fin. et L. VI. v. 157. g) Legat. p. 71. edit. Oxon. h) Antigone v. 1130. i) Num. vet. p. 22.

in qua sententia inde a Matthaeo Aegyptio video esse plerosque eruditos Neapolitanos. Nam idem Hebo teste Macrobius, qui ejus solus meminit, alias non est, quem Bacchus diverso nomine, nempe quem propter nominum varietatem jure πολυωνυμον vocat Sophocles <sup>k)</sup>. Atque ut videmus ex numis, hoc duplicitis naturae animal per plures Campaniae urbes propagatum, sic et Hebonem in aliis etiam ejusdem regionis urbibus observatum intelligimus. Vnam quidem Neapolin memorat Macrobius, sed marmor, quod memorat Mattheus Aegyptius <sup>l)</sup>, addit Calatiām aliam Campaniae urbem:

ΗΒΩΝΙ. ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΙ.  
ΘΕΩΙ.

ΤΑΓΜΑ. ΚΑΙ. ΛΕΩΣ. ΚΑΛΑΤΙ-  
ΝΟΣ.

nisi forte illud huic sententiae officit, quod, ut ex verbis Macrobii colligitur, Hebon hic nequaquam tauri, sed viri barbati ac senilis formam habuit.

Neque repugnabo magnopere viris praestantibus, qui, ut principio dixi, in hoc typo agriculturae symbolum vident. Sed neque tum Bacchum inficiabitur, qui telle Plutarcho a multis aratri et sationis inventor fuisse creditus est <sup>m)</sup>. Secundum Diodorum credebatur Bacchus ductis sub jugum bobus princeps sementem fecisse, unde, inquit, cornuta ipsi facies <sup>n)</sup>. Tete Arriano <sup>o)</sup> primus Liber perhibetur boves aratro junxisse, et plerosque Indo-

rum ex erronibus aratores fecisse. Quid si biformi hoc typo indicetur concordia Cereris et Bacchi, qui sunt principes agriculturae dii, quae maxime frumento et vino gignendo constat, sic ut capite hominis cornuto indicetur Bacchus, quem fuisse cornutum novimus, tauro animal, Cereri, quod arationi servit, gratissimum, atque adeo ipsa Ceres? ob quam eandem causam eos etiam conjunxit Virgilius in opere, in quo agriculturae precepta dictat <sup>p)</sup>:

*Vos o clarissima mundi  
Lumina, labentem coelo quae ducitis  
annum,*

*Liber, et alma Ceres.*

Adde Pindarum, qui Bacchum vocat χαλκοχροτε παιεδον Δαματερος, αειστρεπε ασφερον Cereris <sup>q)</sup>), ad quae verba scholeastes: παιεδον Δημητρος ἐπεν τον Διουσον, ἐπειδη τη ξηρη τεοφη, ιδι ανακειται τη Δημητρι, παιεζεται η τε οιος Χερτις, ασφερον Cereris dixit Bacchum, quia aridum victimum, qui ad Cererem pertinet, consumitatur vini usus Propius ad Campaniam, quae de utroque hoc numine praedicat Florus <sup>r)</sup>: *Omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniae plaga est. Nihil mollius coelo; denique bis floribus vernal, nihil ubcruis solo. Ideo LIBERI CERERISQVE certamen dicitur.* Eodem modo Spbingis quoque duplex natura certam recondit allegoriam. Etenim Aegyptii, si fides Syne-

fio <sup>s)</sup>, *in sacrarum aedium vestibulis Sphyn-*

k) I. c. l) S. C. de Bacch. p. 33. m) Quaeſt. Graec. p. 299. n) L. IV. c. 4.

o) Hist. Ind. o. 7. p) Georg. I. 5. q) Iſthm. Z. u. 3. r) L. E. c. 16.

s) de Regno p. 7. et de Provid. p. 104.

gis effigiem collocant, arcanum utriusque simili modo volent hanc θηρία συνθέτει virtutis conjungendae symbolum, quae qua και ἀλλοκοτά explicare. Nam, ut ajebam, parte bestia est, robur, qua vero parte ho- ταχι μεταβολή in hac disputatione istud unum ma- ma est, prudentiam significat.

Et vero non repugnabo illis, qui type fluvios veteribus intellectos.

## P I C E N T I N I.

Numus ΠΙΚΕΝΤΙΩΝ. apud unum Goltzium.

## A P V L I A.

## ACHERONTIA.

**ΑΧΕΡΟΝΤΙΑ** Caput Palladis. X  
Miles stans d. pateram, f. clypeum cum  
hausta. AE. II.

Insignem hunc musei Borgiani numum  
olim edidi<sup>1)</sup>). Urbes hoc nomine binae  
a veteribus proditae; prior mediterranea  
in Apulia prope Venusiam, altera in Brut-  
tiorum agro ad flumen Acherontem Ale-  
xandro Epiri regi fatalem<sup>2)</sup>). Vtri favo-  
verit Goltzius edito numo suo AXEPO-  
TAN, non constat. Noster una cum simi-  
li, alio repertus est in vicinia Acherontiae  
Apulae, quae causa est, cur huic potius  
prae altera Bruttiorum sit tribuendus.  
Accedit, numum Osce inscriptum magis  
Samnio et Campaniae admovendum vi-  
deri. Ait quidem Festus<sup>3)</sup>: *Bilingues  
Brutates Ennius dixit, quod Bruttii et Osce  
et Graece loqui soliti sunt, tamen numerus  
Bruttius Osce inscriptus hactenus reper-  
tus non est.*

AE. RRRR.

## A.R.P.I.

Vrbs antiquae famae, ut dicetur.  
Caput Palladis. X. ΑΡΠΑ. Tres spī.  
cac. AR. III. (Pellerin.)  
Epigraphe in reliquis: ΑΡΠΑΝΟΤ.  
vel: ΑΡΠΑΝΩΝ.

Typi in his: *Aper*, vel *Equus*, vel  
*Bos currentes*.

Arpi a Diomedē conditi teste Plinio,  
et Virgilio<sup>4)</sup>. De urbis nomine haec post  
Strabonem et Plinium Servius<sup>5)</sup>: *Diome-  
des in Apulia condidit civitatem. quam  
patriae suae nomine appellavit, et ARGOS  
HIPPION dixit, quod nomen postea veta-  
state corruptum est, et factum, ut civitas  
ARGYRIPÄ diceretur, quod rursus cor-  
ruptum ARPOS fecit. Ergo equus in his  
numis adludit ad vetus urbis nomen HIP-  
PION. Aper vero, qui Calydonius est,  
refertur ad Aetolicam conditoris Diome-  
dis originem, nam ejus pater Tydeus  
Aetolorum rex fuit, ac prōpterea Dio-  
medem quoque Thucocritus vocat Καλυ-*

1) Sylloge I. in Parergis.

2) Plin. L. III. §. 10.

3) in Bilingues.

4) L. XI. v. 242.

5) ad Aen. XI. 246.

*δούρος ἀνδεα*<sup>a)</sup>. Est autem aper obvius in *pacum super humero gestat*, vel: *Pallas gradiens d. hastam, s. clypeum praetendit*,

*Actoliae moneta typus.* *Magistratus ΔΑΞΟΤ ΠΙΤΛΛΟΤ. ΠΟΤΛΑΙ. obvii in his numis.*

\* \* \*

Paruta numum cum typo his Arpis proprio propter praetensam epigraphen ΙΠΠΑΡ. Hippari Siciliae fluvio tribuit. Eundem princeps Turris Muciae Hipparino Dionysii senioris filio maluit largiri<sup>b)</sup>. Male lectam epigraphen non modo arguit typus apri, sed et literae ΔΑ--- quae sunt residuae magistratus ΔΑΞΟΤ in Arporum numis obvii. Atque ut demus, revera legi ΙΠΠΑΡ., tamen hic numus ad hos Arpos pertineret, nam hi, ut dixi, vetere nomine vocabantur ΙΠΠΙΟΝ ΑΡγος. Vide de his plura in meis Numis vet. p. 29.

De numo ΑΡΠΑΝΟΣ vide, quae moneo in numis *Cumpanorum* nomine signatis.

AV. ap. Goltz. tantum. AR. RRRR.  
Æ. R.

#### B A R I V M.

*Caput Jovis, retro unum vel duo astra.*  
Raro *caput Palladis*, ut est apud Magnan. (Misc. num. T. III.) ☈ BAPINΩΝ. *Cupido navi infestans sagittam mittit.* Æ. III.

Atra in his numis obtinent vicem globulorum, ceu in numis Capuae. Typi ratio incerta.

Æ. RR.

#### C A E L I V M.

*Caput Palladis, vel Jovis.* ☈ KAΙΔΙΝΩΝ, rarius KAΙΔΕΙΝΩΝ. *Tropaeum*, vel: *Victoria gradiens coronam, et tro-*

*vel fulmen.* Æ. II. III. (Mus. Caes. Mag-  
nan.)

*Globuli unus vel duo in parte anti-  
ca, et plerumque in aversa totidem astra,  
nimirum pro ipsis globulis posita.*

Æ. R.

#### C A N V S I V M.

Ejus numum editum reperio in Miscel-  
laneis Mågnani. (Tom. IV. tab. 18.)

*Caput virile nudum.* ☈ KANTΣΙΝΩΝ.  
*Miles equo citato vectus d. hastam.* Æ. III.

Nolo fidem abrogare numo, nam ad-  
firmavit Abbas Cap Martin Chaupy, vi-  
disse se aeneos binos typo equi et inscri-  
ptione KANTΣΙΝΩΝ.

Æ. RRRR.

#### H Y R I V M.

Neque nominis ratio, neque situs sa-  
tis expeditus, nam et *Hyriam* alii et *Vriam* appellant, et Calabriae etiam a nonnullis accensetur, de quo vide Cellarium. Numi, quos citabo, sunt perantiqui, qui si huc pertinent, necesse est, urbem aliquando florentem in pejas prolapsam, quia exigua deinceps ejus sit mentio.

*Caput Palladis, in cuius galea noctua,*  
vel: *Caput muliebre adversum passis crini-  
bus, diademate fastigato.* ☈ TPINA. TPI-  
NAI. TDINA. TΔINA. *scriptura solita*,  
vel *retrograda*, in aliis: TPIANOΣ. (Pemb-  
rock. Hunter.) in alio: TPIE ΓΕΣ. (Hun-  
ter.) *Taurus cum facie humana.* AR. II.

Hodieque dubii haerent antiquarii,  
qui urbi hi sint numi tribuendi. Erant;  
qui sive propter taurum biformem, sive

a) Idyll. XVII. 54. b) Correz. p. 40. et Sicil. num. tab. 100.

propter Oscum Rho sedem illis in Campania quae sive. Verum urbs cum adfini nomine in ea regione non reperitur, et Rho hujus formae non solum in alphabeto Oscio, sed et antiquissimo Graeco habetur. Interim donec certius quid occurrat, in hoc Apuliae Hyrio aquiescimus.

*Caput Palladis. Χ ΤΠΙΑΤΙΝΩΝ. Gubernaculum, et delphinus. ΑΕ. III.*

Numum hunc unde quaque integerimum vidi ipse Nemausi in museo celeberrimi, et omnigena eruditione praestantissimi Seguier. Eundem editum video apud Arigonum, sed scripto mendose ΙΠΙΑΤΙΝΩΝ<sup>c)</sup>. Hyrias plures enumerat Stephanus, neque tamen alteri, quam huic Apulae aptius judico hos numos posse permitti, quamquam ab Τειον vel

Τεια insolens fane sit gentile Τειατινος.

AR. R. ΑΕ. RRRR.

#### LVCERIA.

Vetus Dauniorum urbs teste Strabone. A Romanis deducta colonia V. C. 440.<sup>d)</sup> a quo tempore ex urbe Graeca facta Latina numos Latinos exemplo Brundusii, Paestri, Valentiae etc: signavit.

*Epigraphe: LOVCERI. rarius LV-CERI.*

Typi: *Caput Herculis. Χ Ejus arma. — Caput Palladis. Χ Rota. — Caput Apollinis. Χ Calvaria bovis. — Caput Neptuni. Χ Delphinus, tridens. — Caput muliebre laureatum velatum. Χ Concha.* Numos collectos vide in Miscellaneis Magnani.

*Globuli plerumque areae inhaerent.*

ΑΕ. R.

#### R Y B A S T I N I.

*Caput Palladis. Χ ΡΥΒΑΣΤΕΙΝΩΝ. Noctua ramo infestans. ΑΕ. III. (Pellerin Rec. I. p. 72.)*

*Rubustinos* in Apulia recensent Plinius<sup>e)</sup>, et Frontinus<sup>f)</sup>, ad quos existimo hunc numum pertinere, solo elemento A pro V dubium movente; verum satis constat, quam inique saepe Romani Graecorum urbium nomina Latine reddiderint. Sic Βερτεσιον dixere *Brundufium*, Πλυξης *Buxontum* etc. Praeplacet igitur hoc iudicium prae altero Pellerinii, qui malebat numum hunc tribuere *Bastae Calabriae*; at quem tum sensum dabimus præfixae syllabæ PT? et si et hanc explicit Pellerinius, sed modo prorsus singulari<sup>g)</sup>.

*Caput Palladis. Χ PT. vel: ΣΙ. PT. Spica. AR. ΙΙΙ. (Mus. Neumann.)*

*Lyra. Χ PT. Caput bovis cum insulis. AR. III. (Ibid.)*

Vtrum vere hi numi huc sint vocandi, adfirmare non ausim. Istud certum, adlatos esse ex regno Neapolitano.

*ΙΡΟΞΟΞ. Caput Jovis. Χ PT. Mulier stans d. paternam, s. cornucopiae. ΑΕ. III. (Hunter.)*

Eodem forte pertinet hic numus. Eum Combius Rhypas Achaiae amandavit.

ΑΕ. RRR.

#### S A E A P I A.

Teste Strabone Argyripensum, sive

<sup>a)</sup> Num. urb. tab. XI. n. 12. <sup>b)</sup> Diodor. Sic. L. XIX. c. 72. <sup>c)</sup> L. III. p. 168. <sup>d)</sup> de Colon. <sup>e)</sup> l.c.

Arporum navale, quem nexus numi quoque comprobant.

**ΔΑΞΟΤ.** *Equus gradiens.* Ξ - ΔΠΙ.

**ΝΟ.** *Delphinus.* ΑΕ. III. (Magnan, Msc.)

*Caput Apollinis.* Ξ ΣΑΛΠΙΝΩΝ.  
*Equus currens, supra aſtrum, vel tridens.*  
ΑΕ. III. (Pellerin.)

**ΣΑΛΠΙΝΩΝ.** *Caput juvenile laur.* Ξ  
**ΠΤΛΛΟΤ.** *Aquila flans, pone aſtrum.* ΑΕ.  
III. (Hunter.)

**ΣΑΛΠΙΝΩΝ.** *Caput Jovis.* Ξ ΠΤΛ-  
ΑΟΤ. in aliis: **ΠΑΛΩΤΙΟΤ.** *Aper velequus*  
*currens.* ΑΕ. III. (Pellerin, Magnan, Mus.  
Caef.)

Habemus in his numis jam *Salpiam*,  
jam *Salapiam*, et utroque modo appella-

tam testantur veteres, ut videri potest  
apud Cellarium, et in meis Numis vet.  
pag. 28.

Typos equi et apri, item magistratus  
**ΠΤΛΛΟΤ** et **ΔΑΞΟΤ** jam vidimus  
in numis Arporum, unde petenda expli-  
catio, et, quod ajebam, hac utriusque  
urbis numerorum concordia probatur ne-  
xus inter Arpos, et eorum navale Sala-  
piam.

ΑΕ. RR.

#### S I P O N T V M.

Hujus urbis numum possidere sibi  
primum visus est Pellerinius<sup>b)</sup>, at serius  
agnovit errorem, docuitque restituendum  
Hipponio Bruttiorum<sup>c)</sup>.

#### C A L A B R I A.

##### B R V N D V S I V M.

Portus notissimus, et ex hoc in Grae-  
ciam trajectus.

Graecos BPENΔΗΣΙΝΩΝ folus Gol-  
tzius vidit.

Colonia deducta est V. C. 510. teste  
Vellejo<sup>d)</sup>, et Livio<sup>e)</sup>, atque ex eo tem-  
pore dubium non est signatos numos,  
qui supersunt.

*Caput Neptuni laur., quod in ple-  
risque coronat Victoria pone advolans,  
retro tridens.* Ξ BRVN. *Vir nudus delphi-  
no vectus d. Victoriolam, s. lyram, per  
utramque aream partes affis.* ΑΕ. varii  
moduli.

Mirus hic partis aversae eques cum  
lyram constanter manu praetendat, cer-

tus videtur Arion Lesbius, cujus fabula  
abunde nota ex Herodoto<sup>m)</sup>, Aeliano<sup>n)</sup>,  
aliisque, atque is cultu fere simili pingi-  
tur in numis Methymnae, ex qua oriundus  
fuit. Nequaquam temere eum Brun-  
dusini monetae suae inservere; nam teste  
Herodoto<sup>o)</sup> in hoc tractu substituit, cum  
que ex vicino Tarento Corinthum repeti-  
turus solveret, nautae cupidi ejus vitae  
insidias truxerunt. Ex quo verisimile,  
creditum Brundusini, ex suo portu pro-  
fecto Arion miraculum istud contigisse.  
Recte cum hoc facto Neptunus in parte  
antica jungitur, nam Arionem servati sui  
beneficium Neptuno acceptum tulisse,  
testatur hymnus in ejus dei honorem a  
se compositus; quemque totum servavit

h) Rec. I. p. 62.

i) Suppl. III. p. VII.

k) L. I. c. 14.

l) Epit. L. XIX.

m) L. I. c. 23.

n) Nat. anim. L. XII. c. 45.

o) l. c.

Aelianus <sup>p</sup>), qui incipit: Τύπος Σεω<sup>ν</sup>  
κοτια, Χρυσοτριχία Ποσειδον ς. τ. λ.

*Magistratus*: L. CORN. vel: C. AP.  
vel: M. BIT. vel: Q. FVL. etc. quos vi-  
de in Magnani Miscellaneis. Sunt haec  
certa Romanorum nomina, et certe Ilvi-  
rorum, qualia in numis quoque Paestu-  
nis passim occurunt, ex quo efficitur,  
signatos hos numos a tempore deductae  
coloniae.

*Affium* partes solitis signis indicatae  
constanter in illis occurunt.

Æ. C.

### B U T U N T I N U M .

Hanc urbem diffimulavit Cellarius,  
et Plinius in hoc tractu *Butuntinensis*,  
et Frontinus *Botontinum agrum* memo-  
rent; in itinerario Hierosolymitano: *Bo-*  
*tontones*, (pag. 609.) Peutingeriana: *Bu-*  
*tuntos*.

*BUTONTINON*. *Vir nudus delphino*  
*vectus d. diotam, f. clavam*. *Concha*.  
Æ. III.

Numum hunc olim ex museo Caesa-  
reo vulgavi <sup>q</sup>), et similem jam indicavit  
Mazochius <sup>r</sup>), nisi quod pro concha sit  
pagurus. En iterum virum super delphi-  
no equitem, ut mox in Brundusio vidi-  
mus, ac tertium in Tarento videbimus.  
Eum esse Tarantem heroem, typumque  
ex Tarentinorum moneta translatum,  
dubitare non finit numus Tarenti simili-  
tibus, quem in hujus numis intuebi-  
mur. Aequales typos suaserit vicinia, et  
forte Butontum colonoos habuit Taren-  
tinos.

*Caput Palladis*. *X* *BUTONTINON*.  
*Spica*. *Æ. III.* (Pellerin Lettres p. 19.)

Numum hunc pridem ex museo Got-  
tfredi citavit Holstenius <sup>s</sup>). Produxit  
etiam Haymius <sup>t</sup>), sed cum in eo legeret  
*BUTPO ΓΙΩΝ*, urbem quandam Butro-  
tum omnibus geographis incomptam  
in extremo Brutiorum angulo fixit.  
Cujus adeo lectio ex Pelleriniano cor-  
rigenda.

Æ. RRR.

### H Y D R V N T V M .

Nunc *Otranto*. *Aeneum ΤΔFONTI-*  
*ΝΩΝ* solus Goltzius vulgavit. Pellerinus  
in indice autonomorum *Hydruntum* alte-  
risco notat <sup>u</sup>), quod signum est, ejus num-  
num in museo suo existere. Sed consultus  
a Neumanno eruditus Parisinus re-  
spondit, epigraphen numi Pelleriniani  
esse extritam. Consultus etiam Wacke-  
rus testatus est, in suo revera legi ΤΔ-  
PON --- Mihi hujus urbis numum vi-  
dere non contigit, nec ab alio praeter  
Goltzium vulgatum reperi.

L E V C A .

*Caput muliebre nudum*. *X* *ΛΕΤΚ.*  
*Noctua olcae ramo insistens*. AR. III.  
(Hunter.)

Scite Combios numum hunc Leucae,  
vel Leucis Calabriae tribuit. Sane typus  
aversae totus est Tarentinus, et ex ver-  
su Lucani <sup>v</sup>):

*Antiquusque Taras, secretaque litora*  
*LEVCÆ*, appareat, Leucam fuisse Ta-  
rento vicinam.

AR. RRRR.

p) l. c. q) Num. vet. p. 30. r) Tab. Heracl. p. 37. s) in Ital. ant. Cluv. p. 282.  
t) Tem. II. p. m. 123. u) Rec. T. III. x) L. V. 376.

**L V P I A .**

Vide in *numis Lucaniae in genero.*

**S A L E N T I N I .**

Praeter argenteum ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ ab uno Goltzio prolatum exstant et aenei:

*Caput Palladis.* Ξ ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ. (A et N colligatis) *Noctua diotae infestens.* AE. II.

Numum hunc vulgavit Pellerinius <sup>1)</sup>, sed monitus a Khellio, legendum verius ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ, retractavit, quod ante constituerat, numumque esse Calactes Siciliae professus est <sup>2)</sup>. At testatur Sessinius, se numum Pelleriniano simillimum, eumque integerimum Byzantii in museo privato vidisse, utrumque adeo haud dubie esse Salentinorum. Sin istud, mira profecto videri debet perfecta concordia inter monetam Salentinorum, et Calactinorum.

**A. R R R .****T A R E N T U M .**

Vrbs maritima, opibus, potentia, magnificentia inter praecipuas liberarum Graeciae urbium, cuius testes ipsi numi, qui ingente numero exstant, fabrica in plerisque mirabili, neque in argento modo, sed et auro, aeneis rarissimi.

*Numi antiquissimi:*

**Z A Y A T .** Vir nudus velut uni pedi infidens d. clata plectrum, f. lyram, in area literis minutissimis ΠΤΟ Ξ. Sine epigrafe. Idem typus, sed incusus. AR. I. (Pellerin Suppl. IV. p. 25.)

Est hic antiquissimus omnium Tarenti numorum hactenus cognitorum persuadente istud non modo forma litera-

rum, sed etiam quod incusus est, quem modum esse certum indicem remotissimi aevi, in Lucania monobimus. In typi explicatu adhaesit Pellerinius. Propter violentum corporis habitum actorem sceanicum, vel pantomimum leviter conjicit, quod hominum genus in urbe deliciis corrupta magno fuisse in pretio constat. Sed enim quis credat, γελωτοποιον in monetae publicae thema fuisse lectum? Tarentinorum mores pessime fuisse corruptos, nemo ignorat, at nondum ea aetate, quam numus praefert, qui minimum tertio post urbem conditam saeculo malleo fuerit subditus. Sane Strabo induc tam morum licentiam inferioribus temporibus tribuit <sup>3)</sup>. Si gestus histrionico ad finis histrionem etiam probat, nihil vetat, quo minus Nemesis, Crimisum, Minotaurum, qui in numis Camarinae, Segestae, Cnossi eodem poplitis violenter flexi gestu proponuntur, histriones faciamus. Alibi diximus, corporis monetae violentiores in numis Graecis remotissimae esse vestitatis indicium. Ergo haec numi figura nisi Apollo est, erit forte Arion musicus, quem Tarenti commoratum in Brundusii moneta ex Herodoto docuimus.

Sunt adhuc alii argentei cum eadem veteri scriptura typo *Tarentis delphino insidentis.* (Pellerin l. c. in meis Num. vet. p. 32.) *Pegaso.* (Mus. Caes.) Alios vide apud Hunterum et Magnanum.

*Numi recentioris aevi.*

**T A P A Σ .** Vir nudus delphino vectus d. diotam, vel tridentem, arcum, galeam,

y) Rec. III. p. 178.

z) Suppl. I. p. 50.

a) L. VI. p. m. 429.

(Vol. I.)

*tripodem etc. gestans, per aream varia alia attributa, et literae. X Eques nudus coro- nam, vel clypeum, hastam etc. gestans, in area nomina magistratus.* AR. II.

Istud numorum genus copia, et varietate, quam minuta signa, manente semper utrinque typo principe, efficiunt, infinitum est, et ingentes Tarentinorum opes plus omnibus veterum testimoniorum comprobant. Varia ab eruditis ad hos numeros disputata cum spectatis typis, tum inscriptione TAPAS.

Fuere, qui censerent, juvenem delphino insidentem esse heroem Phalanthum. Hic Phalanthus domo Spartanus, et ex Partheniarum numero, sic dictorum, quod non ex legitimo matrimonio nati essent, cum se suumque collegium illiberali loco apud suos haberi videret, initio cum his consilio relicta patria in Japygiam delatus Tarentum pulsis veteribus incolis occupavit. Haec prolixe Strabo<sup>b)</sup>. Factum istud in prodigium auxit Pausanias, cum refert, Phalanthum antequam in Italiam perveniret, navi in Crisaeo mari fracta ad litus delphino enectum<sup>c)</sup>. Testimonium istud viris eruditis satis idoneum visum, cur hac imagine sisli Phalanthum crederent. Verum graviorem Pausania auctorem puto Aristotelem ipsis numis coaevum, qui teste Polluce<sup>d)</sup> haec tradit in libro περὶ Ταραντίνων πολιτειας: *Tarentini esse numerum, ἐφ' ἐντεκτωσθαι Ταραντα τον Ποσειδῶνος δελφῖνι ἐποχερενον, in quo signatus Taras Neptuni F. delphino vectus.* Ari-

stotelis testimonium praecclare confirmat aureus musei Caesarei, in cuius aversam, vel clypeum, hastam etc. gestans, juxta similem javenem delphino portatum legitur TAPAS, quod nomen pertinere ad ipsum vectorem, eo arguitur, quod in parte antica jam exstat nomen populi TAPANTINON. Tarantem hunc fuisse filium Neptuni, et Nymphae indigenae, tradit Pausanias<sup>e)</sup>, et Aristoteles loco supra citato, a quo et urbs condita est, et nomen abstulit. Servius conditam a Tarante, a Phalanthro auctam refert<sup>f)</sup>.

Ceterum falsum, quod opinati sunt aliqui, voce TAPAS semper indicari Tarantem conditorem, cum eadem saepe scripta sit propter signum, aut caput Apollinis, Herculis, aut alterius nominis. Ea fere semper urbis nomen notat, quae constanter a Graecis dicitur TAPAS, atque ut habemus in numis AKRATAS et AKRATANTINON, sic et TAPAS et TAPANTINON.

Agendum adhuc esset de attributis mire variis, quae Taras manu praefert, quibus aliquando conjecteram indicari ludos a Tarentinis in variorum deorum honorem immoderate celebratos<sup>g)</sup>. Equitem partis aversae ut demus esse Phalanthum, non tamen ideo, quod, ut existimat Begerus, clypeum gerit, cui inscuptus delphinus, nam variant haec clypearum ornamenta. Potest etiam eques hic indicare Tarentinorum rei equestris studium a veteribus insigniter celebratum, sic ut teste Stephano ταραντίνοι

b) L. VI. p. m. 426.    c) L. X. p. 831.    d) L. VI. p. 130.    e) L. X. p. 823.  
f) ad Georg. IV. 166.    g) Num. vet. p. 33.

Significaret, armatum et ad pugnas aptum equitatum facere<sup>b)</sup>), cum quo consentit et Euthathius<sup>i)</sup>, et Aelianus<sup>k)</sup>. Quare cum legimus apud Livium<sup>j)</sup>, Antiochum M. in praelio ad Magnesiam habuisse equites Tarentinos, aut apud Diodorum<sup>m)</sup>, Tarentinos equites cum Antigono contra Eumenem dimicasse, aut apud Polybium<sup>n)</sup>, fuisse eos in utroque exercitu cum Philopoemenis, tum Machanidae. Spartani, intelligendus est equitatus Tarentinorum disciplina imbutus. Erant vero docente eodem Livio Tarentini equites, *binos secum trahentes equos*<sup>o)</sup>. Secundum haec explicanda sunt verba Ciceronis, majori criticorum parti non intellecta: *Quae de Tarentinis in militia laboravi etc.*<sup>p)</sup>. Propter Tarantem Neptuni F. et urbis conditorem dixit Horatius: *Neptunoque sacri custode Tarenti*<sup>q)</sup>, et propter Phalanthum Spartanum, qui, ut diximus, coloniam hoc advexit, dictum Ovidio *Laboratorium Tarentum*<sup>r)</sup>. Virgilius ex veteri Laco-niae nomine urbem vocavit Oebaliae turres altas<sup>s)</sup>. Jure ergo negavit Polybius, dubitari posse, esse Tarentinos Spartanorum colonos, et cum his cognatione junctos<sup>t)</sup>.

*Caput muliebre perelegans.* Χ TAPANTINΩΝ. *Neptunus sedens s. tridentem, adstat puellus utraque manu elata deo ad blandiens.* AV.

Illustre hoc cimelium, et omnibus artis illecebris conspicuum edidi ex mu-feo M. Ducus<sup>u)</sup>. Dixeram ibi, adstantem puerum esse Tarantem Neptuni F., de quo mox egimus.

\* \* \*  
*Caput Herculis imberbe leonis exuvitis tectum.* Χ TAPANTINΩΝ. *Figura nuda in citis bigis d. flagellum.* AV. (Pellerin Lettre I. tab. 2.)

*Caput idem.* Χ *Sine epigrapha. Mulier nuda in citis bigis s. tridentem, in area ΚΛΗ.* AV. (Pembrok P. I. tab. IV.)

Numus praecedens etiam sequentis patriam enunciat. Mulier cum tridente haud dubia est Amphitrite Neptuni uxor, cui deo Tarantum sacrum. Hercules partis anticae confirmat verba Virgilii, qui Tarantum *Herculeum* appellat<sup>v)</sup>.

\* \* \*  
TAPANTINΩΝ. *Caput Palladis.* Χ *Figura nuda delphinorum bigis vecta, infra NIK.* AV. IV. (Beger T. I. p. 327.)

Marinum iterum numen, ceu in numero praecedente, in hac aversa exhiberi puto. Begerus propter adscriptum NIK. aliquid ad Victoriam pertinens auguratur, sed hae literae certum sunt magistratus initium.

\* \* \*  
TAPAΣ. *Vir nudus delphino vectus d. sagittam, s. arcum, in aīca ΗΗΡ.* Χ *Vir nudus eques s. clypeum cum hasta, d. hastam intorquet.* AR. II. (Mus. Caes.)

b) in Ταρας. i) ad Dionys. v. 376. k) Tactic. cap. 45. l) L. XXXVII. c. 40.

m) L. XIX. c. 29. et infra. n) Hist. IX. c. 10. 11. o) L. XXXV. c. 28.

p) ad Attic. L. V. ep. 19. q) L. I. Od. 28. v. 29. r) Met. XV. 50. s) Georg. IV. 152.

t) L. VIII. c. 28. u) Num. vet. p. 30. x) Aen. III. 551.

*Caput Palladis galeatum. Χ ΤΑΡΑΝΤΙΝΩΝ. Hercules leonem suffocans. AR. III. (Mus. M. Ducis.)*

Notandus in utroque nummo Tarenti cum Heraclea Lucaniae nexus, quam constat fuisse Tarenti coloniam. Hujus numi, ut infra docebimus, constanter ἩΡ. inscribuntur, et perpetuus in his typus Palladis et Hercules leonem opprimens. Vide quae plura de his numis olim monui <sup>y)</sup>.

*Caput Palladis galeatum. Χ ΤΑΡΑΝΤΙΝΩΝ. Noctua expansis alis fulmini infestans, in area ΣΩ. AR. III. (Mus. Caef.)*

*Caput Palladis galeatum. Χ Sine epigraph. Noctua strns expansis alis, in area ΣΩ. AV. (Pellerin Rec. I. tab. XXII. n. 2.) AR. (Mus. Caef.)*

*Caput Palladis galeatum. Χ ΒΝΒΑΝΙΩΝ. Noctua expansis alis fulmini infestans, in area ΣΩ. AR. III. (Mus. Caef.)*

*Caput barbatum redimitum diademate, cui hedera intexitur. Χ ΒΝΙΑΝΙΩΝ. Noctua expansis alis fulmini infestans, in area ΣΩ. AR. II. (Mus. Caef.)*

*Caput Palladis galeatum. Χ ΤΑΡΑΘΗ. in alio: ΝΕΥΜΗΝΙΟΣ. ΠΟΛΤ. in alio: ΟΛΤΜΗΣ. in alio: ἩΡΑΚΛΗΤΟΣ. vel ΑΙΓΑΣΤΟΚΡΑΤΗΣ. Noctua oleae ramo infestans. AR. III. (Pellerin Rec. I. tab. IX. Beger Th. Br. T. I. p. 444. Hunter tab. 29. et 56. Mus. Caef.)*

Ex his primus insignis, quod adjecto urbis nomine patriam proficitur, quo fit, ut trium proxime sequentium, qui lo plus duobus granis Anglicis adpendant mentionem dissimulant, patriam dentes.

certo teneamus; quem si prae oculis habuisset Pellerinus, nequaquam numum aureum, quem secundo loco descripti, Athenas avocasset. Juvatur judicium istud etiam literis ΣΩ., quae ut aream numi I., ita et trium proximorum occupant. Quis fuerit Tarentum inter ac Athenas nexus, quem non tam communis Palladis ac noctuae typus, quam adscripta in numorum postremorum uno nomina TAR. ΑΘΗ. aperte indicant, dicere non habeo.

ΒΝΒΑΝΙΩΝ. ΝΕΥΜΗΝΙΟΣ. ΠΟΛΤ. ΟΛΤΜΗΣ. certa sunt magistratum nomina, eti horum primum non videatur pure Graecum, de quo difficile arbitriari. Perperam igitur Begerus <sup>z)</sup>, et Nonnius <sup>y)</sup> numeros similes inscriptos ΟΛΤΜΗΣ, vel ΟΛΤΜΗΣ Ολυμπiae Elidis adscripserunt. Olympis viri nomen notum ex marmore Gualtheri: ΟΛΤΜΗΣ. ΤΠΕΡΒΟΛΟΤ <sup>b)</sup>.

Caput barbatum numi IV. certum est Bacchi Indici, quod praeclare confirmant numi Naxi Siciliae, in quibus videtur est caput simillimum non modo spectato cultu, sed et lineamentis. At constat, hanc Siciliae urbem cum priuatis fuisse Baccho devotam.

*Concha. Χ T. inter tres globulos. AR. VI. (Hunter.)*

*T. inter tres globulos. Χ T. inter tres globulos. AR. VI. (Hunter, Mus. Caef.)*

Sunt numuli minimae molis paullo plus duobus granis Anglicis adpendant mentionem dissimulant, patriam dentes.

y) Numi vet. p. 32.

z) I. c.

a) Goltz, T. III. p. 45.

b) Haeverc. in Parut. p. 170.

## VXENTVM.

TAPAN. *Vir nudus delphino vectus*  
diotam, s. cornucopiae. Ξ Concha. ΑΕ.  
III. (Mus. Caef. Magnat. Misc. T. III. tab.  
50. 51.)

Hos solos novi aeneos Tarenti numios.  
Vicinum Butuntum numos cum simili  
atrinque typo percussit.

*Magistratus frequens mentio.* Ali-  
quos in numis cum typo Attico jam vidi-  
mus. In aliis ΛΤΚΝΟΣ. ΑΡΙΣΤΩΝ.  
ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ. ΑΡΕΦΩΜ. ΘΤΑ-  
ΡΕΩΝ. etc. In plerisque magistratum  
vocabula sunt decurtata.

Deducta colonia V. C. 632. telle Vel-  
lio \*) ferire deinceps monetam defivit.

De numo aeneo, in quo eruditio vide-  
re sibi visi sunt caput Archytæ Taræntini,  
vide, quae in numis Romanis gentis Pro-  
culæ docebo.

AV. RR. AR. C. ΑΕ. RRR.

Hodie Ogento, est Ptolemai Oug-  
d. In Peutingeriana scribitur *Vhintum*,  
sed observo, saepe in hac poni n pro z,  
sic: Cyhico, Ahoton, pro Cyzico, Azoton.  
Scriptum igitur *Vhintum* pro *Vxintum*, et  
hoc pro *Vxintum*, quoniam inferiore  
aevò vix aliquod fuit discrimen inter Z  
et Ζ Graecorum. Huic urbi recte tribuun-  
tur numis:

*Caput Palladis, pone S. Ξ ΟΞΑΝ.*  
*Hercules stans d. clavam, s. cornucopiae,*  
*in area S et ramus. ΑΕ. III. (Mus. Caef.*  
*Pellerin Suppl. III. p. 96.)*

*Caput Jani geminum imberbe. Ξ*  
*ΟΞΑΝ. Hercules d. clavam, s. cornucopiae*  
*Victoriam desuper volantem suspicit.*  
*ΑΕ. II. (Mus. Caef.)*

Patet ex his numis, urbem Graecis  
dictam *Oxantum*, pro quo serius dictum  
*Vxentum*, quo modo Graecum ΟΡΞΑΝ-  
ΤΙΝΩΝ fuit Latinorum *Vrsentum* Luca-  
niae, de qua infra.

ΑΕ RRR.

## LVCANIA.

Vrbes vetustate, potentia, et numo-  
rum cum copia, tum artificio praestantes  
complectitur, quanquam Lucani ipsi;  
Graecis Δευκαροι, quatenus indigenæ  
essent et mediterranei, et non adventitiæ  
Graeci, qui litora fere tantum insedere;  
ignobiles essent ac bæbari, sic ut eos Iso-  
crates eodem loco, quo Triballos puta-  
ret. (Orat. de Pace.)

Opportune hoc loco agemus de nu-  
mis *incusos*, quos unius Magnæ Graeciae  
urbes, at majore numero Lucania, pro-  
tulere. En earum catalogum: in Calabria  
*Tarentum*, in Lucania: *Buxentum*, *Me-*  
*tapontum*, *Posidonia*, *Siris*, *Sybaris*, in  
Bruttiis *Caulon*, *Crotton*. Cum dico numos  
*incusos*, nequaquam intelligo eos, qui

e) L. I. c. 15.

tales sunt per monetariorum festinatio-  
nem, dum metallum numo jam signato  
impositum ab hujus parte convexa ean-  
dem imaginem, sed concavam mallei ictu  
acepit, quales copiosos in omni metallo,  
ac praecipue gentium R. numos habemus;  
verum eos, qui tales evaserunt ex certa  
lege monetaria uni huic tractui propria.  
Secundum hoc ergo institutum videmus  
in numis Caulonis, Posidoniae, Sybaris  
una parte stantem Jovem, Neptunum,  
taurum, altera parte eadem signa, sed  
labore concavo. Sunt tamen in his ipsis  
numis, eti fere omnes tenuissimae sunt  
laminae, manifesta indicia duplicitis ma-  
tricis; nam in numo Metaponti, quem  
infra citabimus, hinc comparet spica ex-  
stans, inde caput bovis incusum, in numo  
Crotonis hinc tripus extans, inde aquila  
incusa, in numis Posidoniae incusis reli-

quis omnibus saepe tridens, palliumque  
Neptuni operis exstantis, in omnibus ve-  
ro his epigraphes literae semper promi-  
nent. Manifestum igitur, ad formandos  
hos numos adhibitam matricem dupli-  
cem, quarum una tota concava efficit  
partem numi convexam, altera majore  
fui parte convexa nonnullis partibus con-  
cavis efficit aversam numi concavam non-  
nullis tamen partibus convexis. Quae ra-  
tio hanc monetae legem, quam aliarum  
gentium nulla imitata est, fuerit, incer-  
tum. Illud indubitatum, numos similes  
inter antiquissimos esse putandos, quod  
persuadent cum signa ipsa veterem adhuc  
rigorem spirantia, tum literarum forma  
pervetusta. Vide, quae plura de his exi-  
mie scripsit Cel. Barthelemyus in pra-  
claro suo Tentamine palaeographiae ve-  
teris<sup>d)</sup>.

### *Nomi LVCANIAE in genere.*

*Caput Martis galeatum barbatum.* Ξ  
ΑΟΤΚΑΝΟΜ. Pallas propere gradiens et  
respiciens utraque manu clypeum objicit  
hasta ad humeros inclinata. ΑΕ. II. (Mus.  
Caef.)

*Caput Cereris spicis coronatum*, in  
alio: *Caput Victoriae.* Ξ ΑΟΤΚΑΝΟΜ.  
Juppiter nudus gradiens d. fulmen inten-  
tat, s. hastam. ΑΕ. III. (Mus. Caef. Pelle-  
rin, Maguan Lucan. num. tab. 4.)

*Caput Jovis laur.* Ξ ΑΤΚΙΑΝΩΝ.  
*Aquila stans expansis alis et respectans*,  
in area colcopteron. ΑΕ. II. (Mus. Caef.)

*Caput Herculis leonis exuvii tectum.* Ξ  
ΑΤΚΙΑΝΩΝ. Pallas propere gradiens et

respiciens utraque manu clypeum praeten-  
dit hasta ad humerum inclinata. ΑΕ. II.  
(Mus. Caef.)

Quae de his numis Lucano populo  
tribuendis olim differueram<sup>e)</sup>, hoc loco  
restituenda videntur.

Typi hi omnes ad minimos usque  
apices, et numorum ipsa fabrica adeo  
cum Bruttiorum moneta conspirant, ut  
horum monetam crederes, nisi aliud di-  
ceret epigraphe. Ergo illud saltem cer-  
tum, eos a populo, qui Bruttii contiguus  
fuit, certa ratione ac consilio signatos,  
quod idem quoque de Mamertinis Sici-  
liae, quorum numi Bruttii item sunt

d) Mem. B. L. T. XXIV. p. 44.

e) Sylloge I. p. 4.

simillimi, probabile est. Priores duos nūmos ad Lucanos Bruttiis cōterminos pertinere, epigraphē ΔΟΤΚΑΝΟΜ satis quidēm indicat, sed apparet etiam, signatos illos tum, quando Graecorum lingua per liberalius cum Latinis commercium vitium facere coepit, nam probe Graece nunquam dictum est Λυκανία, sed Λευκανία, ut etiam nunquam probe Λυκιός, sed Λευκιός.

Plus difficultatis offerunt nūmi duo posteriores inscripti ΛΤΚΙΑΝΩΝ. Horum unum Frölichius, credo propter nominis adfinitatem, Lycio Thessaliae tribuit <sup>f)</sup>, quae sententia valere nequit propter causas adlatas. Pellerinius a Bruttiis signatos māvult, quorum pars sedē in Lucania fixa fese ad aliorum discrimen Αυκιανές, tanquam Bruttiōs *Lucanos*, dixissent <sup>g)</sup>. Conjectura mera. Mazonchius late prōbare adnititur, tribuendos esse *Lupiae Calabriae*, hodie *Lecce*, quam vetere aevo Graecis dictam Λυκιαν autumat tantum, non probat <sup>h)</sup>. Vérum si Lupiam pertinent tanto intervallo a Bruttiis dissitam, qua is ratione tam perfectam horum nūmorū cum Bruttiis similitudinem explicabit? Quid si statuamus, quoniam certum est, ad hunc eos tractum pertinere, *Lycianos* hos alios non esse, quam ipso Lucanos, atque ut iūdem perversa orthographia in praecedentibus nūmis dicere se poterant Λυκιανές pro Λευκιανές, ita errore altero fese dixisse Λυκιανές, dictione hac sponte ex adoptato semel Λευκιός Latinorum fluente, vetere

inter T Graecorum, et V Latinorum concordia; nam quod Graeci μύς, κυβός, idem Latini dixerūt *mus*, *cubus*, etc. Sic Appianus quōque ex Latinorum Bruttiis fecit Βεντρίος <sup>i)</sup>, qui pure Βεντρίος diocebat, et in numis Cretæ *Lupus* prōcos scribitur Graece ΛΤΠΟΣ.

Æ. RR.

### ATINVM.

Dictum Plinio; ad Tanagrum fl.

*Caput Palladis, pone 4. globuli.* X ATINIΩ (retrograde) *Noctua flans, in area vas, et 4. globuli.* AR. III. (Hunter.)

Similes typos habet etiam nūmus, quem Rybatinis Apuliae tribuimus.

Æ. RRRR.

### BUXENTVM, seu PYXVS.

De hac urbe sic Strabo: *post Pallinum PYXVS* (Πυξης) *promontorium, portus, et fluvius.* Condidit Micythus Mefenes in Sicilia princeps. Stephanus: Πυξης . . . δ ὁ οἰητῷε Πυξεντιος. Plinius: *Buxentum graece Pyxus.* Nimirūm nūmen traxerit ἀπὸ τῆς πυξης, a buxo, ex quo Romanis dicta *Buxentum*. In ισοριω συναγωγῃ Scaligeriana legitur: Μικυθος δυνασης Ρηγια και Ζαγκλης πολιν ἐκτιμε Τευχεντα, pro quo lege Πυξεντα, quod minor non observatum Scaligero.

ΠΥΞΟΕΜ Bos opere extante. X ΜΟΗΖΡΖΜ Bos incusus. AR.

Illūstrem hunc nūnum indicatum video a Winckelmanno <sup>k)</sup>. Epigraphē Graeca vetustissima, quam perperam Etruscana idem statuit, resolvitur in literas ΠΥΞΟΕΣ. Est hoc vocabulum ipsum urbis

f) Not. elem. p. 97. g) Rec. I. p. 52. h) Tab. Heracl. p. 519. i) in Hannibal.  
k) Hist. art. edit. Vindob. p. 138.

nomen pro ΠΤΕΟΕΙΣ, pro quo per cratin ΠΤΕΟΤΣ, Ποξετος, uti Σελνης contractum ex Σελνης, pro quo in numis Σελνης, de quo vide plura in Selinuntis Siciiae moneta. Ex vocabuli hujus literis commemorandum elementum + pro Σ positum, quod solo situ differt a X, quod in numis Naxi Siciliae passim pro Σ usurpatur. Reliquae literae cognitae jam sunt ex numis Sybaris et Posidoniae, uti et eae, quae in aversa vocem Siris constituant, qua de urbe infra.

Lubet in palaeographiae Graecae gratiam numi tam praestantis aetatem scrutari. Testibus Strabone et Stephano citatis Buxentum conditum est a Micytho, quem eti servili conditione natum Anaxilaus Regini tyrannus moriens tutela filiorum praefecit, quam eum sancte atque integre obivisse liberaliter collaudant Diodorus, Herodotus, Pausanias, Macrobius. Mortuus est Anaxilaus teste Diodoro<sup>1)</sup> V. C. 278., ex quo Micythus tutelam auspicatus est, conditumque idem Buxentum circa annum V. C. 283. refert<sup>2)</sup>. Eodem Diodoro teste<sup>3)</sup> Micythus anno V. C. 287. tutela decepsit, qui adeo anni utrinque sunt termini incunabolorum urbis, et ex quo efficitur, numum praesentem signari non potuisse ante annum V. C. 278.

*Concordia* cum Siri altera Lucaniae urbe, de qua infra. Hujus alterum exemplum habemus in numo Crotonis et Pandosiae, tum Lai et Posidoniae.

AR. RRRR.

### COPIA.

Vide *Sybaris*.

### GRVMEN TVM.

*Caput muliebre. X. I. PT. Equus sa-*  
*lens. A. III.*

Numum, hanc vidi Romae in museo Abbatis Chaupy. Non dubitabat vir eruditus illi eum Lucaniæ urbi largiri, cum praeterea prope eam reperiri illum continerit. In eadem sententia serius fuit etiam Cl. Combius, qui numrum similem ex museo Hunteriano vulgauit.

Æ. RRRR.

### HERACLEA.

Colonia Tarentinorum teste Livio, unde et Straboni dicitur *Heraclea Tarentinorum*<sup>4)</sup>. Conditam a Tarentinis V. C. 321. refert Diodorus<sup>5)</sup>, et quidem ex ruis Siris, sed alii inter utramque distinguunt. Et sane utriusque urbis nexus ex numis ipsis non obigure appetet, quos descripsimus supra in Tarento.

Vt saepe molesti sunt numi nomine Heracleæ insignes propter copiam urbium sic appellatarum, quarum unus Stephanus tres et viginti nominat, ita Heracleæ Lucanae numos commode distinxeris praefixa urbis nomini aspirata +, quae hac forma soli huic tractui propria est, et frequenter in Tarenti quoque numis occurrit, et de qua fuse ac erudite agit Mazochius<sup>6)</sup>, et egi ipse supra in Prolegomenis capite XVII. Sed observandum, quemadmodum numi omnes hac aspirata praediti haud dubie hujus sunt Heracleæ, ita argui non posse, nonnullos, qui ea

1) L. XI. c. 48. 2) L. XI. c. 50. 3) L. XI. c. 66. 4) L. VI. p. m. 429.  
p) L. XII. c. 36. q) Tab. Heracl. variis locis.

carent, ad eandem revocari nequire. Ut enim monetarii, ceu videbimus, varia- runt in reliqua urbis inscriptione, ita- hanc aspiratam poterant vel addere, vel omittere.

*Epigraphæ:*

HE. in parvis argenteis, in quibus: *Caput Herculis imberbe.* Χ *Leo currens.* Eos huic Heracleae tribuo, quia in Grae- cia M. reperiuntur; nam similes et Pelle- rinio<sup>1</sup>), et Neumanno et mihi nuper ex eo tractu adlati fuere. Sunt hi Heracleae antiquissimi, nam το H aspiratae vice fun- gitur, et E positum pro H.

ΤΗ. ΤΗΡΑ.

ΤΗΡΑΚΛΗΙΩΝ. plerumque.

ΤΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. rarius. (Hunter.)

ΤΗΡΑΚΛΕΩΝ. in numo, quem edi- di. (Num. vet. p. 37.)

ΤΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ. quem eodem loco edidi, et hoc vocavi propter similem fabricam, et caput Bacchi, cuius insignior apud hanc Heracleam cultus. Ab ea dialectus Dorica non aliena, nam oppidani per Tarentum ἀνεμού fuere Lacones, et in toto eo tractu valuit Dorismus.

*Typi:* in antica plerumque: *Caput Palladis*, in aversa: *Hercules leonem suf- focans*, qui typus obvius. In aliis: *Herou- les stans cum armis suis*, vel *semetipsum coronans*, vel *eius arma tantum &c.* — *Caput Palladis.* Χ *Noctua oleae ramo in- fests*, typus Atticus, cuius quoque simi- les sunt inter Tarentinos.

*Pallas stans ad aram sacrificat.* Χ *Dioscuri stantes.* ΜΕ. III. (Magnan. Miscell.)

Dioscuroram cultus a majore patria Sparta petitus.

*Mugistratum decurtata nomina:* ΤΗΛΩ. (Num. vet. p. 36.) ΑΟΔ. &c.

ΑΘΗ. ΧΑΛΚ. scriptum in numo ce- tera obvio juxta caput Palladis recte qui- dem ΑΘΗναίος ΧΑΛΚΙκον Spartanorum notabit, verum turbat numi praeco unus Goltzius.

ΑΥ. RRR. AR. C. ΜΕ. RR.

*L A V S.*

Graecis Δασος oppidum et fluvius, qui Lucaniam ab occidente a Bruttis diremit testibus Strabone et Plinio. Gentile Ste- phano est Αξινος, cum quo numi epigra- phæ ad amissim conspirat.

ΛΑΣΤ Βος cum facie humana stans et respiciens. Χ ΝΟΜ Βος cum facie hu- mana stans. AR. L

Eximiūm hunc numum, ac totum ex indole hujus tractus primus edidit Cl. Ignarra<sup>1</sup>), restituit Magnanus<sup>2</sup>). Ille utrius- que partis epigraphen conjungendo, cuius exemplum etiam offert Abacaenum Sici- liae, legit ΛΑΙΝΟΣ, numumque huic Lao tribuit. Inique viri praestantis judicium sollicitat Magnanus, quoniam, ut ait, ele- mentum primum Γ in vetustissimo Grae- rum alphabeto nunquam potentiam το Λ, sed Π habet. Non meminuit vir eruditus, in numis Cauloniae, quos idem edidit, li- teram Λ eodem modo formari, quorum Β. similem etiam pictum fitit Barthelemyus<sup>3</sup>).

Hoc praetera numo docemur, bovem bi- formem etiam in Lucania paustum.

<sup>1)</sup> Suppl. III. p. 25      <sup>2)</sup> de Pal. Neap.      <sup>3)</sup> Misc. IV. tab. 28. et Lucan. num.

υ) B. L. T. XXIV. p. 30.

(Vol. I.)

ΖΑΛ *Bos stans cum facie humana.*  
Σ. Δ. Ζ *Bos cum facie humana stans et re-spiciens.* AR. I. (Minervin. de monte Vul-ture tab. III.)

En tibi ejusdem Lai numum pervetu-stum alium a priore diversum. In antica legitur ΛΑΙ, in aversa ΠΟ, quibus du-bium non est indicari concordiam *Laum* inter et *Posidoniam*. AR. RRRR.

#### M E T A P O N T U M . -

Vrbs longae antiquitatis; nam si oppi-danis fides, condita est ab Epeo, cuius instrumenta, quibus Trojanum equum fabricatus est, in templo Minervae ostenta-bant teste Justino. Numorum eximie locu-ples est.

#### Numi antiquissimi :

META. (*scriptum literis per antiquis.*)  
Σ. Sine epigraphe. *Spica incusa.* AR. II. (in meis Num. vet. p. 38. Mus. Caef.) In al-terius aversa: *Caput bovis incusum.* AR. III. (Mus. Caef.)

Numi sic incusi et opus Lucanum, et remotum aevum indicant, ut dixi in pro-legomenis ad numos Lucaniae.

*Vir nudus stans d. clavam super humero.* Σ. META. *Spica.* AR. I. (Magnan. Milc. T. III. tab. 26.)

*Minotaurus stans d. quid simile patere, s. arbutum.* Σ. META. (retrograde.) *Spica.* AR. I. (Ibid.)

*Vir nudus adversus stans d. oblongum ramum frondosum humili attinet, s. bacillum.* Σ. META. *Spica.* AR. II. (Edidi ex Mus. Caef. in Sylloge I. p. 5.)

Omnes hi numi cum ab antiquitate, tum typis sunt illustres. In numo altero Minotaurum per caput bovinum, et reliquum corpus hominis quis inficiabitur? Monumenta vetera, quae famigeratum istud monstrum fistunt, copiosa citavi supra in dissertatione III. ad numos Campaniae. Atque idein hic Minotaurus ultro explicatum sufficit viri nudi in numo pri-mo stantis cum clava, qui certus est The-seus monstri domitor. Utrumque igitur horum numorum thema est conjungendum, et sic conjunctum exhibetur in eximia gemma Musei Caef., quam edidit Stoschius <sup>x)</sup>, ipse serius restitui <sup>y)</sup>. Theseo perinde atque Her-culi clavam pleraque veterum monumen-ta addunt. Ejus causa una, quod ex poeta-rum lenthentia heroes vetustissimi hoc praecipue armorum genere sunt usi, quo etiam usum Oriona eleganter describit Homer-us <sup>z)</sup>:

Τούδε μετ', Ωριωνα πελωρίου ἐσενοῦσσα  
Θηρας δύες ἐλέυστα κατ' ἀσφοδελον λεπ-μωνα,

Τεράντος κατεπεφνεν ἐν σικολοσιν δρεσσή,  
Χερσον εχών ἔσπαλον παγχαλίεον, ἀει-άργες.

Post hunc, Orionem ingentem vidi,  
Feras simul venantem per floridum  
pratum,

Quas ipse occidit in desertis montibus,  
Manibus habens clavam totam aeream,  
semper infractam.

Causa altera, eaque propior, quod Herculem Theseus imitari in omnibus voluit, ac propterea constanter etiam clava est usus, ut latius dixi in laudata dissertatio-

x) Pierr. grav. tab. LI. y) Choix de pierr. grav. tab. 32. z) Od. V. 571.

ne. Quae sit causa argumenti Cretensis in numero M. Graeciae, ignorare me profiteor. Cretenses ab expeditione Sicula, qua caesum Minoem regem suum ultum ibant, tempestate in Japygiam ejectos, et plures in hoc tractu urbes occupasse, aut condidisse, veterum plures docuere <sup>a)</sup>).

Nomi III. argumentum magis abstrusum. Quo loco nūnum hunc olim vulgareram, verisimile dixi, eo exhiberi δερδεοφορια, seu ramorum gestationem, ad veterum ritus sacros pertinentem <sup>b)</sup>. Arbitretur lector.

*Nomi recentioris aevi.*

*Epigraphe:*

META. fere constanter, sed aliqui numeri sic inscripti ad Melembriam Thraciae pertinent, in quo peccatum a Goltzio, ut in hujus urbis humis dicetur.

ME. ΜΕΤΑΠΙ. ΜΕΓΑΠΟΝ. ΜΕΤΑΠΟΝΤΙΝ., ratus METAPONTINΩ. (Hunter.) METABQ, de qua epigraphe infra.

*Caput Cereris, vel: Palladis galeatum alatum, vel: Martis barbatum, vel: virile cornutum jam barbatum, jam imberbe. Ξ META. Spica, cuius culmo divergenti attributa varietatis mirae et jucundae infident, ut: clava, diota, caduceus, fulmen, aratrum, Pegasus, tripus, noctua, foroeps, mus &c. et quod rarius, triquetra Sicula.* (Hunter.) AR. III.

Inter deorum capita observandum caput arietis cornu onustum, idque jam barbatum, jam imberbe. Eadem varietas ha-

betur etiam in numis Cyrenaicis, in quibus censimus exhiberi Jovem Ammonem, ejusque filium Bacchum. Si uolimus in numis quoque Metapontinis admittere Libycom hunc Jovem, et si satis constat ex Pausania <sup>c)</sup>, eum ab Eleis quoque eximie observatum, ac praecipue Spartanis <sup>d)</sup>, possumus capita haec utrolibet cultu putare Bacchi, quem barbatum habemus in numis Tarenti et Naxi, imberbem cornutum in numis Nuceriae Campaniae.

Spicae, qui typus Metaponto fere proprius, ratio ab agriculturae opibus petenda, quae tantae fuere, ut oppidani Strabone teste <sup>e)</sup> auream mellum Delphis dedicarent, quod et factum a Myrhinaeis et Apolloniatis refert Plutarchus <sup>f)</sup>.

NIKA. *Caput Victoriae diadematate revinctum. Ξ METAPONTIN. Spica, super cuius culmo malum Punicum. AR. II. (Mus. Pr. Waldek.)*

ΣΩΤΗΡΙΑ. *Caput Cereris adversum spicis ornatum. Ξ META. Spica. AR. II. (Mus. M. Ducis.)*

Numūm hunc olim edidi <sup>g)</sup>, ac constitui, voce ΣΩΤΗΡΙΑ intelligi Salutem, atque sic dici ipsam Cererem ἀντονομασίως ob soli ubertatem, quo sensu Maronitas quoque Bacchum in numis propter vini abundantiam dixerunt ΣΩΤΗΡΑ.

*Caput juvenile diadematum, retro ΣΤ.*

a) Herodot. L. VII. c. 170. Strabo L. VI. p. m. 427. Plutarch. Quæst. Graec 35. b) Sylloge I. p. 5. c) L. V. c. 15. d) Lacon. c. 18. e) L. VI. p. m. 406. f) de Pyth. orac. p. 401. g) Num. vet. p. 38.

**X METABO.** *Spica. AR. II. (Magnan. Luc. num. tab. 37.)*

Teste Stephano Metapontum conditum fuit ἀπὸ Μεταφῆς τοῦ Σισυφῆς τοῦ Αἰολές, αἱ Μεταφόρτοι διὰ βαρβάρων. **METABON** εἶλεγον, *Metapontum enim barbari dixerunt METABON*, et in hanc sententiam Eustathius<sup>b)</sup>. Hujus Metabi jam meminit Virgilius<sup>i)</sup>:

*Priverno antiqua Metabus cum excēderet urbe.*

ad quem versum Servius: *Metabus fuit dux Græci agminis, qui juxta Adriaticum mare Metapontum condidit.* Strabo ex Antiochi testimonio ipsam etiam urbem appellatam Metabum adserit<sup>m)</sup>. Verisimile, ex indigenarum lingua et conditorem dictum Metabum et urbem, subinde idem nomen a Graecis in *Μεταπόρτοι*, et *Μεταπόρτοις* detortum. Vide de hoc plura in Salmasii exercitationibus Plinianis. Habemus igitur in insigni hoc nummo hinc caput ipsius Metabi cultu regio, inde urbis nomen **METABO**, sive, ut ait Stephanus, secundum barbarorum dialectum, sive sic ad conditoris memoriam expressum.

*Mercurius nudus stans dextera super candelabro extensa, s. caduceum, in area ET. et circulus.* **Χ ME. ΟΒΟΛΟΣ. Spica. Έ. II. (Mus. Caef.)**

**ME.. Caput Cereris.** **Χ ΟΒΟΛΟΣ. Spica. Έ. (Motraye Voyage T. II. tab. 7. n. 40.)**

Ex numo priore, eoque integerrimo corrigendum vitiosum musei Hunteriani

num, in quo Cl. Combis pro ΟΒΟΛΟΣ legit ΘΕΟΔΟΣ., quemque propterea Theodosiae Chersonesi Tauricae tribendum putavit, corrigendum etiam Goltzium perperam in simili numo legentem NI-ΣΑΙΩΝ, lepidamque ejus explicationem a Cupero oblatam, jam olim latius disputavi<sup>j)</sup>. Maximum numi pretium est in scriptum ΟΒΟΛΟΣ unico in numis Italicis valoris scriptura expressi exempli. Numos, qui pondus aut valorem literis notatum offerunt, recitavi in Prolegomenis generalibus cap. IX.

**Magistratus ΔΕΤΚΙΠΠΟΣ**, aliique nominibus decurtae MAX. ΑΘΑ. &c.

AV. Goltziani. AR. C. Μ. R.

**POSIDONIA, PAESTVM.**

Prope Silarum fl. in litore Tyrrheno. A Doriensibus condita auctore Solino. Serius Sybaritae urbem missis eo colonis auxere<sup>n)</sup>. De urbis appellatione Plinius: *oppidum Paefium, Græcis Posidonia, et Strabo: in Posidonium finum, qui nunc Paestanus vocatur, et urbs Posidonia, Paestus, in medio finu jacens.* Nomine Posidoniae Graecos, Paesti Latinos habemus numeros, eosque tanta copia, ut teste Paschali Magnonio in solo museo Carafæ Noien. sium ducis LXX: fere numismata nomine Paesti, eaque varia numerentur, et fere totidem Posidoniae nomine<sup>o)</sup>. At nuper Paulus Ant. Paoli in magnifico opere, in quo Paesti rudera exhibentur, numos quadringentis plures seu Posidoniae, seu Paesti, seu Vistiniis nomine signatos vulgavit.

<sup>b)</sup> ad Dionys. V. 368.

<sup>i)</sup> Aen. XI. 540.

<sup>k)</sup> L. VI. p. m. 406.

<sup>l)</sup> Syllage I. p. 7.

<sup>m)</sup> Strabo, Seymnus Chius.

<sup>n)</sup> de ver. Posid. orig. p. 24.

**Quisquis operosis ac incredibilibus conjecturis delectatur, legat, quae de urbis origine et etymo prolixe meditatus est Mazochius <sup>o</sup>), quo in argumento laudatus. Magnonius multo est versatus simplicius, ac propterea sanius.**

*Numi Posidoniae nomine.*

ΓΟΜ. ΓΩΜ. ΓΟΜΕ. ΓΟΜΙ. ΓΟΜΕΣ. ΓΟΜΕΣΔΑ. ΓΟΣΕΙ. ΓΟΣΕΙΔΩ. ΓΟΣΕΙΔΑΝ. ΓΟΣΕΙΔΩΝΕΑ. ΓΟΣΕΙΔΑΝΙΑ. In uno eodemque numo mui-  
sei Caesarei legitur hinc ΠΟΣΕΙΔΩΝ, illinc ΠΟΣΕΙΔΑΝ.

M in his numis est sigma antiquissimae formae. ΠΟΣΕΙΔΑ et ΠΟΣΕΙΔΑ-  
ΝΙΑ oppidanorum originem Doricam te-  
flantur. Istud jam ex Solino constabat.  
Sed et Suidas <sup>p</sup>: το δε Ποσειδανεω δηλού-  
στι Δωριων.

Epigraphæ jam moris nostri est, jam retrograda, et plerumque in utraque numi facie exarata.

*Typi:*

*Neptunus gradiens pendente ex hume-  
ris palliolo f. extenta, d. tridentem intor-  
quet. X Idem typus, sed incusus. In alio:  
Taurus stans vel gradiens. In alio: Bos-  
cum facie humana.* (Ignarra de Pal. Neap.  
p. 264.) AR. I. II.

Neptunus, Graecis Ποσειδῶν, ad urbis nomen adludit. Taurus his numis inser-  
tus, vel quod Neptuni victima est secun-  
dum Maronem <sup>q</sup>): *Taurum Neptuno &c.*, amissum institutum patrium eloquuntur  
vel nexus cum Sybaritis supra statutum  
indicat, in quorum numis taurus ob-  
vius.

Exstant et aenei Posidoniae numi ty-  
po a prioribus non multum diversa.

Aureum unus edidit Goltzius cum epi-  
graphe: ΠΟΣΕΙΔΩΝΕΑΤΑΝ. Eidem ge-  
minum argenteum protulit Begerus, sed  
inscriptum ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΣ. <sup>r</sup>), quem  
nunc satis constat esse Maroneæ Thraciae,  
atque, ut satis appetet, Goltzianum quo-  
que adficta epigraphæ ΠΟΣΕΙΔΩΝΕΑ-  
ΤΑΝ.

*Concordiae cum Lao ejusdem Luca-  
niae numum perantiquum vide supra in  
eiusdem Lai moneta.*

AV. Goltzianus. AR. R. ~~R.~~ RR.

*Numi Paefi nomine.*

De conversa urbis fortuna haec Ari-  
stoxenius apud Athenaeum <sup>s</sup>): *Posidoniae  
ad Tyrrhenicum sinum positi, qui ante  
Graeci, in Tyrrhenorum aut Romano-  
rum-barbariam lapsi, mutata lingua et in-  
stitutis reliquis, festo quodam die ex iis,  
qui sunt in Graecia celebres, excunt, me-  
moriisque renovant et priscorum nomi-  
num, et consuetudinum antiquarum ac lo-  
gitinlarum patriae, lacrimatique, et for-  
tem suam mutuo conquesti discedunt. Ari-  
stoxeni orationem eximie comprobant nu-  
mi. Nam pro vetero Posidoniae nomine  
exsurgit novum Paefi, argento succedit  
aes, artificio insigni labor barbarus,*  
*amissum institutum patrium eloquuntur  
vel nexus cum Sybaritis supra statutum  
inscripta Ilyrorum nomina. Veteres urbis  
opes testantur reliquiae subfrictionum,  
quae in nostram aetatem duravere, et ab*

<sup>o</sup>) Tab. Heracl. p. 499. seq.

<sup>p</sup>) in Ποσειδωνειον.

<sup>g</sup>) Aen. III. v. 119.

<sup>r</sup>) Th. Br. T. I. p. 273;

<sup>s</sup>) L. XIV. p. m. 632.

eruditis Anglis edita sunt in opere: *the ruins of Paestum*, cum tabulis aeneis XXIV. Londini 1768., et proxime in alio opere Latine et Italice scripto: *Paestii, quod Posidonium etiam dixerunt, rudera. Romae 1784. auctore Paulo Antonio Paoli.*

Colonia deducta fuit V. C. 480. teste Velleio<sup>1</sup>), et ab eo tempore percussi numeri Latinum Paestii nomen praeferentes...

*Epigraphæ:*  
PAE. PÆ. PAES. PÆ. PAIS. PAIST.  
ΠΑΙΣΤΑΝΟ. In nonnullis legi ΠΑΙΣΤΑΝΟ, adfirmat idem Cl. Paoli, ex quo arguit, oppidanos quoque *Pliftios* dictos. Verum in his Λ alius non est, quam Α transversa linea multatum. Eodem teste in nonnullis legitur etiam ΠΑΣΤΑΝΟ, et ΠΙΣΤΑΝΟ<sup>2</sup>).

*Typi* admodum varii. Praeter variorum Deorum capita comparent aper, templum, prora navis, uncra, gubernaculum, delphinus, cornu copiae &c. Insigniores sunt:

DEA. BONA. *Dea sedens cornu manibus tenet.* X L. MARCI.—FLAVI. HVIR.  
PAE. in medio S. Ε. III. (Mus. Caef. Magnon. Orig. Paest.).

Deae Bonae cultum cum Romanis colonis huc migrasse numus hic docet. Cur ea cornu praeferat, mihi ignotum.

ΠΑΕΣΤ. Quatuor souda instar Macedonicorum disposita, infra 4. globuli. X Cornu copiae. Ε. III. (Magnan. Lucan. num. tab. 31.)

Scuta sic in orbem disposita in nummis fere tantum Macedonicis observantur. Ta-

men etiam in moneta Philadelphiae Lydiae, et Callatiae Moesiae observantur.

*Caput Neptuni.* ΠΑΙΣΤΑΝΟ. Cupido delphino vectus d. coronum, f. tridentem. Ε. III. (Magnan. Lucan. num. tab. 29. Mus. Caef.)

*Caput Neptuni, pone S. Ξ ΠΑΙΣ. Tridentis, in area S. C. Ε. III.*

Namnum hunc vulgavi ex museo M. ducis<sup>3</sup>. Insignem facit additum S. C., quo indicari opinabatur, Paestum ex S. C. deductam coloniam, ut revera Vellejus Paestum inter eas colonias enumerat, quae jussu senatus deductae sunt<sup>4</sup>). Ceterum cum numus hic unicus foret, qui S. C. adderet, lubens aquiesco iudicio Neumannii opinantis, vitio numi oculis meis illusum, et quod S. C. videbatur, verius esse ornamentum tridentis, suadentibus istud numis similibus aliis magis integris.

*Magistratus:* Hviri, ut L. ARTV. C. COMIN. HVIR. (Mus. Caef.) In nonnullis infra typum templi scriptum QVI, quo Mazochius existimat indicari templum QVIrini<sup>5</sup>). Hanc sententiam evertit numus Magnenii, in quo juxta caput virile nudum legitur QVIN. Pellerinius maxvult esse literas *deXaisorag* Hviri<sup>6</sup>). Verissimilis videtur, notari QVINquennalis, quo nomine saepe Hviri in numis Hispaniae compellantur. Cl. Paoli famulis sumi literas QVI. S. PAES. explicat: QVINquennalia Sacra PAESTi, quo vereor, ut eruditorum ad sensum auferat, quando solitarium illud S, certa in his numis

1) L. I. c. 14. 2) L. c. tab. 49. 3) Num. vet. p. 39. 4) L. I. c. 14. 5) Tab. Her. p. 513.  
a) Suppl. II. p. 19.

semifissis nota, aliam vocem constitueret  
nequit.

**Patroni:** CN. COR. M. TVC. PATR. *intra coronam.* (Mus. Caef.) Verbum PATR. significare *patronos*, jam viderunt Pellerinius, et Magnonius<sup>b)</sup>. Non repugnare, eosdem esse Ilviro, et ejusdem coloniae patronos, probavi in meis Numis vet. p. 40. Patroni leguntur etiam in numis Gadium, et variarum Bithyniae urbium.

**PONT.** In numo Magnonii scriptum: FAD. PONT. Vir eruditus posteriorem vocem explet PONTifex. Ut insolentius videri possit additum Ilviro munus pontificium, confirmari tamen haec sententia posset numo Magnani, in quo praetenditur lectio: D. FAD. EPVL.<sup>c)</sup>. Nam si Fadius se se *epulonem*, seu VIIvirum epulonum profiteri potuit, cur non et pontificem? Verum in hoc numo legendum L. PVL., non EPVL., probant numi similes musei Caesarei, et apud Maghonium. Videlatur ergo FAD. PONT. indicare bina Ilvorum nomina, ut saepe alias in numis Paestanis.

**DEM.** In numo Magnonii legitur: D. FAD. L. PVL. DEM. Polotrema vox an cognomen est? an potius DEMarchum notat, quem magistratum fuisse apud Neapolin auctor est Spartanus<sup>d)</sup>? Res minus certa, praecipue cum constet, Ilviro, coloniae Paestanae praeftuisse.

*Afis* partes in omnibus Paesti numis notantur.

#### Æ. C.

Numos binos, in quorum antica juxta caput laureatum leguntur literae P. S. S. C., in aversa nomina Ilvirorum, in Catalogo musei Caesarei Paesto tribuendos putavi. Observavi serius ex numis magis integris, certum in iis esse Tiberii caput. Quare cum certum non minus sit, Italiae urbes numos cum imperatorum capite nunquam signasse, a Paesto haud dubie sunt arcendi. Eos descriptos reperies in moneta Carthaginis Africæ, in cujus eos parte habendos tenuis est conjectura.

Exstant numuli argentei IV. formæ:  
*Caput juvenile adversum, nonnunquam passiscrinibus. X Delphinus, granum hordei, acrostolium, concha, aut pro his: Taurus cum facie humana, epigraphe vel moris nostri, vel retrograda: ΣΙΣΓΥVS. 8ΙΣΓΥVS, 8ΙΣΓΥVIΣ, ΨΙΣΤΕΑΙΔ, ΒΥΥΓΝΙΣ. &c.*

Numos hos Passerius<sup>e)</sup>, Mazochius<sup>f)</sup>, et Ignarra<sup>g)</sup> Paesto tribuerunt, in quorum sententiam nuper ivit etiam Paoli in opere aliquoties laudato, propterea quod ii copiosi inter rudera veteris Paesti reperiuntur. At Guarnaccius eos Faefulis Etruriae<sup>h)</sup>, Magnonius in citata dissertatione Plisiæ Campaniae largiti sunt. Singulorum argumenta ejusmodi sunt, ut negare ad sensum citra pertinaciam liceat, et rectius cum iis actum iri existimo, si hactenus inter incertos seponantur. Ceterum esse

b) II. cc. c) Luc. num. Tab. 27. n. 12. d) in Hadr. e) Gori Symb. lit. T. II.

f) Tab. Her. p. 530. g) de Pal. Neap. p. 262. h) Orig. Ital. T. II. p. 227.

**Samniticos**, vel Oscos, non patitur dubitare literarum forma, et consentit cum hoc judicio regio, in qua ii copiosius reperiuntur, nimis Campania, ut diserte testatur Cl. Ignarra<sup>1)</sup>, aliisque. Atque ut concedam etiam, numos hos esse Paestanos, nunquam sane adducar, ut credam, esse eos antiquiores pervetustis iis incusis Pofidoniae nomine insignibus, quam sententiam post alios nuper recoxit Cl. Paoli. Literae Oscae nullatenus sunt signum remotae antiquitatis, quod variis eruditis visum, sed praevalentium in urbibus Graecis Oscorum indigenarum, quo in arguimento fui longior supra dissertatione I. Campaniae numis subjecta.

AR. R.

**P Y X V S.**

Vide *Buxentum*.

**S I R I S.**

Sita ad flumen cognominem prope Heracleam, cujus postea fuit navale; nam urbs ipsa pridem exstitit a Trojanis, ut ferebant indigenae, condita teste Strabone.

Numum *argenteum antiquissimae notae*, in quo Siritis nomen, scriptum retrograde ΜΟΗΣΙΣΜ Sirinos cum nomine Buxenti conjungitur, supra in Buxento vidimus. Sed et seorsim aenei editi extant apud Pellérinium: (Suppl. III. p. 88.)

[EI. *Caput Mercurii.* Ξ *Diota.* ΑΕ. III.]

[ΑΑ. *Caput Mercurii.* Ξ ΣΕΙΡΙ. *Aquila stans*, in area corona. ΑΕ. III.]

[ΕΙΡΙΖ. *Prora navis.* Ξ ΚΟΤ. *Diota.* ΑΕ. III.]

ΑΑ. numi alterius videtur notare *Lagariam*, quae urbs perquam vicina fuit

Siriti aedificata ab Epeo equi Trojani architecto, ut tradit Strabo, Lycophron, ejusque enarrator Tzetzes<sup>2)</sup>, nisi forte notat Laum ejusdem Lucaniae. Numus postremum propter typos utriusque partis, atque etiam literas aversae KO. forte aptius Corcyram revocaveris, quod patet hujus insulae numos contendenti.

ΑΕ. RRR.

**SYBARIS, THVRIVM, COPIA.**

Sybaris sita ad ostia fluvii cognomini in finum Tarentinum exirentis. Urbis ingentem potentiam commemorant Strabo, Herodotus, Diodorus, sic ut in bellum adversum Crotoniatas trecenta suorum millia educeret. Sed enim luxu, qui in proverbium abiit, perdita, et Crotoniatas stolido bello adorta, ab his consilio Pythagorae, duce famigerato Milone victa et eversa est, ut haec enarrat Diodorus<sup>3)</sup>, quod factum D. circiter annis ante Christum colligit Mazochius<sup>4)</sup>, ex calculo Diodori V. C. 243. <sup>5)</sup>)

*Nomine SYBARIS.*

Numi antiquissimis

VM. *Bos stans et respiciens.* Ξ *Sine epigraphe. Idem typus, sed incusus.* AR. LII.

Numi similes pridem cogniti, sed cum nondum constaret, V esse vetus Graecorum T, et M vetus Σ, et lectionem praeterea retrogradam, diu in VMbrorum moneta perperam sunt habiti. Nunc certi jam sumus, legendum ΣΤ., eosque esse Sybariticos, quod ex sequentibus amplius patet. *Bos stans et respiciens*, perpetuus est ac proprius Sybaritarum typus, incertum qua de causa. Hi numi, ut et sequentes

1) I. c. 2) V. 930. 3) L. XII. c. 9. 4) Tab. Her. p. 504. 5) L. XI. c. 90. et L. XII. c. 10.

per fabricam tam remotum profitentur suspicabar tantum ex modo bovis respec-  
aeum, ut Sybaritarum adhuc re inte-  
gra, nimirum saeculis V. ante Christum  
patum feriri facile potuerint. De numis  
id genus incusis egimus in Prolegomenis  
ad numos Lucaniae.

VM. *Bos stans et respiciens*, cuius  
dorsō infidet cicada. X Sine epigrapho.  
Idem typus, sed incusus. AR. I. Mus. Caef.)

VM. *Bos stans et respiciens*. X M  
circum quatuor globuli. AR. III. (Magnan,  
Mus. Caef.)

Numum priorem causa cicadae, su-  
per bovis dorso garrientis, quam in hac-  
tenus cognitis non observaveram, olim  
vulgavi <sup>o</sup>). Vtrum globuli numi alterius  
rationem ponderis habeant, decidi vix  
poterit.

MV. *Bos stans et respiciens*. X MV.  
Typus similis. AR. I. (Dutens.)

Diffrat a praecedentibus scriptura  
non retrograda, sed moris nostri.

*Epigrapha extita. Bos cum capite  
humano et barbato stans et respiciens. X  
Sine epigrapho. Idem typus, sed incusus.*  
AR. II. (Mus. Caef.)

Hunc quoque numum, singularem  
plane, luce dignum putavi <sup>p</sup>). Eum ὡς ἵ-  
καρδῶν a Cl. Ignarra ex museo ducis No-  
jae indicatum video, qui et testatur, jux-  
ta scriptum legi solitum VM. <sup>q</sup>), tanto  
gratiore testimonio, quod certum me  
etiam reddit, hunc quoque numum esse  
Sybariticum, quod, exesa inscriptione,

suspicabar tantum ex modo bovis respec-  
tantis, et typi in aversa repetiti, et in-  
trorsum hiantis. Habemus ergo in Syba-  
ris quoque moneta biforme illud mon-  
etrum, sed Συβαρίτικος propositum, nem-  
pe respicientis ritu.

VM. vel ABVM. *Bos stans. X Neptu-  
nus stans d. extensa, f. tridentem vibrat.*  
AR. III. (Hunter.)

Vt pars antica Sybarin, sic aversa  
Posidoniam respicit. Eodem modo Cro-  
tonem et Veliam commissas infra in Cro-  
tone videbimus.

Numi recentiores :

*Caput Palladis galcatum laureatum. X  
ΣΤΒΑ. Bos stans et respiciens. AR. IV.*  
(Mus. Caef.)

Propter ea, quae disputabo, addo  
numum alium:

*Caput Palladis. X ΘΟΤ. Bos stans,  
et respiciens. AR. IV. (Mus. Caef.)*

Hi numi eximi sunt laboris, et quan-  
tum ex fabrica et literis, quae novissi-  
mae sunt formae, potest conjici, non mul-  
tum sane Alexandri M. aevo videntur ve-  
tustiores. At istud ipsum est, quod histo-  
riae in speciem repugnat. Ejus causa ne-  
cessa est, ea, quae urbis excidium conse-  
cuta sunt, paucis attingere. Vrbem a  
Crotoniatis circa annum V. C. 243. ever-  
sam ex Diodoro docuimus. Prosequitur  
idem hic scriptor Siculus <sup>r</sup>): anno LVIII.  
postea quam haec contigere, Thessalum  
quemdam collectis Sybaritarum reliquis  
urbem instaurasse, cumque eam annis VL  
tenuisset, rursum a Crotoniatis cum suis

<sup>o</sup>) Sylloge I. p. 8.

<sup>p</sup>) Sylloge I. p. 8.

<sup>q</sup>) de Pal. Neap. p. 266.

<sup>r</sup>) L. XI. s. 90.

(Vol. I.)

pulsum. Idem repetit infra atque sic historiam retexit <sup>s)</sup>: Sybaritas iterum exiles impetratis ab Atheniensibus auxiliis, vocatisque in societatem ex universa Peloponneso colonis reversos in patriam ex oraculi monitu prope veterem Sybarin apud fontem, cui nomen *Thuriae*, novam urbem molitos; quam a fonte *Thurium* appellavere. Factum istud, ut diceret docet Dionysius Halicarnassensis <sup>t)</sup>, anno V. C. 310., quo eodem anno teste Plinio <sup>u)</sup> Herodotus Thuriis historiam suam condere coepit, qui patria Halicarnassensis tamen Thurius dici consuevit, quod locum se deducendae Thurium coloniae adjunxisset, ut refert Strabo <sup>x)</sup>. Ex Diodori calculo id factum biennio ante <sup>y)</sup>. Verum non diu, prosequitur Diodorus, concordia inter Thurius constituit. Nam cum veteres Sybaritae colonos adscititios inferiores ducerent, hi initio confilio, nam numero superiores fuere, Sybaritas prope omnes internecione delent, et suo urbem arbitrio regere incipiunt permissa Charondae constituendae reip. cura. Idem paucis docet Aristoteles <sup>z)</sup>.

In hac oratione, quod ad numos praesentes attinet, nihil aliud turbat, nisi quod Diodorus hunc civitatis dissensum, et veterum Sybaritarum exitium nimium tempori constitutae coloniae, seu anno V. C. 310. admovet. Quo enim, quaeso, tempore secundum hanc Dionysii historiam descriptum hic numus ΣΤΒΑ signatum statuemus? an ante primum Sybaritarum excidium D. ante Christum annis?

at tam remotam aetatem diffitetur, ut dixi, ejus fabrica, et literarum forma. An paullo post restitutam circa annum V. C. 310. urbem? Verum huic adhuc aetati repugnat labor perelegans, caput Palladis multum extans, ejusque nitoris, qualis illud in pulcherrimis Veliae, Metaponti etc. numis sifflit; praeterea characterum lex novissima, qui istud adhuc aevum in hoc praecipue tractu propalam inficiantur. Confer velim numum Buxenti et Siritis ejusdem Lucretiae urbiū non multum dispari aetate, ut vidimus, percussum, et fabricam bovis incusi, tum literas ΠΤΞΟΕΣ antiquissimae rationis cum praefente Sybaris, ac tum aude tantae illum antiquitatis profiteri. Certum igitur vel ab hac ipsa causa, multis serius annis, quam istud dicere videtur Diodorus, alterum hoc Sybaritarum factum contigisse, et verisimiliter vergente ad finem saeculo IV. urbis conditae. Et vero auctori huic cetera praeclaro non satis fuisse veterem hujus urbis historiam cognitam, satis appetit ex his, quae copiose de Charonda Thuriorum legislatore eodem loco per insignem parachronismum refert, quem jam notarunt Wesselius <sup>a)</sup>, et Bentlejus <sup>b)</sup>.

Si igitur numus hic ad alteram restitutae Sybaris epocham est revocandus, aliud etiam docet, quod ad urbis appellationem a novis colonis inductam pertinet. Strabo et Diodorus ab his novam aedificatam urbem prope veterem Sybarin adserunt, eamque a fonte *Thuria* ap-

<sup>s)</sup> L. XII. c. 10. <sup>t)</sup> in Lygia T. II. p. 82.

<sup>u)</sup> de Rep. L. V. c. 3. <sup>a)</sup> p. 485. in nota.

<sup>u)</sup> L. XII. § 8. <sup>x)</sup> L. XIV. <sup>y)</sup> l. c.

<sup>b)</sup> Epist. Phalar. p. 364.

pellatam Thurium, vel Thurios. Alii, ut Stephanus et Varro <sup>c)</sup> generatim: *Sybaris, postea Thurium, vel Thurium antea Sybaris.* Non negamus, novum istud nomen mox urbi inditum a fonte ab oraculo indicato, sed continuo abolitum vetus Sybaris negamus. Sane verisimile, Sybaritas, quos eodem loco Diodorus exclusis colonis adscitiis dominatum in nova colonia praeripiisse refert, per in natum in veterem patriam affectum ne quaquam passos continuo veterem urbis appellationem interire, et quod sequitur, perrexisse deinceps quoque Sybaris nomine ferire monetam, quod descriptus numus egregie docet. Quin cum duae essent in urbe factioes, una Sybaritum, altera adventitiorum Graecorum, a vero non abhorret, illam Sybaris, hanc

Thurii nomine feriundos numros curasse. Neque praetereunda animadversio alia, quam citati numi suppeditant. Constat, veterem in Sybaritarum numis typum fuisse bovem respicientem, solitum Thuriorum, bovem cornupetam. At in nume II. habemus nomen quidem Thuriorum, sed typum Sybariticum bovis respectantis, argumento satis evidente, numrum hunc signatum, cum utraque gens adhuc cohabitaret, et concordiae causa, forte simulatae tantum, Thurini Sybaritarum typum affectarent. Sed enim dubium non est, Sybaris nomen tum plane abolitum, quando Graeci Sybaritas, ut diximus, everterunt, horum odio in ipsam etiam Sybaris appellationem por recto.

AR. R. Aeneos vix credo exflare.

### Nomine THVRII.

Originem urbis, causamque nominis Sybaris in Thurium mutati mox commemoravimus. Soli adeo numi recensendi superfluit.

*Caput Palladis. Ξ ΘΟΥΡΙΩΝ. Bos cornupeta. AR. II. III.*

Palladis galea in his numis, perinde ac Veliae, variis sigillis ornata comparet. In tribus musei Caesarei galeae inserta est Scylla jam utramque manum attollens, jam globum, jam remum, ceu in denariis Pompeji, manu elata jactans. Idem monstrum fuisse insertum galeae Flaminii adversus Hannibalem egressi narrat Silius Italicus <sup>d)</sup>:

*Scylla super, fracti contorquens pondera remi,  
Instabat, saevosque canum pandebat hiatus.*

Bos, qui in numis hujus urbis, cum adhuc Sybaris appellaretur, placidus stans respectabat, idem in numis fere omnibus recentioris fabricae Thurii nomine signatis toto nisu irruens fingitur. Credo, hac imagine adludi ad nomen urbis recens. Ejus me commonefecit scho lastes ad Sophoclis Ajacem mastig. v. 212 Θεριος, δομητικος. Θεριον δε εδετερως, πολις, η και Συβρεις, id est: Θεριος, quis cum impetu fertur. Sed Θεριον in genere

e) de R. R. d) Panio. V. 133.

*neutro urbs, quae et Sybaris.* Vnde et saepe legas apud Homerum, aliosque: Θεριος Αην, Θεριος Αιας, nempe cum toto impetu in hostem ruebant, et talis fingitur Ajax in numis Locrorum, Mars saepe in numis cum Graecis, tum Latinis. Ex eadem etiam causa in numis gentis Thoriae bovem irruentem sculptum puto, nempe Dorice Θεριος idem quod Θεριος. Novam quid me eruisse putabam, sed diu postea, quam haec scripsoram, vidi, simile quid docuisse eruditum Bergum <sup>c).</sup>

*Caput Palladis.* Ξ ΘΟΤ. *Bos stans et respiciens.* AR. IV. (Mus. Caef.)

Rarissimum hunc numum propter typum Sybariticum inter primos puto a Thuriis signatos. De eo multis jam egi supra inter numos Sybaris nomine notatos.

#### Nomine COPIAE:

Stephanus <sup>b)</sup>. *Thurii urbs Italiae, prius Sybaris, a fonte Thurio, postea vero COPIAE.* Explicatius Strabo <sup>i)</sup>: *Thurii longo tempore fortuna usi secunda tandem a Lucanis in servitutem subacti sunt, Tarrentinisque eos opprimentibus ad Romanos conseruerunt. Hi Thurii jam attritis colonos miserunt, et urbem COPIAS nanciaverunt. Deductam coloniam statuit Lilius V. C. 561. <sup>k)</sup>.* Non diu durasse appellationem Copiae, ex scriptoribus Latinis omnibus discimus, quibus haec urbs constanter vetere Thurii nomine appellatur.

ΘΟΤΡΙΑ. *Caput Cereris spicis coronatum.* Ξ ΙΣΤΙ - - *Bos cornupete.* Ε. III.

Numum descripsi, qualis sifit a Magnano <sup>j).</sup> Teste Stephano urbs dicitur Θεριος, Θερια, Θεριον, Livio etiam Thuriae.

*Caput Apollinis.* Ξ ΘΟΤΡΙΩΝ. *Lyrata, et fulmen.* Ε. III. (Magnan.)

Disceperantibus Thuriis, quis deus urbis suae conditor sit habendus, consultus Apollo Delphicus semetipsum pro conditore obtulit <sup>e).</sup>

*Magistratus ΜΟΛΟΣΣΟΣ.* ΑΡΙΣΤΩΦΙ: ΗΠΑΚ. etc. (Mus. Caef.)

AV. unicus. (Magnan.) AR. C. Ε. RR.

#### COPIAE:

*Caput Palladis, vel Hercules imberbe, retro 3. vel 4. globuli.* Ξ COPIA. *Cornu copiae, in area decurtata Ilvirorum nomina, ut: L. C. C. etc. et totidem globuli.* Ε. III.

Cornu copiae ad urbis nomen addudit, nam symbolum illud simpliciter et copiam fuisse dictum, eruo ex Lactatio <sup>f)</sup>: *Nam simulacrum ejus (Fortunae) cum COPIA et gubernaculo fingunt.*

Numos aeneos inscriptos COPIA, qui hinc capita J. Caesaris et Augutti,

e) Th. Br. T. I. p. 332. f) Brut. num. tab. 104.  
i) L. VI. k) L. XXXIV. 53. et L. XXXV. 9.

g) Diodor. Sic. L. XII. c. 35. h) in Θεριοι.

inde navim exhibent, esse Lugduni Gal- gente fame vires suas in cervum exserit, liae, in hujus moneta dictum.

A. RR.

*THVRIVM.*

Vide supra in *Sybari*.

*VELIA.*

Ad mare Tyrrhenum et sinum cognominem, condita a Phocaeensibus Joniae, quos Persae solum vertere coegerunt, ut videre est apud Herodotum <sup>m)</sup>, et Strabonem <sup>n)</sup>. Vtique hoc teste, tum et Diogene Laertio <sup>o)</sup> a Phocaeensibus dicta Τιλη recte secundum numos, serius Ελεά, Latinis promiscue *Velia* et *Elea*, unde Ciceronis Zeno Eleates <sup>p)</sup>. Vrbis opes eloquentur numi copiosi, et insignis operis.

*Caput Palladis tectum galea varie ornata.* Χ ΤΕΛΗ ΓΩΝ. (in uno Hunteriano, qui etiam est in Vitzaiano, legitur ΤΕΛΗ ΓΕΩΝ.) *Leo gradiens, vel: leo cervum aut pagurum depascens.* AR. II. III.

Ingens horum numorum suppetit copia, in quibus typus princeps semper idem, at discriminem faciunt galea Palladis jam alata, jam grypho, Centauro, delphino ornata, aut attributa varia supra leonem posita, inter quae insigniora pentagonum, et triquetra Sicula, quin de aliquo cum Sicilia nexu constet, aut denique magistratum, ut verisimile est, literae priores. Insignis etiam operis est leo, seu cum pacatus ingreditur, seu cum ur-

gente fame vires suas in cervum exserit, plane secundum Homerum <sup>q)</sup>:

Οἵς λέων ἔχαεν μυγαλῶν ἐπὶ σωραῖς  
κυρσαῖς,  
Εὐρτόν τὸν ἀλαρὸν κεραῖον, τὸν ἀργεῖον ἀγύα,  
Πεπιῶν μαλα γαρ τε πατεσθεῖ.  
*Sicut leo gaudet, cum in magnum*  
*corpus inoidit,*  
*Nactus aut cervum cornutum, aut*  
*agrestem capram,*  
*Efusions; avido onim devorat.*  
quem locum eleganter suum fecit Maro <sup>r)</sup>.

\* \* \*  
*Caput juvonio tenui filo redimitum.* Χ  
ΤΕΛΗ. *Noctua olearia ramo infuscata.*  
AR. III.

Similes etiam numi sunt aenei, in quorum antica varia sunt deorum capita. Huc etiam Sestinus refert binos Hunterianos cetera similes, in quorum uno omisso urbis nomine legitur retrograde ΕΗΠΙΟ, in altero ΛΕΤΚΑ, Combio illum Hippo- nio, hunc Leucadi tribuente. Sin istud, inscripta haec nomina magistratum indicabunt.

\* \* \*  
*Magistratus: ΚΑΣΙΔΩΚΟΤ. vel ΦΙΛΙΣΤΙΩΝΟΣ minutissimis literis inscripta galeae Palladis* <sup>s)</sup>. In aliis tantum nominum initia.

*Concordiae cum Crotone illustrem numum vide in numis Crotonis Bruttiorum.*

A. Goltziani, AR. C. A. RR.

*Numi VELIAE Latini.*

Ad eandem urbem vocari solent numi, aenei omnes:

m) L. I. c. 167. n) L. VI. o) L. IX. § 28. p) Tusc. L. II. c. 22. q) L. H. v. 23.  
r) Aen. X. 723. s) Magnan Luc. num. tab. XIII. 8. Goltzius.

*VE (literis colligatis.) Caput juvenile laur. Ξ Bacchus sedens d. botrum, s. thyrsum* Έ. I. (Pellerin, Mus. Cael.)

*Caput Palladis, superne duo globuli. Ξ VE. (literis colligatis.) Noctua oleae ramo insistens. Έ. II. (Mus. Cael.) In aliis: Duo delphini. Έ. II. (Magnan.)*

*In aliis: variorum numinum capita, tres lunae, et totidem astra, aquila, concha etc. adfittuto semper monogrammate VE, et plerumque globulis. Έ. I. II. III. (Mus. Cael. Magnan.)*

*Numos hos ad urbem quampiam Italicam pertinere, luculente comprobant globuli, cumque aptior alia non occurret a literis VE incipiens, placuit referre*

*Veliam. Et addicit huic judicio numus alter propter Palladis et noctuae ramo insistentis typum, qui frequens est quoque in numis Graece inscriptis. Civitatem Velienibus datam tradit ipse Ciceron<sup>t)</sup>, a quo tempore lingua Latina Graecae in numis successit.*

Ε. R.

#### *VRSENTVM.*

*Vrsentinos in Lucaniae populis unus Plinius nominat. Numum apud Beneventum repertum jure huc duxit Pellerinius. (Suppl. II. p. 24. Lettres p. 20.)*

*Caput muliebre. Ξ ΟΡΣΑΝΤΙΩΝ. Vir nudus stans d. pateram, s. arcum. Έ. III. Έ. RRRR.*

#### *B R V T T I I.*

*Populus in extremo Italiae angulo multas et praeclaras urbes complexus, quae ingente numero et rara elegantia numos dedere. Communi etiam totius gentis nomine signati, qua in urbe, incertum, qui propter copiam vilescerent, nisi propter insigne opus in pretio essent.*

*De concordia monetae Bruttiae cum numis Mamertinorum Siciliae, et Lucaniae nomine inscriptis in singulorum moneta agimus.*

*Lubet Bruttiorum numos magis illustres secundum triplex metallum describere.*

#### *Nomi AVREI.*

*Caput Neptuni diadematum, pone tridens. Ξ ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Mulier velata hippocampo vecta, cuius caudae insistens Cu-*

*pido sagittam retrorsum emittit. AV. III. (Mus. Cael.)*

*Insigne propter argumenti leporem cimelium. Mulier equo marino seu vecta, seu rapta Amphitrite est, aut alia quampiam ex mulierum catalogo, quae justo numero inamabilis dei marini cor laesere.*

*Caput Herculis juvenis diadematum, retro clava. Ξ ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Victoria gradiens d. fulmen, s. palmam, pro pedibus ara. AV. III. (Mus. Cael.)*

*In numo priore vidimus Neptuno datum diadema, in hoc Herculi, rarissimis in utroque attributis. Sed et illo redimitam Victoriam infra videbimus. Etiam tributum Victoriae fulmen insolentius; tamen et fulmen in Boeotorum numo usurpat. Numus est eximiae fabricae.*

t) Orat. pro Balbo c. 24.

In aliis aureis est *Victoria in bigis.*

(Magnan, Neumann.) Bayardus in simili inter Herculani rudera reperto legit KPET-  
TIKΩN, et nescio quam Balbi sui cum Cretenibus communionem somniant<sup>a)</sup>. Leo et in hoc solitum BPETTIΩN.

*Numi ARGENTEI*, quos obiter describo.

*Protome Victoriae alata. Ξ Bacchus nudus stans seipsum coronans. — Caput Junonis velatum transverso sceptro. Ξ Nепtunus stans d. pede capitello ordinis Jonoi insitens, s. hastam. — Caput Palladis. Ξ Aquila. — Aream horum numorum minuta varia sigilla obtinent.*

Numos hos cum primitis commatis nitor commendat.

*Numi AENEI*, quos describere non attinet, quoniam in museis omnibus abundant. Memorari tamen volunt sequentes:

NIKA. *Caput Victoriae diadematum. Ξ BPETTIΩN. Juppiter nudus stans d. futamen intorquet, s. hastam. Ε. III. (Mus. Cael.)*

Nomen Victoriae Graecum NIKA, Dorice pro NIKH his numis pretium conciliat.

*Caput muliebre paguro obiectum. Ξ BPETTIΩN. Pagurus. Ε. II. III. (Mus. Cael.)*

Pagurus insolens capititis muliebris cultus, quemque non facile femina probaverit. Winckelmanno hac imagine listi Amphitriten visum. (*Monum. ant. p. 52.*)

*Globuli partes assis in aeneis pluribus observantur.*

Numum inscriptum Phoeniciis literis, quem perperam Brutium contendit Pelinerius<sup>x)</sup>, recensebimus in tractatu de numis Phoeniciis inter numos Siculo-phoenicios, quem monetae Phoeniciae propriae subjectum dabimus.

AV. RR. AR. et Ε. C.

#### B V T R O T V M.

Numum male huc adactum vide in Butunto Calabriae.

#### C A R C I N V M.

*Numi KAPKINΙΩΝ apud unum Goltzium.*

#### C A V L O N I A.

Mare Jonium tangit. Condita ab Achaeis teste Strabone, unde petenda ratio dialecti Doricae in numis. Ejus originem urbis late expositam vide a Frölichio<sup>y)</sup>.

*Numi antiquissimi: ΚΑΡΒΑΚΑΙΟ. scripturæ vel retrograda, vel solita. Vir imberbis nudus gradiens d. clata quid ramo fimbrie, s. extenta, cui nonnunquam parva figura insitit, adstantem cervum protegit. Ξ Idem typus, sed incusus. AR. I.*

Egregii sunt hi numi propter omnes longæ vetustatis characteres. Literæ horum numorum sunt antiquissimæ Graecæ, non, quales Mazochius, ejusque filii in persuetuosis his Graeciae M. numis vident, Etruscae. De numis sic incusis vide quae dividimus in Prolegomenis ad numos Lucaniae.

a) Catal. Hercul. p. 398.

x) Suppl. III. p. 91.

y) Animadrv. in num. urbb.

*Numi minus antiqui.* Nam fabricae recentissimae nullum novi, cum in omnibus picturae quispiam rigor appareat vetustiori aevo proprius. Sed enim tempore bellantis cum Romanis Pyrrhi eversam a Campanis refert Pausanias<sup>2).</sup>

*Epigraphe* in his vel solita, vel retrograda: KAT. KATA. — KATAΩΝΣΑΤΑΝ. (Mus. Caes.) — KAVΩΝΣΑΤΑΜ. quem edidi ex museo Caesareo<sup>3).</sup> Magis obvii: KATAΩΝΙΑΤΑΝ, vel KATAΩΝΙΑΤΑΣ, utrumque Dorice, ut in numis Neapolis Campaniae, sed citra Dorismum: ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ, et ΝΕΟΠΟΛΙΤΗΣ. Simili modo inscribantur etiam sequentis Crotonis numi.

*Typi* in his: *Vir nudus imborbis eodem modo stans; d. forte fulmen vibrat, in Ξ Cervus vel cerva stans; juxta arbustum, vel ramus baccifer, vel aliud.* AR. II.

De typo hoc in Cauloniatarum moneta perpetuo aliqua sunt observanda. *Revocat hic numus*, inquit Harduin<sup>4)</sup> in memoriam locum regii vatis, Psalm. 28.9: *Vox domini praeparantis cervos, quem de tonitru fragore accipi oportere interpres admonent, cuius metu cervarum partum accelerari vates ait.* Comme de istud, quia nonnisi parallelum quedam est textus facri et iconismi. Ultra progressus est Mazochius<sup>5).</sup> Nugas, ait, egerunt more suo Graeci, dum Cauloni olim *Aulonis* fuisse nomen edixerunt. Solenne enim fuisse Graecis, ut barbarica nomina, quae non intelligerent, nec possent sibi arrogare, pauxillum detorque-

rent, quantum satis esset, ut Graeci juris evaderent. Literae ΚΑΥΔ scriptio*nis*, inquit, sunt Tyrrhenae, et quia in numis antiquissimis hujus urbis nomen est tantum quadriliterum, certum etiam est, fuisse monosyllabum, neque productum in *Caulon*, vel *Caulonia*. Istud adeo Tyrrhenicum ΚΑΥΔ totum est originis Hebraicæ, ductum a λύρ vox, quod facile intelliges, si Hebraicum γ, nempe O magnum mutes in AV Tyrrhenicum, (capensis lector: si pauxillum detorqueas, quantum satis esset, ut Hebraici juris evaderet.) Habuit ergo urbs Kaul conditores Phoenicios. Cumque conficeret præterea, ethnicam theologiam totam, quanta est, ex Hebraica doctrina fluxisse, habes in his numis, composito urbis nomine cum Jove tonante et cervo, manifestum illud sacri vatis: vox domini praeparantis cervos, et quod sequitur, primi urbis conditores non fuere Achaei, quod jactant Graeci, sed Phoenicii. Hucusque Mazochii sententia, quam partim absurdam, partim aperte falsam, partim nulla probabili causa nixam facturusne operae pretium sim, si refutarem? Adeo viris valde eruditis idem videmus evenire, quod valde locupletibus, qui opes suas, quarum verum usum ignorant, temere disperdunt. Enimvero nulla me hominis auctoritas, nullus eruditio*nis* apparatus, si consilium absit, ad ad sensum impellat, qui cum Horatio

*Quid verum atque decens, curro et rango, et omnis in hoc sum.*

Denique omnis haec de Jove cervas

2) L. VI. c. 3. 3) Sylloge I. p. 8. 4) Num. illustr. p. 81. 5) Tab. Heracl. p. 527.

ad partum praeparante sententia, quae aliquibus usque adeo adridet, a pluribus causis graviter torquetur. Istud statuentibus cerva opus est, at numi fere semper cervum offerunt. Vnicum novi, qui nunc est in museo Caesareo, quemque olim edidit Frölichius <sup>d)</sup>, qui manifestam cervam sifit. Non obstat, inquit Mazochius, quo minus horum numorum quadrupes cerva putanda sit, quod cornua, cervi maris argumento, sibi adposuit, causamque suam tuetur auctoritate Spanhemii <sup>e)</sup>, multa de cervis feminis cornutis ex veterum testimoniis, et recentiorum observatis differentis. At enim ex citato Frölichii numero satis appareat, Cauloniatis ordinarium utriusque in cervis sexus modum non fuisse ignotum; cur ergo, si cervam voluere, adpositis cornibus ambiguum facerent sexum? Edidi nuper ex museo Caes. binas gemmas, quarum utraque Telephi fabulam a cerva nutriti exponit <sup>f)</sup>. Harum una sifit cervam, ut oportuit, inermem, altera gemino cornu horrentem. At monui etiam ibi, scalptores, privati monumenti architectos, et saepe rudes ejus ipsius argumenti, quod elaborandum sibi sumpserere, nullam habere auctoritatem. Causa alia, cur eruditii cervam in his numis videant, est defectus genitalium. At si istud tam certum est pro cerva argumentum, nihil obstat, quo minus fere omnes in veterum numis propositos equos equas faciamus, ne ipso quidem excepto Pegalo, in Syraculanorum moneta obvio.

Ceterum non negavero, artifices veteres AR. RR.

nonnunquam cervas cornutas fitisse poterunt secutos oracula, qui passim iis cornua addidere, perstricti propterea ab Ariostotele, de quo eodem loco Spanhemius, ac propterea excusari posse scalptorem gemmae laudatae, quia Sophocles, Euripides, Pindarus, Anacreon, quos citat Aeliahus <sup>g)</sup>, frequenter cervas cornutas dedere. Verum in similibus monumentis ipsae peritases docent putandam cervam, quae re ipsa cervi speciem praebet, cujus in praesentibus numis causam non habemus, atque eam certe nullam, quia regius vates dixit: *vox domini praeparantis cervos*. Neque vero etiam plane certum, in parte adversa horum numorum re vera fingi Jovem. Quod enim figura illa constanter imberbis fingitur, et illud, quod dextera intentat, ramo potius, aut flagello simile est, minime vero fulmen refert, utraque hercle haec causa Jovi non magnopere favet, et praestabit, compositum hunc typum referre inter eos, quorum sensum ignoramus, et in quorum explicanda historia, quod eruditis saepe accidisse satis compertum, plerumque oleum operamque perdimus. Evidem talem mihi velim antiquarum, qualem sibi continere uxorem optavit Juvenalis, quae nec historias sciat omnes, sed quaedam ex numis et non intelligat <sup>h)</sup>, et qui haud temere in seminarum jura involet, de quibus Theocritus <sup>i)</sup>:

Πάντα γυναικες ισαρτι, και ως Ζευς  
θηγαγεσθ' Ηερη.

d) Animadv. in num. urb.

e) Tom. I. p. 204.

f) Choix de pierr. grav. tab. 26. 27.

g) Nat. anim. L. VII. c. 39.

h) Sat. VI. 449.

i) Idyll. XV. 64.

(Vol. I.)

*CROTON.*

Ad mare Jonium et Sagrae ostia, condita a Myscello ex Achaia profecto eodem tempore, quo ab Archia Syracusae, ex calculo Dionysii Halic. Olympiadis XVII. anno III. <sup>k).</sup> Urbs insigniter nobilitata a coelo salubri, palaestrae studiis, quibus ante alios claruit Milo, schola Pythagorae, opibus et frequentia civium, atque ob has causas dicta Petronio urbs aliquando Italiae prima <sup>l).</sup> Sed tanta fortuna uno ad Sagram praelio concidit, CXX. millibus Crotoniatarum ab exigua manu Locrensum et Reginorum victis. Veteres opes copiosi numi superstites stantur.

*Numi antiquissimi:*

ὈΠΩ in numo concordiae cum Pandosia, quem describam infra in *Pandosia*.  
ὈΠΟ—KPOT<sub>βεξεροφηδον.</sub> (Mus. Caef.)  
Ὀ. Π. Ὀ. POT. Scriptura retrograda, vel nostri moris.

ὈΠΩ (Mus. Caef.)

KPO in his rarius.

In his epigraphe plerumque in eodem numo utrinque posita.

Ceteris hujus urbis numis antiquiores plerumque sunt ii, in quibus nomen urbis a Κ incipit. Est hoc Phoenicum *Koph*, Graecis dictum *Koppa*, remotissimo aevo in usu per Graeciam, a K denique extrusum; valuit tamen deinceps ad indicandum numerum XC., de quo latius agam in doctrina epocharum. Sic nos terrae filii existimamus. At Mazochius, cui major divinae particula aurae obtigit, et qui nihil in urbium nominibus non Phoeni-

cium vidit, id factum propterea contendit, quia vocabulum Crotón ex Phoenicio *Karta*, quod *urbem* significat, ducitur <sup>m).</sup> Si in numos curatius inquisivisset, reperisset etiam scriptum ΣVRAΩ OΣΙON.

*Typi:*

*Tripus adstante plerumque ciconia, addita epigraphe, omnia opere exscalpto.* Ξ Similis *tripus*, sed introrsum scalptus, at exstantibus epigraphes literis. AR. II.

De numis sic incusis vide dicta in Prolegomenis ad numos Lucaniae. *Tripus* ad Apollinis cultum pertinet, haud dubie Crotone impensis culti, quia Myscello Achaeo opportuna ad condendam urbem consilia suggerit <sup>n).</sup>

ὈΠΩ *Tripus.* Ξ *Aquila volans incusa.* AR. II. (Num vet. p. 42. ex Mus. Caef.)

ὈΠΟ. *Tripus.* Ξ Ὀ. PO. *Aquila infestans capitello ordinis Jonici.* (Mus. Caef.)

*Numi recentiores:*

KPO. KPOTON., rarius KPOTΩ.

KPOTΩNIATAN, vel KPOTΩNIA. ΤΑΣ Dorice, de qua ratione vide dicta in Neapoli Campaniae, et Caulonia. Dorismus a conditore Myscello Achaeo invictus est, de quo vide plura in meis Numis vet. p. 44.

*Caput graciebre adversum elegante tutulo ornatum.* Ξ KPOTΩNIATAN. *Hercules nudus leonis exuvias infidens d. scyphum, s. clavam, juxta ejus arma.* AR. II. (Mus. Caef.)

KPOTΩNIATAΣ. *Caput Apollinis*

<sup>k)</sup> L. II. p. 121.

<sup>l)</sup> Sat. cap. 146.

<sup>m)</sup> Tab. Herod. p. 122.

<sup>n)</sup> Strabo L. VI. p. m. 402.

*laur.* Χ *Hercules infans firato infidens an-*

*longinquas terras adiret, narrat Macro-*  
*gues geminos elidit.* AR..II. (Mus. Caef.)  
**KPOTOMIΣ.** *Caput Apollinis laur.* Χ  
*Eadem aversa.* AR. (Mem. Trevoux in  
Majo 1710.)

*Caput numi primi elegantius cultum*  
*certam nobis Junonem sifit, quae apud*  
*Lacinium Crotoni vicinum illustre habuit*  
*templum, et a loco *Lacinia* vocabatur.*  
*Eius fani opes ac religionem late descri-*  
*bit Livius °).* Hercules quoque multum ob-  
*stricti fuere Crotontatae, ut copiose dice-  
tur infra. Prior numus Hercules *bibacem**

*proponit, quo cultu teste Luciano §) pia-  
gebatur ὁ παρα τῷ Φολω Ηεραλης, Her-  
cles apud Pholum Centaurum, et quo fuit*  

*celebris ille Hercules, opus Lylli, pe-  
dis unius mensura, ab Alexandro M., Han-  
nibale, Sulla, ac denique Vindice posse-  
sus, ac conviviis adhibitus, unde Ετιρεα-  
πεξις nomen abstulit, quem sic describit*

*Statius ⁹):*

*Sic mitis vultus, veluti de pectore  
gaudens*

*Hortetur mensas. Tenet haec marcen-  
tia fratris (Bacchi)*

*Pocula, adhuc saevas meminit manus  
altera caedis,*

*Sufinet occultum Nemeaco tegmine  
fuxum.*

Idem argumentum habes apud Martia-  
lem °). Bibacis vero elogium jure sibi pro-  
prium fecit Hercules, si vera sunt, quae  
eum potando effecisse refert Athenaeus \*);  
tam capace vero usum poculo, ut illo,  
cum opus esset, pro navigio uteretur, et

*longinquas terras adiret, narrat Macro-  
bius °). Causam vero, cur Herculem bi-  
bacem proposuerint Crotontatae, reperiisse  
mihi videor apud Athenaeum narran-  
tem \*): Hercules cum in Crotontatarum  
agrum venisset, correptum siti in domo  
quadam propter viam sita quod bibet  
petuisse; at mulierem avaram pro vino  
aquam obtulisse. Quo facto jure indigna-  
tum deum vini dolium in saxum mutasse.  
Hercules in cunis nota fabula. Similem  
Herculis dracones elidentis typum dant  
etiam numi Ephesi et Rhodi.*

De verbo KPOTOMIΣ numi III. vi-  
de mox infra in numo concordiae cum  
Velia.

\* \* \*

*Caput Junonis Laciniae, ut supra.* Χ  
**KPO.** *Bellerophon cum Chimaera ex Pe-  
gaso dimicans.* AR. II. (Mus. Caef.)

*QPO. Tripus.* Χ Q *Pegasus volans*  
AR. III. (Hunter.)

Bellerophon et Pegasus typi Achaici,  
at ex Achaia fuit Mycellus Crotonis con-  
ditor teste Strabone \*). Vide de his plura  
in meis Numis vet. p. 44., quo loco nu-  
num hunc edidi.

\* \* \*

**KPOTON.** *Tripus; hinc vir ingenio-  
culatus sagittam emitit adversus serpen-  
tem sepe illinc erigentem.* Χ **OΣKΙΣΤΑΜ.**  
*Vir nudus petrae infidens ante aram lucū-  
lentam, d. lauri ramum, f. clavam, humili  
arcus et pharetra.* AR. fere I. (Mus. Pem.  
brock P. II. tab. 16.)

**KPOTΩ.** *Cap. Palladis.* Χ **OΙΚΙΣΤΑΣ.**

o) L. XXIV. c. 3. p) in *Sympo.* vel *Lapith.* q) *Silv.* L. IV. carm. VI. r) L. IX. epig. 44. 45.

s) L. X. p. m. 310. t) *Saturn.* L. V. c. 21. sub. fin. u) L. X. p. 441.

x) L. VIII. p. m. 593.

*Hercules gradiens, et clava pro scipione  
utens, et exuvias leonis praetendens. AR.III.  
(Mus. Caes.)*

Quae olim ad explicandos praeclaros  
hos numos attuleram<sup>y</sup>), non indigna vi-  
dentur, quae huc ad verbum transferam.

Horum priorem edidit Goltzius<sup>z</sup>),  
verum deficiente in hoc, ut appareat, in-  
scriptione KPOTON, adfixxit mors suo,  
qualem voluit, placuisse in eo legere  
ΑΓΕΣΣΙΩΝ, quo oraculo evasit numus  
Agelli obscurae Thraciae urbis Stephano  
memoratae. Ejns similem reperi in museo  
M. ducis, sed extrito urbis nomine, quod  
liberaliter sifit citatus Penbrockianus, qui  
adeo nos veram horum patriam Crotone-  
num edocet, et Goltzii fragmentis valedi-  
cere jubet, a quibus ut eruditos securos  
praestarem, numum jam olim ex archetypo  
Florentino commentariis illustratum  
restituendum putavi. Vocem partis aver-  
sae OTKSATAM, ut legendum putavi,  
tum iater ignotas, tractamque ex vetere  
indigenarum lingua credidi, et securus  
praeterivi, argumentum vero consultis  
soliter mythologis adeo certus eram  
pertinere ad Apollinem cum serpente Py-  
thonem pro tripode Delphico dimicantem,  
et deinde in Thessalia propter ejus dra-  
conis caedem expiatum, ut hactenus ni-  
hil a me planius feliciusque explicatum  
confidenter opinarer.

Quod fieri in nostris studiis consuevit,  
ut quae primum praeclare inventa et cer-  
tissima putamus, infeliciter cecidisse co-  
gamur confiteri, idem et mihi in ejus nu-  
mi explicatu accidisse comperi, cum al-

terum numum integerimum, nunc mu-  
saei Caesarei, Bruxellis conspexi, in quo  
juxta certum Herculem certa epigrapha  
ΟΙΚΙΣΤΑΣ. Quo viso coepi continuo su-  
spicari, an non praetensum ΟΤΚΣΑΤΑΜ  
eandem possit praestare significationem,  
consultoque iterum ac solite explorato  
archetypo Florentino, quod gypso expref-  
sum adhuc possideo, et cum imagine Pen-  
brockiana collato facile veram lectionem,  
qualem proposueram, explicui, nempe  
ΟΣΚΣΜΤΑΜ. Nihil erat, quod amplius  
desiderarem. Novimus ex numis Posido-  
niae, Sybaris, Cauloniae, aliarumque hu-  
jus tractus urbiū, secundum earum vetus  
alphabetum literam Σ habere potentiam τε  
I, et literam M τε Σ. Substitue novicos  
characteres I et Σ veteribus Σ et M, et  
habebis luculentum ΟΙΚΙΣΤΑΣ numi  
alterius recentioris, positum Dorice pro  
ΟΙΚΙΣΤΗΣ, conditor.

Hercules igitur dictus propalam Cro-  
tonis conditor, neque hunc inficiantur ve-  
terum testimonia, et si non nihil variantia.  
Diodorus haec refert<sup>a</sup>): Herculem bobus  
in Italiam trajectis, dum per maritima iter  
facit, Lacinium nonnullos boves suffuran-  
tem morte adfecisse, Crotonemque ex im-  
prudentia forte caelum funere ac monu-  
mento splendido honestasse, et clarum  
subinde oppidum ex caesi nomine surre-  
cturum accolis praedixisse. At secundum  
Ovidium<sup>b</sup>) Hercules ex Iberia cum bobus  
redux cum ad Lacinium pervenisset, ali-  
quamdiu Crotonis usus hospitiō adfirmā-  
vit discedens, multis post annis eo loco  
surrecturam urbem. At deus promissi me-

<sup>x</sup> Sylloge I. p. 10. <sup>y</sup> in Graecia tab. 28.

<sup>a</sup> L. IV. c. 25. <sup>b</sup> Met. XV. fab. 1.

mor Myscellum Argivum secundum quietem monuit, ut relicta patria apud Aesorum flumen urbem fundaret, cuius is monitis morem gerens in Italiam transgressus propter tumulum, qui Crotonis ossa texerat, moenia statuit, indita novae urbi herois Crotonis appellatione. Jure igitur propterea Hercules urbis conditor dictus et in moneta publica proclamatus, atque eodem jure in ipsis numi typos perturbato, quem olim intruseram, Apolline succedit. Nimirum in prioris numi antica juxta tripodem, qui hoc loco aliud nihil, quam solitum Crotonis typum notat, figuratur hydram Lernaeam sagittis impetens, in aversa ipse ad aram sacrificans.

Posteriorem numum editum reperio, sed inique, propter manifestum ejus vestitum, nimirum in principis Turris Muciae Sicilia, ubi Segestae Siciliae tribuitur<sup>c)</sup>. Similis exstat etiam in museo Hunteriano, nisi quod in hoc pro ΟΙΚΙΣΤΑΣ legitur. solitum ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΣ<sup>d)</sup>.

\* \* \* \* \* *Concordia cum Velia Lucaniae.*

**ΚΡΟΤΩΝΙ** — (sic) *Caput Apollinis laur. Ξ ΤΕΛΗΚΩ.* (sic) *Leo cervum de- pascens.* AR. I. (Hunter tab. 22.)

Pars hujus numi adversa sic est Crotonis, et aversa sic Veliae Lucaniae, ut, et si abessent ΚΡΟΤΩΝΙ — et ΤΕΛΗΚΩ, ex ipsis typis concordiam inter utrumque populum teneremus. Ceterum qui literas MI — ad ΚΡΟΤΩΝΙ, et ΚΩ ad ΤΕΛΗ additas expediverit, magnus hercule is mihi Apollo sit. Negligentiam, aut barba-

riem monetarii in numo, quem metallum, volumen, operis elegantia sic commendant, suspicari tanto minus licet, quod jam supra in numo simili verbum KPO. TOMIΣ vidimus. Eodem modo sociatos in uno numo typos Sybaris et Posidoniae supra in Sybari dedimus.

*Concordia cum Pandosia.* Vide infra in hac.

\* \* \* \* \* Numum Milonis Crotoniatae, inscriptum MILO. CROTON. a Magnano editum<sup>e)</sup>, et quod nolle, a Cl. Lanzio approbatum<sup>f)</sup> inter artis recentis figura habeo.

AV. RRRR. (in Museo M. ducis.)

AR. C. Α. RR.

\* \* \* \* \* *HIPPONIVM, VALENTIA.*

Ad finum cognominem maris Tyrrheni, teste Strabone a Locrensis conditum, sed nomen serius in Vibo detortum, de quo vide Cellarium. Deducta a Romanis colonia appellata Valentia, et habentur numi et Hipponii, et Valentiae nomine.

\* \* \* \* \* *Nomine HIPPONII.*

**ΔΙΟΣ.** *Caput Jovis laur. Ξ ΠΙΩ-ΝΙΕΩΝ.* *Diota, in area caduceus et astrum.* Α. III. (Mus. Caef.)

**ΣΩΤΕΙΠΑ.** *Caput Palladis, Ξ ΠΙΠΟ-ΝΙΕΩΝ.* *Victoria stans.* Α. II. (Pellerin.)

*Caput Jovis. Ξ ΕΠΙΩΝΙΕΩΝ.* *Diota, in area taeda.* Α. III. (Mus. Caef.)

Numum similem Pellerinius perperam, ut diximus, tribuit Siponto Apuliae, et Musselius Iconio Lycaoniae<sup>g)</sup>.

c) Tab. LXII. n. 5. d) Tab. XXII. n. 12.

e) Bratt. numis. tab. 122.

f) Saggio P. II. p. 606.

g) Num. pop. tab. X.

*Caput Apollinis laur., in aliis dia-*  
*dematum. Χ ΠΙΩΝΙΕΩΝ. ΔΑΝΔΙΝΑ.*

*Pallas galeata stans d. coronam, s. hastam.*  
*Æ. III. (Magnan. Brut. num.)*

*ΔΑΝΔΙΝΑ. . . OC. Caput muliebre.*  
*Χ Sine epigraphe. Mulier sedens. Æ. III.*  
(Pellerin. Rec. I. p. 74.)

Pellerinius numos similes binos, sed in quibus urbis nomen, ut videtur, interit, quo referret, non habuit<sup>b)</sup>. Certum docente numo priore, esse Hippomii. Interim incertum, sitne vocabulum ΔΑΝΔΙΝΑ cognomen Palladis, aut quid aliud significet.

Æ. RR.

#### *Nomine VALENTIAE.*

Teste Livio<sup>i)</sup> ex S. C. deducta colonia V. C. 561. coepit appellari *Vibo Valentia*, et perrexit signare numos, sed Latinae, et ex novo nomine *Valentiae*. Cicero municipium dixit. (in Verr. L. V. §. 16.) Patinus hos ipsi Romae tribuit, quae teste Solino olim ab Evandro ipso dicta Ρωμη, sed a juventute Latina *Valentia* appellata est. Sed in hoc judicio nemo cor- datus aquievit.

Argenteos nomine coloniae Valentiae eos tanto magis mirum foret, cum Hippomii nomine percussos nonnisi aeneos habeamus. Sed et omnes, quos ex hoc metallo citari video, auctorem habent Goltzium, quorum similes extant quidem, sed aenei.

*Epigraphe conflans: VALENTIA.*

*Typi:*

*Caput Jovis laur. Χ Fulmen alatum.*

*Caput Veneris. Χ Duplex cornu copiae.*

*Caput Palladis tectum galea sine alis.*  
*Χ Nocua.*

*Caput Apollinis. Χ Lyra.*

*Caput Herculis. Χ Duplex clava.*

*Adduntur singulis assis, aut partium*  
*notae.*

Numi inscripti VALENTIA, quorum typi vel minimum ab hic descriptis differunt, sunt coloniae Valentiae Hispaniae, ut in hujus numis diximus. Haec cum iam ex praeclaro Florezii opere cognita sint, mirum profecto, adhuc a Magnano, atque ipso etiam Pellerinio utriusque urbis numos adeo inique confusos. Extant parvi argentei, qui per caput Veneris et duplex cornu copiae, addito nonnunquam Q, simillimi sunt aeneis, quos secundo loco citavi, nisi quod abest nomen VALENTIA. Eos alii ob hanc ipsam causam Valentiae tribuunt, alii ob caput Veneris J. Caesaris monetam putant. Ut ut erit, magis est verisimile, esse Romae signatos.

Æ. C.

#### *L O C R I.*

Ad mare Jonium et promontorium Zephyrium, a quo *Epizephyrii* dicti sunt, ut distinguerentur a Locris Opuntiis, Epicnemidiis, Ozolis Graeciae propriae, quorum etiam coloni fuere, et si, a quibus horum orti sint, varient sententiae, de quo vide, quae uberioris differemus in numis coloniarum Corinthi nomine insignibus. Locrorum civitatem optimis legibus fundatam dixit Plato<sup>k)</sup>.

Cum plures populi nomine Locri fuerint, et singuli propriam suam habuerint

b) Rec. T. I. p. 74.

i) L. XXXV. c. 40.

k) in Timaeo.

monetam, difficile suam singulis citra erroris periculum adsignare. Certi Locrorum Italiae sunt:

*Caput Jovis laur. ΞΛΟΚΡΩΝ. Aquila leporem depascens. AR. II. (Mus. Caes.)*

*ΑΟ. Aquila stans, juxta quam granum hordei. Ξ Fulmen inter duos circulos. AR. IV. (Mus. Caes.)*

Numus prior haud dubie his Locris tribuendus propter typum aversae, quem vicinae Siciliae numi multi praeserunt. Alterum quoque propter Jovis attributa, quem Locri praeceps cultu mactavere, hoc vocandum jure censeo. Circuli duo videntur aut valorem, aut pondus indicare.

*ΔΙΟΣ. Caput Jovis laur. ΞΛΟΚΡΩΝ. Fulmen. ΑΕ. II. (Magnan.)*

Huc referendus hic numus, quoniam amabant urbes Bruttiae deorum signis nomina adscribere. Eandem vocem ΔΙΟΣ in Hipponii numis vidimus, et mox infra videbimus nomen ΖΕΤΣ.

*Caput Proserpinae spicis coronatum, retro spioa. ΞΛΟΚΡΩΝ. Pallas stans d. hastam, s. clypeum, in area astrum et cornucopiae. ΑΕ. III. (Mus. Caes.)*

Celeberrimum apud hos Locrenses fuit Proserpinæ templum, quod cum diriperet Pyrrhus Epiota, passus naufragium thesaurum restituit, cumque iterum bello Hannibalico a Pleminti Scipionis legati militibus diriperetur, magna Roma-

nos incessit religio, crimenque solenni more expiarunt<sup>1)</sup>.

*Caput Palladis. ΞΛΟΚΡΩΝ. Mulier sedens d. pateram, s. sceptrum, in area duo astra. ΑΕ. II. (Magnan., Theup.)*

Ipse fabricae modus, quantum ex iconismo tralucet, numum his Locris adserit. Aversa videtur fistere virginem φιλοφρονη, quam in Locrensum sacris praecire solitam tradit Polybius<sup>2)</sup>.

*Capita Dioescororum jugata. ΞΛΟΚΡΩΝ. Jupiter sedens d. aquilam, s. hastam, in area cornucopiae, ΑΕ. III. (Magnan., Theup.)*

Juppiter sic sedens et similia Dioescorum capita saepe comparent in numis vicini Rhegii. Sed et fuit certa communis hujus typi causa. Narrat Strabo<sup>3)</sup>, Locros cum sociis Reginis apud flumen Sagram eo loco, ubi Castorum aera stetere, famigeratam illam de Crotoniatis victoriaram retulisse. Addunt Suidas, (in Αλγεσσέα) et ex Menandro, Sophrone, et Alexi Zenobius<sup>4)</sup>, Locrenses ei bello intentos suppetias a Spartanis postulasse, at hos negatis auxiliis socios belli Castores illis dedisse, atque horum deinde opera Crotoniatas fuisse debellatos.

*Caput Palladis, juxta 2. globuli. ΞΛΟ. Cornucopias intra coronam. ΑΕ. III. (Mus. Caes.)*

Hunc numum huc pertinere per globulos liquet.

1) Liv. L. XXIX. c. 6. et 16. seq. 2) Hist. L. XII. c. 4. 3) L. VI. p. ca. 400.

4) Proverb. Cent. II. §. 17.

*Caput Jovis laureatum, infra monogramma NE. Ξ ΔΟΚΡΩΝ. Mulier sedens, juxta quam scriptum ΡΩΜΗ, d. clypeo innixa coronatur a muliere adstante, juxta quam ΠΙΣΤΙΣ, in area monogramma NE. AR. II. (Mul. Caef.)*

Numos similes Harduinus, cumque secuti Spahemius <sup>p)</sup> et Liebeus <sup>q)</sup> Locris Ozolis tribuunt nulla alia de causa, quam quod adstitutum monogramma NE. interpretati sunt ΝΕωκοεν, quod epitheton Italiae urbibus non fuisse usitatum constat. Haec interpretatio a Goltzio potissimum fluxit, in cuius numo plenius legitur ΝΕΩΚ <sup>r)</sup>. Verum hic numus aliis ignotus est; qui exstant, solum NE. offerunt, et quidem saepe utrinque, et semper monogrammate vinctum, quo magis neocoratus significatio laborat. Quare numeri hi Epi. zephyriis tuto permittendi, praecipue cum et judice Pellerinio eorum fabrica plane sit ex ejus tractus ingenio <sup>s)</sup>. Reperio etiam rationem verisimilem ac tempus, quo signati videntur. In bello Hannibalis Locrenses ad Poenos defecere, verum V. C. 549. a P. Scipione cos. recepti reliquo apud eos legato Pleminio. Hic tam crudeliter in Locrenses saeviit, ut hi cogarentur missis legatis Romanorum opem implorare, qui, praecipue ob causam spoliati Proserpinae templi tota Italia celeberrimi cumulate Locrensum desiderio satisfecere concessa iis libertate, et ut legibus suis uterentur. Haec late Livius <sup>t)</sup>, et Diodorus <sup>u)</sup>. Ab hoc igitur tempore cum ut gratiam refer-

rent, tum ut quandam velut tesseram futurae deinceps fidei exhiberent, hi videntur cusi numi, in quibus ΗΙΣΓΙΣ Fides Romam dominam coronat. Operae pretium adducere insignem Plutarchi locum niam istud egregie illustrantem. Perhibet is <sup>v)</sup>, a Chalcidenibus T. Flaminino, quod ejus opera urbs sua servata esset, sua adhuc aetate honores paene divinos habitos, et cantari solitum carmen, cuius extrema pars fuit: Πιστίς θε Ρωμαιών σεβομενη, ταυ μεγαλευκοτάταν ὄρχοις φυλασσειν. Μελπετε καρα ΖΗΝΑ μεγαν, ΡΩΜΑΝτε, Τα τον τε ἄμα, Ρωμαιών ΠΙΣΤΙΝ. Ιησε Παταν, ο Τετε σωτηρ. Fidem vero Romanorum veneramus, a nobis jurejurando obstrictis quam candidissimam servandam. Canite virgines JOVEM magnum et ROMAM, et una Titum, et Romanorum FIDEM. Io Pacan, ο Τίτε servator. Ea tibi in hujus numi antica Jovem ὄρχον, seu jurisjurandi praesidem, in aversa Romam, et quam huic Locrenses spondent, fidem.

Cum hoc jungendus alter:

ZETΣ. *Caput Jovis laur. Ξ ΔΟΚΡΩΝ. EIPHNH. Mulier seminuda saxo quadato, cui insoultum bovis caput, infidens d. caduceum practendit, s. eidem saxo innixa, AR. II. (Catalogue raisonné p. 38.)*

Numus, quod sciām, aliis ignotus, sed qui haud dubie idem cum praecedente argumentū continet, nimirum ut in illo se fidei, in hoc paci fore intentos praedicant.

Ad hos etiam Locros pertinere videntur numi ΔΟΚΡΩΝ typo hinc Palladis,

p) T. I. p. 143. q) Goth. sum. p. 181. r) Græc. M. tab. 27. s) Rec. I. p. 50.

t) L. XXIX. c. 6. et 6. seq. u) de Virg. et Vit. T. II. p. 570. x) in Flaminino p. 378.

inde Pegasi. Sed de similibus numis ex propofito agetur in moneta Corinthi.

**A V.** in solo Goltzio. AR. et AE. C.

### LYCIANI.

Vide in *Lucania*, quos sum numeros **ATKIANΩΝ** censeo referendos.

### MAMERTIVM.

Numos, quos aliqui huic Bruttiorum urbi tribuunt, vide in moneta **Mamertinorum Siciliae**.

### PANDOSIA.

Duplex fuit in eo tractu Pandosia, una nobilior ad Acherontem fluvium cade de Alexandri Molossi cognita, quae a Strabone et Plinio, quibus sane adhaerendum videtur, Bruttiis accensetur, a nonnullis vero aliis in Lucania constituitur, quod in mediterraneis ambigui sunt Lucanorum et Bruttiorum fines. Altera prope Heracleam, celebris item a clade, quam Pyrrhus Epirota hanc inter et Heracleam a Romanis passus est, cuius Pandosiae meminere Plutarchus, et tabulae Heracleenses apud Mazochium. Ad priorem tanquam nobiliorum antiquarii vocavere numum inscriptum **ΠΑΝΔΩΣΙΕΩΝ**, at hic Goltzianus est, ejusque suspecta fides. Serius Pellerinius singularem numum edidit vetustissimi operis, et palaeographiae praecclare servientem: (Lettres p. 201.)

**PANDO.** *Bos fons et respiciens, ut in Sybaritarum numis.* Ξ Ω Φ Ο Tripus. AR. I.

Binas is urbes continet, Pandosiam et Crotонem. Sed enim dubitat illustris auctor, utra in hoc Pandosia indicetur.

At vero vix dubitem, tribuendum Brutiae, non tam quod nobilior extitit prae alia, quam quod Crotoni multo vicinior, sita in eodem Bruttiorum agro secundum verisimiliorē sententiam. Typus Sybariticus huic sententiae neque obest, neque prodest, nam quamcunque Pandosiam hujus numi matrem statuimus, poterat utraque communem cum Sybaritis typum habere.

AR. RRRR.

### PETELIA.

Ad mare Jonium supra Crotonem, docente Marone a Philoctete condita.

Epigraphē constans: ΠΕΤΗΛΙΝΩΝ.

Typi: in antica: *Capita variorum deorum*, in aversa: *Juppiter fulgerator, Victoria, canis currans, tripus, clava eto.*

Globuli ponderis notae in aliquibus, AE. R.

### RHEGIVM.

Ad fretum Siculum e regione Messanae. Vrbs vetusta aedificata a Chalcidensis teste Strabone <sup>y</sup>), et Scymno Chio <sup>z</sup>). Tzetzes citato Callimacho a Jocasta Aeolii F. exstructam dixit <sup>x</sup>).

*Numi antiquissimi:* Ex his maxime memorandus sequens:

**RECINON** (*retrograde.*) *Lepus curvens.* Ξ *Vir vectus in rheda lenta juncto unico equo, in imo solium.* AR. I. (Mus. com. Vitzai.)

Praeclarum hunc, et rarissimum numum eximie illustrat Julius Pollux, cum ait <sup>b</sup>): *tum et Anaxilas Reginus, cum Sicilia ante, ut Aristoteles inquit, lepores non gigneret, hic invehens, nutriendisque,*

y) L. VI. p. m. 396.

z) Vers. 310.

a) ad Lycophr. v. 45.

b) L. V. c. XII. § 75.

(Vol. I.)

*fimul rheda in Olympiā vincens, Rheginorum monetae rhedam insculpit, et leporem.* Alibi idem ait <sup>c)</sup>: Rheginos leporem in numis signare solitos. Cum hactenus hujus numi nullam viderem fieri mentionem praeterquam a Prospero Paristo <sup>d)</sup>), unde eum scriptores alii mutuati sunt, et Mazochio, qui eum tantum obiter ex Joanne de Flore, auctore mihi ignoto, citat <sup>e)</sup>, coepi dubitare, utrum praetensus hic numus vere existat, et non forte Pollux dixerit de Rheginis, quod dicendum fuerat de vicinis Messanensibus, in quorum numis *vetusissimus* obvius, et fere unicus typus est lepus, et rheda. At numerus, quem coram descripsi, nuper rimé in museum ill. comitis de Vitzai illustratus, isque plane nitidus ac integer, Pollicem liberaliter absolvit.

1.) *Caput leonis adversum. X Quadratum incusum.* AR. I. (Hunter.)

2.) *Caput leonis adversum. X RECION.*

*Caput vituli dextrorum versum.* AR. II. (Mus. Caes.)

3.) *Caput leonis adversum, infra ramus lauri.* X RECINO. (retrograde.) Jupiter sedens d. hastam, omnia intra lauream. AR. I. (Mazochi Tab. Her. p. 550.)

4.) *Alius sed RECINOZ.* AR. I. (Mus. Caes.)

5.) *Alius, sed RECINON.* AR. III. (Mus. Caes.)

6.) *Caput leonis adversum. X RECI. intra lauream.* AR. III. (Panel ex le Bret. Trevoux Octob. 1737. Pellerin, sed apud Regiam, βασιλεύον; horum enim principes

quem aeneus dicatur, fors chalcographi errore.)

7.) *Caput leonis adversum. X RE. In utriusque literae medio circulus, in cuius centro globulus.* AE. IV. (Mus. priac. Waldeck.)

*Nomi recentiores:*

8.) PH. PHG. PHGINON. PHGI-NΩN.

9.) PHGINOΣ in argenteo suo legit Begerus <sup>f)</sup>, at in simili Maffejus PHGINOM <sup>g)</sup>. Praeplacet judicium Begeri, et tanto istud magis, quia nullum cum epigraphe PHGINOM editum video apud Magnanum, qui magnum monetae Rheginac numerum prodidit.

Agendum primo de ipsis inscriptiōnēs natura, de qua cum a nonnullis viris gravibus praepostere sit judicatum, necesse est restituere ea, quae olim in eadem causa prolixius sum commentatus <sup>h)</sup>.

Cum refert Strabo <sup>i)</sup>, Rheygium nomen accepisse ἀπὸ ταράνησθαι, abrumpi, auctore etiam Aeschilo, quem citat, abrupta nimirum terrae motu Sicilia a continente Italiae, nihil is sane dixit aliud, quam quod vulgo dictum fuit auctoribus cum Graecis, tum Latinis. At idem paullo infra alium etymologiae modum, quem auditu acceperat, in medium profert, nimirum, sic urbem appellatam videri a Samnitibus, propter splendorem, scilicet *Regium*, tanquam *Regiam*, βασιλεύον; horum enim principes

c) L. IX. c. VI. § 84.

f) Th. Br. T. I. p. 338.

d) Num. M. Graeciae tab. II.

g) Offerv. iet. T. V. p. 390.

e) Tab. Heracl. p. 551.

h) Sylloge I. p. 12.

Romanæ civitatis fuisse participes, Latinoque plurimum sermone usos. Haec Strabo, cui, homini Pontico, et Latinarum rerum minus perito venia danda, si rumor parum firmo, et peregre ad vecto locum in commentariis suis indulxit, cui exiguum a se habitam fidem, argumento est, quod ipse ausus non est, istud adfirmare, sed aliis, verumne sit, an falsum, dijudicandum relinquit. Atque ut brevitatis causa argumentis aliis abstineam, quae memoratam hanc a Strabone sententiam evertunt, indubitatum est, exstare Regini numos multo ante signatos, quam praetensa haec Samnitum cum Romanis communio coepit. Mazochius ita divisit Strabonis sententiam, ut concederet quidem, *Regium* habuisse nomen a *Regia*, tamen appellationem istam non inditam a Samnitibus, sed a primis urbis incolis ex oriente utique advectis, in quorum lingua RAC est *regnare*, et REC idem quod *rex*. Ait praeterea, literas, quibus Regini numi inscribuntur, esse Latinas, vel Oscanas, (Graecas non agnoscit) percussos vero hos numos post octogesimum ante Christum annum promulgata lege Julia, qua civitas Romana cum Samnitibus, Lucanis, Bruttii communicata fuit, ex quo scilicet sermo Latinus familiaris evasit Italicas urbibus. Lege haec omnia apud auctorem latius exposita <sup>k)</sup>. Digna sane omnis haec oratio homine, cui omnia hujus universi vocabula, quae aut ultima Thule, aut summotissima in Austrum Taprobane fuderunt, orientali fonte ca-

dere videbantur, et qui unis philologiae criticae studiis intentus neglexit eam partem, quam πρωτηνη appellamus, seu quae in dijudicanda veterum monumentorum natura et externis causis versatur. Non est mihi animus, absurdia omnia, quae toto hoc capite effudit Mazochius, refutare, in id unum intento, ut comprehendem, literas monetae Reginae non esse aut Latinas, aut Oscanas, sed plane Graecas. Jam primum certum est ex Strabone aliisque, quos principio adduxi, fuisse Reginum coloniam Chalcidensium, et, quod sequitur, perinde urbem Graecam, quam aut Veliam, aut Cumas, perinde adeo Reginos lingua patria Graeca usos, quam aut Eleatas, aut Cumaeos. Atq; inquit Mazochius, literae in Regini numis ejusdem sunt formae, cujus sunt Latinæ. Quid tum? an ergo propterea Latinas faciemus? Quod si valebit, nihil obstat, quo minus aut Syracusanorum SVRA, aut Naxiorum NAXION, aut Gelensum CELAΣ, aut Messanae MESSE-NION, aut Himerensum HIMERA, aut Selinuntiorum HVΨΑΣ, aut, si superis placet, literas, quae sunt in vetustissimis marmoribus Amyclaeis, vel Sigeo, Latinas vel Oscanas compellemus, quod literae in his fere omnes Latinis sunt similimae. Quis jam ignorat, Romanorum alphabetum esse vetustissimum Graecum, quod Pelasgicum appellamus, constanter retentum a Martia hac gente et veteris instituti tenace, Graecis interim innata novandi libidine literarum aut formam aut valorem immutantibus? Rectius ergo

<sup>k)</sup> Tab. Heracl. p. 550.

fecisset vir summe eruditus, si gravissima Plinii et Taciti testimonia his monumentis adcommodasset, quorum ille<sup>1)</sup>; *Veteres Graecas literas sive easdem paene, quae nunc sunt Latinae, indicio erit Delphica tabula antiqui aeris etc. hic<sup>2)</sup>: et formae literis Latinis, quae veterissimis Graecorum. Legis ergo instar teuendam, quanto magis literae in numo aut marmore urbis Graecae ad formam literarum Romanarum accedunt, tanto esse eum numum aut marmor antiquius, inscriptum ante, quam haec Graecorum innovatio, invalesceret. Atque secundum hanc legem certum etiam, antiquissimos esse numos Sicularum urbium, qubs mox citavi, et antiquissimos ex eadem causa esse numos Regini inscriptos RECIL RECION. RECINOZ, nam, ut marmora taceam, R et S, quae Mazochio Latinae videntur, habemus in numis vetustissimis Syracusatum, et C pro F in numis Gelensum, Agrigentinorum, aliorumque extra Siciliam. Quod vero ait idem, hos Reginorum numos non nisi post octogesimum ante Christum annum percussos, satis testatur, virum summum majorem operam impendisse volyendis libris, quam dijudicandae numeros aetati. Certum enimvero, ut docebamus infra, existare Regini numos quanto circiter ante Christum natum saeculo signatos, cum qua aetate quo pacto componemus aut legem Julianam, aut Bruttios civitate R. donatos, aut sermonem Latinum Reginis familiarem; quibus tum adhuc Latini fere ignoti? Atque haec*

uberius placuit exponere, quod praeter Mazochium fuere eruditi alii insignis nominis, qui Regini numos Latine inscriptos credidisse. Hoc inter Pellerinius nomen RECIL numi sui Latinis literis scriptum putavit, cumque eusum tum, ex quo Reginum colonia deducta est. Video etiam, Cl. Morisanum auctorem praelari operis: *Inscriptiones Reginae dissertationibus illustratae, Neapoli 1770.* nonnullos agnoscere Regini numos Latinne inscriptos.

Atque ut literas Reginas esse Graecas, sed alphabeti vetustissimi docui, sic et vocabula ipsa esse plane Graeca, nequit. Tamen in numero 2. scriptum RECION; an Latinum istud facies, quando totum Graecum est, nempe urbis nomen in recto, ut in aliarum urbium numis ΤΑΡΑΣ, ΜΕΣΣΑΝΑ, ΗΙΜΕΡΑ, ex quo recentior orthographia fecit PHION? quo modo et Ovidius dicendo: *Rhegion ingreditur etc.*<sup>3)</sup> naturam vocabuli Graecam plane professus est. In numero 5. legitur RECINON, pro quo in numis recentioribus numeri 8. est ΡΗΓΙΝΩΝ. An vero unquam Latini vocabula sua flexere in ON? Est ergo Graecum solitum in gignendi casu a recto Ρηγίνος, quod est certum Ιδυκός Regini. In numero 4. est RECINOS, pro quo in numero recentiore num. 9. est ΡΗΓΙΝΟΣ, nimirum idem Regini Ιδυκός in unitatis numero, ut habemus in aliarum numis ΝΕΟΠΟΛΙΤΗΣ, ΚΑΤΑΩΝΙΑΤΑΣ, ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΣ etc. Demique in numero 3. est RECINO.

1) L. VII. § 58. 2) Ann. XI. c. 14. 3) Met. XIV. 48.

Esto, nomen istud revera sic legi, et si in similibus aliis legatur RECINOS, tamen et RECINO Graecum est putandum, quia Graecum quoque est ΜΕΣΣΑΝΟ in nummis Messanae, de qua terminatione vide nummos hujus urbis Siculae. Si ergo literae in his Rhegii numis Graecae sunt, vox ipsa ex Graecae linguae legibus formata, ejus vero urbis conditores Graeci, multo etiam magis verisimile, nomen urbis ab etymo Graeco ducendum, et quidem ex plurimorum auctorum sententia, ut dixi, ἀπὸ τοῦ ἐγγυροθεατοῦ, cuius rationis est etiam Strabonius ἐν γραμμαῖς, id est: *ruptura*, oppidum Ciliciae ad ostia Cydoni<sup>o</sup>), et ipsa etiam vox RHIGMA scripta juxta monticulum, ex quo aqua profluuit, in nummo Limyrae Lyciae<sup>p</sup>). Quod si verbum Rhedium est potius Latinum, aut secundum Mazochium orientale, sed ejusdem cum Latino significationis, mirabor sane, scriptores Romanos tam rerum suarum nescios etymon urbis ex alieno potius solo, quam suo petere voluisse, quos inter Trogus apud Justinum<sup>q</sup>): *Rhegium dicitur ideo, quia Graecce abrupta hoc nomine pronunciantur.* Et Plinius<sup>r</sup>): *Ab hoc dehiscendi argumento Rhegium Graeci nomen dedere oppido in margine Italique sito.* Sallustius, cum idem narrasset, addit: *Inde Rhegium nominatum*<sup>s</sup>). Cumque auctores alii fere omnes nomen urbis scripserint *Rhegium* cum aspirata, non *Regium*, certum est, illis vocabulum hoc Graecae originis creditum.

Ducto ergo a *rex* vel *regius* etymo ingeniose Mazochius similium numorum typos explicat. Vnam faciem occupat Juppiter. Cur istud? quia *rex* est hominumque, deumque. Alteram leonis caput, nimirum et hic rex quadrupedum. An et lepori, et vitulo, quem in pluribus Rhegii numis habemus, aliquas in hoc regno partes dederit, ignoro. In haec absurdia aberrare virum eruditum necesse fuit, dum ad explicandas res planissimas, fastiditis, ubi ubi poterat, Occidentis copiis velut alter Antonius, accinctus ope barbarica, variisque armis ab *Aurorae populis et litore rubro Aegyptum, viresque Orientis, et ultima secum Bactra* vehit.

Ceterum ex numis scriptoribusque posse confici, multos ex pervetustis his Rhegii numis in quintum usque saeculum ante Christum natum porrigi, docebimus in moneta Messanae Siciliae. Ad haec non literarum solum forma, sed et picturæ ratio remotam numis Reginis vetustatem dictant.

#### Type:

Caput leonis adversum per frequens est in Rhegii moneta typus, cuius lecti causam vide infra in Messana.

Apollo ejusque attributa saepe in numis recentioris aevi recurrent. Sed et vetus ejus fuit apud Reginos religio; nam teste Varrone<sup>t</sup>) Orestes in Rhegii

<sup>o</sup>) L. XIV. p. m. 990.

<sup>p</sup>) Pellerin Rec. III. p. 219.

<sup>q</sup>) L. IV. c. 1.

<sup>r</sup>) L. III. § 14.

<sup>s</sup>) Fragm. apud Ifdorum.

<sup>t</sup>) Fragm. L. X.

## INCERTI ITALIAE.

fluiis a matris nece purgatus Apollinis ibi templum aedificavit, et vetus inscriptio Rhegi<sup>a</sup>, quam ex Morisano recitat Cl. Morcellus <sup>x</sup>), ait: IN. TEMPLO. APOLLINIS. MAIORIS. Praeterea ferebatur Rhegium colonia Delphis, et Apolline auspice deducta <sup>y</sup>).

Numi alii cultum Jovis, Diana<sup>e</sup> etc. sunt. In aliquibus caput geminum juvenile jugatum ut Jani.

*Globuli*, unciarum notae, in nonnullis aeneis. Horum vices in compluribus subeunt lineolae II. III. IIII. ut in numis Catanae.

*SCYLACEVM.*

Numus ΣΚΤΛΔΑΤΙΩΝ apud solum Goltzium.

*SIBERENE.*

Numi vulgati a Prospero Parisio, quibus deinde tres alios, incertum, quibus auctoribus, addidit Magnus. Cum hujus urbis nemo geographorum meminerit, et verisimile sit, Stephani Siberen esse eandem cum illa, quae saeculo inferiore dicta fuit S. Severinae, atque

adeo vix unquam hujus nominis vetus urbs exsisterit, appareat, quam sit infirma horum numorum omnium fides.

*TEMESA.*

Numi ΤΕΜΕΣΣΩΝ ex eodem et solo Prospero Parisio, fidei adeo dubiae.

*TERINA.*

Ad mare Tyrrhenum, a Crotoniatis condita, ab Hannibale eversa <sup>z</sup>).

*Epigraphe*: TE. TEP. TEPI. TEPI-NAION. TEPI-NAION. in aliquibus abest omnis inscriptio.

Typi: *Caput muliebre diadematum, saepe intra lauream. & Mulier amphorae insidens d. lauream, vel caduceum, vel aviculam etc. In aeneis nonnunquam Par-* gurus. (Mus. Caef.)

Capite anticae verisimile est exhiberi Ligeam, quae fuit una Sirenum, de quo vide, quae ad numos Neapolis Campaniae disputavi.

AR. RR. AE. RRR.

*VALENTIA.*

Vide supra Hipponium.

*ZEPHYRIVM.*

Numus ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ. Goltzianus.

*NVMI VRBIVM ITALIAE INCERTARVM.**ORRA.*

Exstant numi, aenei omnes, inscripti ORRA addito in aliquibus FOR. (Pellerin, Pembrok.) vel FORO. (Mus. Caef.) Typi: *Caput Herculis. & Fulmen.— Caput juvenile laureatum, vel Caput Venetis. & Cupido gradiens et lyra canens.—*

*Caput juvenile laureatum. & Aquila.* Adiduntur globuli, ex quorum numero sunt quincunces, trientes, quadrantes, sextantes. Numi sunt apud Haymum, (T. II. p. m. 167.) Pellerinum, (Rec. III. p. 107.) Arigonum, et in museo Caesareo.

Vt certum est, numos esse Italicos

<sup>x</sup> de Stilo inscript. p. 152.

<sup>y</sup> Antig. Cary<sup>b</sup>, Hist. mirab. c. 1.

<sup>z</sup> Plin. Strabo.

docentibus istud adstitutis globulis, ita nemo hactenus verisimile quid attulit, cuius Italiae urbis possint numi videri. Conjectura Pellerinii, *Horreum quoddam Siciliae opinantis*<sup>a)</sup> vix memorari mereatur. Magnanus *Orram*, Latinis *Vriam Locris Epizephyriis* inserit, et ab Idomeneo Deucalionis F. conditam narrat nullo vade citato<sup>b)</sup>). Addit, quo id confirmet, secutus, ut opinor, Cl. Ignarzam<sup>b)</sup>, numum ex museo Nojano, in quo adjectam ait vocem ΛΟΚΡΩΝ. Si ipsam numi imaginem spectes, videbis, in aversa scriptum ORRA, in adversa ΩΛ, ex' quo ΛΟΚΡΩΝ confici nequit, qui populus constanter literam O, non Ω usurpavit. Plus igitur lucis hi adhuc numeri desiderant.

Eadem hora, qua primum paginae hujus experimentum ex typographeo emersit, perlata est ad me Neapoli dissertatione: *Illustrazione di un antico vaso trovato nelle ruine di Locri*, ab ejus humissimo auctore Michaele Ardito mihi dono missa. In ejus fronte extat imago

numi, cuius Cl. Ignarra in suo de palaestra Neapolitana opere obiter tantum meminerat, estque talis:

*Caput Palladis galeatum. Ξ ΑΚΡΩΝ. Botrus, supra quem OPPA. Η. III. (Olim in museo ducis Nojae, nunc reg. Neap.)*

Ex hac rariissimi hujus numi epigrafe saltem istud commode eruitur, Orram hactenus ambigu situs in Locrorum Epizephyriorum agro fuisse positam.

*Η. RR. Horum unus apud Pellerin AR. dicitur chalcographi vitio, ut testatur Magnanus. (l. c.)*

Huic addi possunt numuli variii argentei IV. et V. formae typis diotac, capitis equini, lunularum, facis ardentis etc. quales complures olim spectandos dedi<sup>c)</sup>, et de quibus istud tantum constat, intra magnae Graeciae fines reperiri. Epigraphe aut nulla, aut nimium parca omnem hactenus reperiundae eorum patriae viam occlusit.

<sup>a)</sup> l. c.

<sup>a)</sup> Brettia num. p. 9.

<sup>b)</sup> de Pal. Neap. p. 253.

<sup>c)</sup> Sylloge I. p. 16.

## S I C I L I A.

## P R O L E G O M E N A.

Omnium mediterranei insularum magnitudine, opibus, frugum abundantia, urbiuum et antiquitate et potentia, regum et tyrannorum claritate, rerum gestarum gloria facile princeps. Neque vero etiam, quod ad praefens institutum pertinet, ulla alia Graeci orbis regio aut tanta copia numos signavit, aut tanta elegantia, si Graeciam M. demas, quae in utraque laude cum Sicilia de principatu possit contendere. Quantam vero utilitatem philologiae studiis adferat moneta Sicula, abunde ex hoc tractatu licebit, perspicere.

A figura dictam fuisse *Trinacriam*, conspirant Strabo<sup>d</sup>), Diodorus<sup>e</sup>), aliique, nimirum a tribus promontoriis, in quae procurrit, Peloro, Pachyno, Lilybaeo. Plinius<sup>f</sup>): *Ante omnes claritate Sicilia, Sicania Thucydidi dicta, Trinacria pluribus, aut triquetra a triangula specie, unde et Horatius dixit triquetra tellure pro Sicilia*<sup>g</sup>), quo modo et de Britannia Caesar<sup>h</sup>): *In insula natura triquetra. Tria haec promontoria tribus cruribus inter se nexit solent indicari, quae uno vocabulo, more inter nos recepto, triquetram solemus appellare, estique triquetra sic dicta obvium, qua Sicilia indicatur, symbolum non modo in numis domesticis, sed Romanis etiam, ceu in*

denariis Marcelli et Lentuli. Trinis his cruribus saepe intertextas spicas videoas ad notandum insulae fertilitatem. Plerumque in triquetra medio alatum visitur Medusae caput, et aliquoties in numis Syracusanis ipsa etiam crura alis instructa comparent. Vtriusque phaenomeni causam idoneam nondum reperi, et libenter patiar me ab alio edoceri. Haec tamen triquetra non ita propria est Siciliae, ut non etiam aliarum urbium numis insideat, ut Veliae Lucaniae, Suesfae Campaniae, et teste numo Hunteriano Metaposti Lucaniae, quod quidem propter viciniam minus mirum, sed et Aspendi Pamphyliae, Selges Pisidia, principum Olbensium Ciliciae, aliarumque ejus tractus urbium, quae in eodem symbolo concordia tanto magis mira videatur, quod urbium tanto intervallo dissitarum nullus cum Sicilia nexus appareat. Eadem triquetra exstat etiam in numis aeneis praefectorum classis M. Antonii IIIviri, quos tamen certum est extra Siciliam curos.

Alter typus in numis Siculis frequens est bos cum facie humana, cuius explicatum praecepi in dissertatione Campaniae numis subjecta.

Obvius etiam typus in numis praecipue tetradrachmis bigae, trigae, quadri-

<sup>d</sup>) L. VI.    <sup>e</sup>) L. V. c. 2.    <sup>f</sup>) L. III. § 14.    <sup>g</sup>) L. II. Sat. VI. v. 55.    <sup>h</sup>) L. V. c. 19.

gae, Victoria, plerisque habens moderante, aut advolantē desuper, et auri- gam, aut equum solum coronante. Qui in numeros Siculos commentati sunt, ~~et~~ aījunt indicari solennes Graecorum ludos, et res latae in his victorias. Verisimile istud videatur, praecipue cum, ut dixi, plerumque in his numis strigam advolans Victoria coronet, quem honorem revera

exempla suppeditant. Praecipua ex his sunt: DANKLE, HIMERA, CELAS, MESSENION, NAXION, SVRA QOSION, HVΨΑΣ &c. Varios hos Siculae in numeris scripturae modos collectos vide in Principis Turris Mutiae inscriptionibus Siciliae et adjac. inf. Prolegom. pag. XXXV. De dialecto in numis Siculis mox separato articulo agam.

Ad metallum quod attinet, antiquissimi qui que argentei sunt omnes, et vix est aeneus, qui aevi admodum remoti indicia praebeat. Serius signati aurei, cujus generis ut obvii sunt Syracusani, ita aliarum urbium rarissimi, puta, Agrigenti, Gelae, Taurennii. Sunt tamen obvii autrei ex eorum genere, quos Punicos, et Panormi cūsos credimus. Regum item aut tyrannorum aurei inde ab Agathocle parabiles, demptis Hieronymi, qui rarissimi.

Quando numi in Sicilia feriri desiverint, incertum. Habemus numeros Agrigentii coloniae Latios, et Segestae Graecos sub Augusto, et coloniae Panormi sub Tiberio signatos. Verisimile, adhuc sub Augusto urbibus Siciliae liberis jus monetarium ademptum, sub Tiberio etiam coloniis noua Siciliae modo, sed et Africae veteris, de quo instituto alibi erit agendi locus.

Comporta numorum Siculorum praefiantia multi fuere auctores, qui eos in vulgus edidere, aut commentariis illustraverunt. Jam ante duo saecula Hubertus Goltzius vulgavit numos Siculos. Post hunc Philippus Paruta Panormitanus di-

Amabant Siculi in moneta sua proponere fluviorum suorum nomina et effigies. Eorum octo sunt compesti; *Aeragias* Agrigenti, *Amenanus* Catanae, *Arethusa* Syracusarum, *Afine* Naxi, *Chrysa* Assori, *Gelas* Gelae, *Hipparis* Camarinæ, *Hypsus* Selinuntis. Eorum effigies sunt forma humana, ut ad singulas urbes videbimus, et copiose differuiimus in citata mox ad Campaniae numos dissertatione.

Numi Siculi antiquissimi ut cognitione styli delectant, qui apud hanc gentem viguit, antequam artes circum auream Alexandri M. aetatem perficerentur, ita palaeographiae pulcherrima et copiosa

vitem suum numorum patriorum syllabum conscripsit alteris curis Romae a Leonardo

<sup>i)</sup> L. 5. c. 50.

(Vol. I.)

*Augustino*, Lugduni a *Marco Maiero* ad editis supplementis editum. Ei restituendo postremus manum admovit *Sigebertus Haverampus*, quo is in opere, praegrandis atque indigestae molis, ut pleraque sua numismatica, non modo vetera illa Gol-tzii, Invegis, Mirabellae, Maieri recoxit, sed prolixos etiam commentarios ex suo cornu, quod copiam semper, et si raro bonam, fuderat, veteribus adjacit, qui, quo sint loco habendi, ne detrahere viri praeclari meritis unus videar, ex Petri Burmanni praefactione Dorvillii Siculis praefixa pag. XXXII. poteris colligere. At eximia sunt supplementa, quae laudatus *Dorvillus* legit, et quae editis a se monumentis Siculis conjuncta sunt, a Retro Burmanno Secundo erudite ac magno judicio explicata. Nostra aetate de numis Siculis plurimum promeritus est *Gabriel Lancillatus Princeps Turris Mutiae*, qui non modo inde a pluribus annis quinque opusculis, quae *Aggiunte alla Sicilia numismatica di Paruta* appellavit, veterum in edendis numis Siculis sphalmata cor-rectit, sed novas etiam accessiones addi-

tis; quas longus in patria usus docuerat, praeclaris animadversionibus nobiscum communicavit, ac postremo Siculos nostros unnes hactenus cognitos tabulis CVII. complexus est id opere: *Siciliae populorum et urbium, regum quoque ac tyrannorum veteres numi Saracenorum epocham antecedentes*. *Paperini* 1781. Insignibus his principis indefessi conatibus si respondisset chalcographi adcuratio, qui saepe cum inscriptio[n]es, tum types propalam pervertit, et si in ipsis tabulis discreti fuissent numi, quorum ipse archetypa videt, ab iis, qui sibi e *Goltaio* et *Paruta*, de quorum ipse fide non raro dubitat, fuere cogniti, nihil esset, quod ad Siciliae numismaticae perfectionem amplus possemus desiderare. Ex hoc opere numos, quos citabo, omnes excerpti, ut adeo necesse non sit memorare musea, quod alias facere institui. Ab eo tempore auctor nobilissimus duó editis supplementa auctariarum nomiae, primum anno 1789, alterum anno 1791, sed nescio, quo fato contigit, ut horum alterum ad manus meas perveniret, at primo in hanc horam caream.

### De dialecto et linguis in numis Siculis.

Dores, Jones, Chalcidenses trans-gresos in Siciliam, et exstis isidigenia barbaris fundasse urbes, historia docet. Fuere igitur tot in Sicilia dialecti, quæ variæ gentes, nempe Dorica, Jonica, Attica, nam Chalcidenses Atheniensibus fuere cognati. Haec ut vera fuerunt sub ipsa urbium fundatarum principia, ita alia subinde lex præcipue circum eam aetatem, qua plerique numi, quos super-

bites habemus, signati sunt. Nam cum maxima effet Dorum in insula potentia, qui Syracusas, Agrigentum, aliasque urbes omnibus copiis refectas tenuere, horum cupiditate vel diffensu gentibus aliis, vel ejalis, vel scire coactis; vel secum permixta, factum subinde, ut Dorum quoque lingua reliquas omnes paullatim absorberet. Nova quoque Dorum supplemata ex Graecia arcessita suppetias ve-

nere, ceu Messenii Dores, qui occupata Zanclae alterius gentis suam continuo dialectum invexere. Sane Siculae urbes omnes Dorice numos sios inscripsere, ut: ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. ΑΡΧΑΙΓΕΤΑΣ. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ etc. pro ΜΕΣΣΗΝΙΩΝ. ΠΑΝΟΡΜΙΤΩΝ. ΑΡΧΗΓΕΤΗΣ. ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. Missis vocabulis similibus aliis Dorismi jam cogniti juvat philologiae causa expendere alia Dorismi minus in vulgus noti.

**ΒΑΣΙΛΕΟΣ**, pro **ΒΑΣΙΛΕΩΣ**, constanter in numis Siculis, etiam illa aetate, qua Ω pridem invaluit. Est ΒΑΣΙΛΕΟΣ modus communis, retentus a Doribus et Aeolibus, nam et in marmore reperto apud Cymer Aeolidis est ΑΡΧΙΕΡΕΟΣ. ΛΑΟΔΙΚΕΟΣ.<sup>1)</sup>, at **ΒΑΣΙΛΕΩΣ** Atticum est, atque in omnibus aliorum regum numis usurpatum.

**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. ΑΡΕΘΟΣΑ.** pro **ΣΤΡΑΚΟΤΣΙΩΝ. ΑΡΕΘΟΤΣΑ.** Συραχοσα dixit et Pindarus, (Pyth. B. v. 1.) et aliquoties Theocritus, et eadem Dorica libertate usus Virgilius tertiam corripuit in: *Prima Syracosio &c.*<sup>1)</sup>, de quo five archaismo, five Dorismo uberior agam in numis Alexandri I. Macedoniae regis. Ex quo apparet, epigraphen ΑΡΕΘΟΣΑ nequaquam ortam ex vitio scribendi, ut visum Principi T. M.<sup>m)</sup>

**ΑΓΑΘΟΚΛΕΙΟΣ.** per frequens in numis Agathoclis pro solito **ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ.** Exempla Dorica vocalis Ε in diphthongum ΕΙ mutatae suppedit Mait-

tarius<sup>n)</sup>. In numo uno, si recte istud promulgatur, Princeps T. M. vidit ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΤΣ.<sup>o)</sup>, quanquam apud Polybius habeamus quoque Στρατοκλεούς<sup>p)</sup>, et in numo Nicoclis Paphiorum regis ΝΙΚΟΚΛΕΟΤΣ.

DANKLE, propter priimum elementum hoc pertinet. Numos sic inscriptos pertinere Zanclen, quae subinde Messana dicta est, u nemire ambigitur. Notat Maittarius post tot alios linguae Graecae magistros<sup>q)</sup>, Dores passim Ζ in Δ mutasse, et sic dixisse δυογον pro ζυγόν, et Δενς pro Ζενς, ergo dixerunt etiam Δανηλε pro Ζανκλε. Verum quod maxime Dorismum hunc comprobat, est lapis a Fourmontio apud Amyclas Laconiae repertus, in quo Zeuxidamus notus Laconum rex scribitur ΔΕΤΚΣΙΔΑΜΟΣ<sup>r)</sup>. Lacones Dorice locutos constat. Quicunque ergo tum, cum numi cum epigraphe DANKLE signati sunt, urbem tenuere, eti origine Dores non fuerunt, certum est, ad receptum in insula Dorismum deflexisse, atque ex hujus lege Δ pro Ζ usurpassé, eodem modo, quo et Chaldaei literam Zain Hebraeorum in Daleth mutavere. Neque vero opus est continuo Dorismum arcessere, cum Plato generatim dixerit, veteres Graecos elementum Δ pro Ζ frequenter usos<sup>s)</sup>. Sic et veteres Latini dixerunt Medentius pro Mezentius teste Prisciano<sup>t)</sup>. Necesse non fuerat, doctrinae jam cognitae longius inhaerere, nisi viderem, viros primi a arte nostra subsellii in explicando hoc

k) Gaylus Rec. d'Ant. T. II. p. 170. l) Eclog. VI. 1. m) Aggiunt. p. 138.

n) Graec. d'Al. p. m. 168. o) Tab. Cl. n. 12. p) Exc. leg. LXVII. q) I. c. p. 149. r) B. L. Hist. T. XVI. p. 101. s) in Cratyle p. m. 418. t) p. 552. ed. Putich.

elemento graviter hallucinatos, et si, quod dens naturam Graecam non inficiatur, postea adverti, similia his, quae modo docui, pridem preeceperit Montfauconius <sup>a)</sup>). Opinabatur Frölichius, esse Z formae vetustissimae, et deinceps abolidum <sup>b)</sup>). Cl. Dutens putabat positum D, quod nondum inductum esset Z <sup>c)</sup>). Pellerinio ex Oscorum vel Etruscorum alphabeto captum videtur, idque tanto pronius, quoniam Zancle, ut in hujus urbis numis dicetur, incolas aliquando habuit ex Campania advectos, quam tenuere Osci et Etrusci, cumque litera D in horum alphabeto potentiam <sup>d)</sup> R haberet, sequi, urbem ab his dictam *Zancle pro Zanclo* <sup>e)</sup>. Hunc Pellerinii parachronismum refutabo infra, cum de urbis hujus numis agam. Forma hujus literae ad Latinum D acce-

sed nummum esse canae vetustatis suapte profitetur

De variis Siculorum dialectis multa erudite congettavit Princeps T. M. in laude opere: *Inscriptiones Siciliac Proleg. p. XVI. seq.*

Linguas, quibus numi Siculi loquuntur, habemus tres varias, Graecam, Punicam, Latinam, nimirum pro variis nationibus, quae in hac insula domicilia fixere, quae causa videtur, cur Apuleius Siculos trilingues dixerit <sup>f)</sup>). Dominatur Graeca, de numis Punicis agemus in Panormo, Latina angustos habet fines, et cum hac res Siciliae numismatica defecit. Numi hujus insulae Arabici ad meum institutum non pertinent.

<sup>a)</sup> Palaeogr. p. 127.  
<sup>b)</sup> Rec. III. p. 204.

<sup>c)</sup> Not. elem. p. 24.

<sup>d)</sup> Explic. de quelq. méd. p. 484.

<sup>e)</sup> Metam. L. XI, p. m. 216.

## S I C I L I A.

---

**Caput muliebre velatum, et coronatum spicis.** ΣΙΚΕΛΙΩΤΑΝ. Victoria in citis quadrigis. AR. m. m.

Numum hunc primus edidit Pellerinius, subiude similem alium Princeps T. M. b) Eo sunt singulares, quod communis nomine omnes totius insulae populos complectantur. Vtriusque partis typus suspiciari facit, eos Syracusis signatos, at quo consilio, incertum.

AR. RRRR.

### ABACAEVNVM.

Ex uno fere Diodoro cognita, qui eam ad Septentriones prope Tyndaridem collocat.

Ejus numorum agmen ducat sequens:

*Sino epigraphe. Scrofa. Ξ Nullo plane typo. AR. I. (Muſ. princ. de Waldeck.)*

Typus singularem hunc numum, ut ex sequentibus patebit, Abacaeno vindicat. Ad haec venisse eum ex Sicilia, certo constat. Rarum est videre numum cum aversa plane sterili, ut alibi diximus. Reliqui

*Argentei* sunt minimi moduli, et pertinues. In his

*Epigraphe:* haec admodum variat, ABA. ABAK. aut ABAKAIN. βαρεοφηδον, aut in eodem numo scriptum utrinque ABAK. Illud singulare in compluribus, quod nominis pars altera in aversam tra-

jicitur, sic ut in antica sit ABAK. in aversa AINI. vel AINON. Non observato hoc utriusque partis nexus Havercampus legendum putavit Λαυρτ. nimirum aetatis vitio pro ΣΕΛΙΝΟΝΤ. et notari concordiam Abacaenum inter et Selinuntem c). Gravius peccavit Pellerinius, cum numum similis Abacaeno ademptum Aeno Thraciae tribuit, sic ut ABAK. esse nomen magistratus, AINI nomina urbis adsereret d).

*Typi: Caput barbatum, in aliis nudum, vel laureatum. Ξ Scrofa, adstituta nonnunquam fucula.*

Aenei:

*Caput muliebre. Ξ ABAKAININΩΝ. Bos dimidiatus cornupeta. Ε. III.*

\* \* \*

Maffejus numum inscriptum Punice Abacaeno nostro tribuit, de quo agemus in dissertatione Phoeniciae numis subjecta. AR. R. Ε. RRR.

### ABOLLA.

Vrbs obscura et a solo Stephano laudata.

Vnicus hactenus a Dorvillio editus: (in Siculis tab. XX.)

*Taurus. Ξ ABO. Botrus. Ε. III. At fatetur Princeps T. M., sibi similem in museis patriis non conspectum, et ipse in re incerta judicium differre maluit.*

Ε. RRRR.

b) Aggiunt. p. 148. c) in Parut. p. 735. d) Lettres p. 187.

*A C R A E.*

Inter Syracusas et Pachynum, a Syracusanis conditae teste Thucydide.

*Caput Cereris spicis coronatum. ΣΑΚΡΑΙΩΝ.* Ceres stans utraque manu facem gestat. *Æ. III.*

Hunc numum jam vulgaverat Haymius <sup>e)</sup>, sed cum in eo non adverteret colligatas literas KP., legissetque adeo ΑΚΑΙΩΝ., eum tribuit Achaeis Syriae, quem errorem primus notavit Petterinius <sup>f)</sup>.

*Æ. RR.*

*A D R A N V S.*

Ad Aetnae radices condita a Dionyfio seniore, ut refert Diodorus. Vrbs famigerata cultu dei Adrani per omnem insulam celeberrimi, a quo ei et inditum nomen. Ejus religionem jam commendavit Plutarchus <sup>g)</sup>. Copiofius Aelianus mille deo canes Molossis praefantiores fuisse facros narrat, quorum ea fuit divina natura, ut bono animo in templum intrantes blande exciperent, nocte vero casu ebrios custodiae causa domum deducerent; at qui praedandi consilio essent ingressi, in frusfra discerperent <sup>h)</sup>. Idem paullo supra <sup>i)</sup> similes caninos honores Vulcano in Aetna monte habitos narravit.

*Caput Apollinis. ΣΑΔΡΑΝΙΤΑΝ. Lyra. Æ. III.*

Hos in museis patriis passim obvios ait Princeps T. M., apud nos vix reperiuntur.

Soli hi Adrani numi certi sunt. Ta-

men non pauci sili perperam huc suere vocati.

I. Quos edidere Goltzius et Paruta: ΑΔΡΑΝΙΩΝ typo aquilae et paguri, certe sunt Agrigentinorum teste ipso Principe T. M., cui similem alium in Siciliae museis videre non contigit.

II. Eos, in quorum antica legitur ΑΔΡΑΝΟΥ, tribuendos Mamertinis, in horum moneta docebimus.

III. Numos gravis aeris inscriptos HAT. propter typum canis jacentis huc retulit Wachterus. <sup>k)</sup>. Sed eos esse Hadriae Piceni, in hujus moneta probavi.

IV. Contulit et symbolam suam Patinus, qui numum Lucillae, in qua legerat: ΑΔΡΑΝΟΝ. TTXH, huc derivavit <sup>l)</sup>. Non advertit vir eruditus, hac aetate numeros in Sicilia signatos non amplius fuisse. Agnovit lapsum Havercampus, eumque, sed altero errore Adramnae Cœlesyriae tribuit <sup>m)</sup>. Est enim Adraae Arabiae, et epigraphe sana ΑΔΡΑΗΝΩΝ. TTXH, ut ad hujus numos dicetur.

*Æ. RRR. extra Siciliam.*

*ΑΕΤΝΑΕΙ.*

Ad montem cognominem. Hiero Catanae incolis ex urbe sua ejectis et deducta eo aliarum regionum multitudine locum eum *Aetnam* pro Catana, et semet ipsum *Aetnaeum* dici voluit. At quarto decimo post anno mortuo Hierone veteres incolae urbem paträm per vim recuperaverunt ejectis novis inquilinis, qui subinde in vicinam urbem Enesiam commigravere, quam *Aetnam* dixerunt.

e) T. II. p. m. 102. f) Rec. III. p. 98. g) in Timol. p. 241. h) Nat. anim. L. XI. c. 20.

i) c. 3. k) Archaeol. p. 146. l) Nam. Imp. p. 207. m) ad Parut. p. 724. et 726.

Haec Strabo <sup>n</sup>), Diedorus <sup>o</sup>), et Schol. Pind. <sup>p</sup>)

*Argenteum unicum reperit Princeps T. M.*

*Caput Sileni vel Fauni. Χ AITN. Ca-  
duceus formae insolentioris. AR. IV.*

Simillimi huic quoad utramque par-  
tem, et metallum et modulum sunt numi  
Catanae. Reliqua intra conjecturas stant.

*In aeneis:*

*Caput Solis radiatum. Χ AITNAΙΩΝ.  
Milos stans cum hasta et clypeo, in area  
tres globuli. AE. III.*

Solis impensiorem cultum ipsa rei na-  
tura monticulis persuaserit. Teste Spartia-  
no Hadriano Aetham coascendit, ut fo-  
lis ortum videret arcus specie varium <sup>q</sup>).  
Simple Juliano Apostatae fuit propositum,  
cum apud Seleuciam Syriae Casium mon-  
tem ascenderet <sup>r</sup>). In milite partis aversae  
Havercampus ipsum Hieronem videt gra-  
tae memoriae causa ab Aetnacis monetac  
illatum.

*Caput Cereris. Χ AITNAΙΩΝ. Cor-  
nucopiae. AE. III.*

Agri Actensis ubertatem multum  
commendat Cicero in Verrina III.

AR. RRRR. Ξ. R.

### AGRIGENTVM.

Vetus mare Pachynum inter ac Li-  
lybeum ad Acragantis et Hypsae con-  
fluentem teste Polybio <sup>s</sup>). Ejus major pa-  
tria Rhodus per Gelos <sup>t</sup>). Nomen traxit  
a fluvio Acragante, ut dicitur Thucydi-

des <sup>u</sup>). Graecis dicta Ακραγας, cives Ακρα-  
γαντιοι, Latinis detortum in Agrigentum;  
ut a Ταρες, Ταραντιοι, et Tarentum. Ur-  
bis eximias opes et amplitudinem abunde  
descripsere veteres, et testantur rudera,  
quae videbis in Dorvillii Siculis <sup>v</sup>).

Pars ejus numorum per literarum  
formam, scripturae legem, et simplicio-  
rem artis modum remotissimum aevum  
indicat.

*Epigraphe antiquioris formae obser-  
vatur in argenteis, quin et aureis, ut:*

ΑΚΡΑ. ΑΚΡΑC — ΑΝΤΟΣ. poste-  
riore parte βασιφηδον scripta. Eodem mo-  
do ΑΚΡΑГ — ΑΝΤΙΝΟΝ. inscriptum ta-  
bellae quadrilaterae, ut in Syracusanis.  
ΑΚΡΑΓΑΝΤΙ. scriptum retrograde. In  
aureis magistratus Silanus exaratur ΣΙ-  
ΛΑ — ΝΟΣ. βασιφηδον.

In utraque etiam numi superficie, sed  
rarius, et in iis tantum, qui antiquitate  
praefiant, arbis nomen notatur. Sic in  
aureo hinc ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ. inde ΑΚΡΑ-  
ΓΑΝ., in argenteo hinc ΑΚΡΑΓΑ. inde  
ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΟΝ. Vide similia exempla  
infra in Messana.

*Epigraphe recentioris formae.*

ΑΚΡΑΓΑΣ. vel ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ.  
Raro in aeneis aliter, quam ΑΚΡΑΓΑΝ-  
ΤΙΝΩΝ. quae epigraphe in argenteis quo-  
que, sed recentioribus occurrit.

Princeps T. M. tam in suis Additio-  
nibus <sup>w</sup>), quam in magno suo opere <sup>x</sup>) nu-  
mos protulit cum epigraphe ΑΓΡΑΓΑΝ-  
ΤΙΝΟΝ. et ΑΓΡΑΓΑΣ., nempe secundo

n) L. VI. p. 418. o) L. XI. p. 441. et 461.

p) ad Pyth. A. et Nem. Θ. q) in Hadr.

r) Amthian. L. XXII. s) Hist. L. IX. c. 21.

t) Thucyd. L. VI. c. 4. u) l. c.

v) p. 88. seq. y) Tab. VII. n. 4.

z) Tab. V. n. 1. Tab. VIII. n. 8.

elemento Γ pro Κ. Cum eruditus editor luminarum vide quae praedicavit Dio-insolentem hunc modum dissimulet, et si dorus<sup>d)</sup>.  
noverit, eum in tribus argenteis Parutae impugnari a Burmanno<sup>a)</sup>, licebit chalco-graphi errorem iūspicari. Alio loco refert<sup>b)</sup>, in aliis sic esse divisam epigraphen, ut in antica legatur ΑΚΡΑ, in aversa ΓΑΣ. vel ΓΑΝΤΟΣ. Verum haec exempla ab uno Paruta mutuatus videtur, nam ipse similem nusquam protulit, et si hunc monrem in Abacaeni moneta valuisse viderimus, atque etiam Lai Lucaniae.

*Typi:* Dominantur in Agrigentinorum moneta pagurus, et aquila vel stans, vel viscerem, leporem, serpentem, columbam discerpens; nonnunquam aquilae duae. Fuere, qui speciosius quam verisimilius causam rimarentur, cur utrumque animal Agrigenti monetam invaserit. Pagurum suaserit maris vicinia. Infra hunc varia conspiciuntur figilla plerumque cum mari vexa, ut: monstrum muliebre marinum, Triton, equus marinus, pisces variis generis &c.

*Caput Jovis.* Χ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ.  
*Aquila.* AR. ΕΞ.

Teste Polybio<sup>c)</sup> erat Agrigenti aedes Jovis Atabyrii sicut apud Rhodios. Nam eum Rhodiorum colonia fit Agrigentum, jure merito hic deus eodem nomine colitur, atque apud Rhodios. Mox infra: Olympii quoque Jovis templum et si cultus magniscentia non accessit, magnitudine tamen incepti nulli ex omnibus Graeciae operibus est secundum. De stupeada mole co-

*Caput virile barbatum laureatum, in aliis nudum.* Χ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. Serpens baculo obvolvulus. Ε. II. III.

ΑΣΚΛΑΠΙΑ. *Caput Cereris.* Χ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. *Vir togatus stans.* Ε. II. (Hunter.)

Capite anticae numi prioris sifli Empedoclem civem Agrigentinum, eumque arte medica et philosophia clarum censuerre Burmannus<sup>e)</sup>, et eum secutus Princeps T. M.<sup>f)</sup> Verum cum caput anticae omnia habeat Aesculapii, et constet ex Polybio<sup>g)</sup>, stetisse Agrigenti ejus dei templum, et baculus aversae certum fit illius atrium, nequaquam adsequor, cur sequendum sit incertum, cum certum prae manibus habeamus. Eorum judicia planissime corrigit numus alter serius repertus, qui ipsa ΑΣΚΛΑΠΙΑ, sive ludos Aesculapia Agrigenti celebrata offert.

*ΣΙΔΑΝΟΣ.* *Duae aquilae leperem depascentes.* Χ ΑΚΡΑΓΑΝ — ΤΙΝΟΝ. (βαγεοφύδων). *Victoria in citis quadrigis.* AR. m. m.

Generosos equos Agrigenti educatos testis est Virgilius<sup>h)</sup>:

*Arduuus inde Acragas ostentat maxima longe*  
*Moenia, magnanimum quondam generator equorum.*

Ad quos versus non pauca opportunebus est secundum. De stupeada mole co-commemorat Servius. Sed et Diodorus

a) Sic Derville. p. 350. b) Aggiunte p. 205. c) Hist. L. IX. e. 22. d) L. XIII. e. 82.

e) Sic. Derv. p. 353. f) Aggiunte p. 208. g) Hist. L. I. e. 12. i) Aen. III. 703.

Agrigentinorum in educandis equis studium praedicat, cum narrat, Exaenetur Agrigentum in Olympicis victorem comitatas in urbem esse bigas CCC. candidis omnes equis, et exstante apud eos magnifica sepulcra equis in certamine probatis statuta<sup>i</sup>). Theronem Agrigentinum in ludis Olympicis victorem binis odis celebravit Pindarus. (Olymp. B. E.)

**ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ.** *Caput juvenile diadematum, retro uvae racemus, sub collo Κ. ΔΙΟΣ. ΣΩΤΗΡΟΣ. Aquila fulmini insitens. ΑΕ. III.*

Abbas Settinus, qui numum edit<sup>k</sup>), in antica dixit exhiberi caput Theronis, noti Agrigentinorum principis. Istud vix esse probabile, in hujus numis dicetur. Neumannus in simili suo caput Bacchi agnovit. Esse imaginem fluvii Acragantis, conicere facit numus sequens.

*Fluvius Acragas.*

**ΑΚΡΑΓΑΣ.** *Caput juvenile diadematum. Κ. Aquila capitulo ordinis Jonici insitens, juxta pagurus. ΑΕ. I.*

Saepe per hunc tractatum videbimus, et diximus in prolegomenis, placuisse Siculis, hominis effigiem fluviis suis largiri. Placuisse et istud Agrigentini, vadem habemus Aelianum<sup>l</sup>). *Agri-*gentini, ait, *fluvium, qui ejusdem est cum urbe nominis, speciosi pueri forma fingunt, eique hostias immolant. Idem statuam ex ebore sculptam Delphī dedicaverunt inscripto fluvii nomine. Statua autem est pueri.*

Ex quo, ut et ex aliis Siciliae urbium numis, in quibus simili saepe modo effigies habemus fluvios, verisimile fit, in hujus quoque numi antica proponi flumen Acragantem. Vide de hoc etiam Havercampum<sup>m</sup>).

*Pondus aut valor in Agrigentinorum moneta globulis enunciatus creditur, qui saepe hujus areae inserti comparent, nunquam tamen sex plures. Hactenus in aenea tantum moneta conspecti sunt; tamen numum argenteum antiquae formae reperit Princeps T. M. globulis quinque onustum, quem sicut in majoris operis tab. VI. n. 18. De his idem pauca delibat in Auctariō II. p. 97.*

*Magistratus.* Silanum vidimus in numis supra citatis. Alii etiam, sed minus integri, aut primis tantum literis per varios numos conspicuntur.

**ΑΒ. RRRR. AR. ΑΕ. C.**

**COLONIA.** Teste Cicerone T. Manlius praetor ex S. C. colonos de oppidis Sicularum Agrigentum deduxit<sup>n</sup>). Factum istud refert Pighius ad annum V. C. 546., sed pro T. Manlius, ut habent codices, restituit C. Mamilius.

*Triquetra distributis per crura tribus spicis, in cuius medio Medusae caput. Κ. AGRIGENTVM. intra coronam. AR. (Princ. T. M. Sic. num. tab. VI. n. 19.) ΑΕ. (Ibid. tab. X.)*

Hos numos esse Agrimenti tandem coloniae, eo ipso, quod Latine inscrubun-

i) L. XIII. c. 82.

ii) in Verr. L. II. c. 50.

k) Lettere T. II. p. 4.

l) Var. hist. L. II. c. 33.

m) in Parut. p. 440.

(Vol. I.)

tur, comprobatur. Omissum coloniae vocabulum non officit, nam et coloniae Paestri numi tantum inscribuntur PAIS. Offerunt hi numi verum urbis nomen, ut illud Latinis ex Graeco depravare placuit, secundum quod et Plinius: *oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixerat.* An audiendus Havercampus, qui pumos similes sub Siciliae regibus Suevis, vel Normannis curos conjicit <sup>o)</sup>?

*praeterea adstat cervus propter arborum.*  
Æ. III.

Typo aversae Havercampus; cumque secutus princeps T. M. censem exhiberi Jolaum, cuius pater Iphicles fuit frater uterinus Herculis ex matre Alcmena. Heroem hunc ab Agyrinenibus eximie fuisse cultum, prolixe refert Diodorus <sup>p)</sup>, cuius observantiae causa extitit ipse Hercules, qui nepoti expeditionis socio fanum apud hanc urbem extruxit constitutis annuis sacris. Reliquos superstitionis ritus et fabulas lege apud citatum Diodorum. Sed enim vestis succincta, canis, cervus, omnia, non heroem, sed numen aliquod venaticum arguunt, et forte, quem viri eruditii Jolaum putant, vera Diana est magna religione per totam insulam culta. In parvis numis, et plerumque adrosis difficile saepè est inter marem feminamque discrimen.

AVGVSTO. P. P. AGRIGENTI. *Caput Augusti nudum.* X. L. CLODIO. RVFO. PROCOSS. SALASSO. COMITIÆ. SEX. REO. IIU. *Sine typo, nisi quod in uno est signum incusum aratri, in alio ovis.* Æ. II.

Tres id genus similes primus vulgavit Princeps T. M., (Tab. X.) eosque omnes male adfectos, sic ut nonnisi omnes tres contendendo citatam epigraphen potuerit elicere. Augent ergo catalogum numerum, quos exiguo numero coloniae Siciliae signavere.

AR. et Æ. RRRR.

#### AGYRIVM.

Fere in insulae medio inter Symethum et Chrysam fluvios, Diodori Siculi patria.

*Epigraphe: ΑΓΤΡΙ. ΑΓΤΡΙΝΑΙ. ΑΓΤΡΙΝΑΙΩΝ.*

EIII. ΣΩΠΑΤΡΟΤ. *Caput Jovis.* X. ΑΓΤΡΙΝΑΙΩΝ. *Juvenis habitu succincto stans s. cornuoopiae, d. extenta pīscem vel coquu praeferit et coronatur ab advolante Victoria, pedibus adsidente cane.* In alio

*Caput nudum barbatum.* X. ΑΓΤΡΙΝΑΙ. *Hercules nudus d. clavam, s. hydram stringit.* Æ. III.

Si pictura, qualis extat apud Parutam, et Principem T. M., respondeat archetypo, caput anticae Herculis esse nequit, cui antiquitas multum diversa adfixit lineamenta, et videtur verisimile, esse Jolai, quem ad praecedentem numerum sum inficiatus. Istud ut opiner, facit numi pars aversa. Herculi cum hydra Lernaea luctanti Jolaum tulisse operam testatur Apollodorus <sup>q)</sup>, et Palaephatus <sup>r)</sup>, atque, si horum priori fides, tantum Jo-

<sup>o)</sup> in Parut. p. 439.

<sup>p)</sup> L. IV. c. 24.

<sup>q)</sup> L. II. c. 4. § 2.

<sup>r)</sup> de Incred. c. 39.

Iaus ad hujus belluae caedem contulit, ut Eurystheus hunc Herculis laborem duodecim aerumnis adnumerandum esse negaret, quoniam is aliena ope victor evasit. Commodo igitur Agyrinenses cum Jolai capite Herculis cum hydra pugnam juxxere, ex qua tam praeclarum Jolao suo decus partum.

*Caput juvenile diadematum, cuius collo leonis exuviae obligantur.* Χ ΑΓΤΡΙΝΑΙΩΝ. *Canis, aut lupus rupicaram de- pascens.* Ε. I.

Herculis caput in Agyrinenium moneta saepius recurrit, ac jure istud; ille enim oblata sibi ab his velut jam deo sacrificia acceptavit, cum ea nunquam apte admisisset, utque civibus pro constituto sibi honore gratiam referret, lacum ante urbem IV. stadiorum ambitu effudit<sup>1)</sup>.

ΑΓΤΡΙΝΑΙΩΝ. *Caput juvenile tur- gente e fronte cornu.* Χ ΠΑΛΑΓΚΑΙΟΣ. *Bos dimidiatus cum facie humana.* Ε. III.

*Caput simile.* Χ ΑΓΤΡΙΝΑΙ. *Equus lente gradiens.* Ε. III.

Et mos in Sicilia receptus fuos in moneta fluvios signandi, et cornu e fronte promicans, quod fluviis passim tributum, dubitare non sinunt, in utriusque numi antica expressum flumen, sive Si- maethus is sit, sive Chrysas, inter quos fuit Agyrium.

ΠΑΛΑΓΚΑΙΟΣ. (ut vocabulum hoc legitur in integerrimo musei Caesarei, at teste Principe T. M. in horum aliquibus legitur ΠΑΛΑΡΚΑΙΟΣ.) videtur Havercampo esse nomen fluvii, cuius caput in antica singitur, cumque hujus nominis fluvius a veteribus non prodatur, censem, Simaethum ipsum ab Agyripensisbus hoc nomine appellatum. Mittamus exiles conjecturas, et *Palancaeum* statuamus magistratum, qualem supra Sopatrum vidi- dimus.

Equo alterius numi verisimile est in- dicari equestria certamina, quae quotan- nis in Jolai memoriam péracta docet Diodorus<sup>2)</sup>, ut olim monueram, cum numum hunc anecdotum ex museo M. Ducus promulgarem<sup>3)</sup>.

Ε. R.

#### ΑΛΑΕΣΑ.

Versus mare ad fluvium cognomi- nem, fere in medio litore Pelorum inter et Lilybaeum. Ciceroni conſanter dicitur *Alaes* fine diphthongο, ut et Diodoro Αλεσα. Verum numi et marmor Murato- ri ΑΛΑΙΣΑ<sup>4)</sup>: Hujus urbis historiam et monumenta singulare opere explicuit saepe nobis laudatus Princeps Turris Mutiae.

*Epigraphe constans: ΑΛΑΙΣΑΣ.* In numis ejus certis, iisque copiosis perpe- tuō additur APX. vel pro his monogram- ma iisdem literis constans. Hujus expli- catum suppeditat ipse Diodorus<sup>5)</sup>. Ni- mirum Archonides Erbitanorum prae- fectus Alaeſae ab se conditae *Archoni-*

1) Diodor. L. IV. c. 24. 2) I. c. 3) Num. vet. p. 46. 4) p. 1022. 4.  
y) L. XIV. c. 16.

*dis de se cognomentum adjecit, cum Alaesae nomine alia jam per Siciliam oppida praedita fuissent.*

*Typi:* Praeter Jovis cultum, quem ejus dei caput et in X aquila manifestat, praecipios ab Alaezinis honores Apollini ac Diana habitos docent numi.

*Caput Apollinis laureatum, jam barbatum, jam imberbe. Χ ΑΛΑΙΣΑΣ. APX. Apollo capite radiato jam barbatus, jam imberbis stans d. ramum, ut videtur, s. lyrae innixus. In aliis: Lyra tantum. In aliis: Miles galactus stans d. hastam, s. parazonium. ΛΕ. III.*

*Caput Diana. Χ ΑΛΑΙΣΑΣ. APX. Pharetra et arcus. ΛΕ. III.*

Cultum Apollinis apud Alaeinos testatur etiam Diodorus, cum meminit sacrificiorum ab his in Apollinis templo peractorum <sup>3)</sup>. Mirus sane videretur Apollo barbatus, nisi vetus supersticio, in qua nihil certa ratione factum, docebat, Hieropoli Syriae in templo deae Syriae propositum quoque fuisse barbatum, ut tradit Lucianus <sup>4)</sup>.

### *Numi Alaesae dubii.*

*Caput Palladis, cuius galae inservit astrum. Χ ΑΛΑΙΣΑΣ. Noctua, in area duo monogrammata. ΛΕ. II.*

**ΑΛΑΙΣΑΣ.** *Caput Diana. Χ Diana nuda uao poplite flexo arcum tendit. ΛΕ. III.*

Vtrumque numum Princeps T. M. ex Pellerinio hausit, qui eorum priorem edidit in suo Rec. T. III. tab. 108., alte-

rum in Suppl. IV. tab. II. p. 32. Postiore hoc loco dubitat vir eruditus, fitne uterque hic numus tribuendus Alaesae Archonidi. Revera in his neque literae APX. cōparent, et sunt typo diverso ab iis, quos certi hujus Alaesae offerrunt, cumque teste Dionysio <sup>5)</sup> plures per Siciliam existarent Alaesae, harum eos uni tribuendos conjicit, et si incertum sit, cui. Pellerinij dubia diluere Princeps T. M. binis locis aggressus est <sup>6)</sup>, at vereor, ut omnem dubitandi causam exemerit.

Memorandus adhuc alter ex codē Pellerinio: (Rec. III. tab. 108.)

*Caput juvenile laureatum inter pisces. Χ ΑΛΑΙΣΑΣ. Monstrum marinum muliebre, infra concha. AR. IV.*

Si numus hic vere est hujus urbis, enī tibi Alaesae numum argenteum, cum hactenus cogniti omnes sint aenei. Verum vidi ipse Romae in museo Chaupy plurimos similes argenteos minimae molis cum iisdem typis, nomen tamen ΑΛΑΙΣΑΣ, et si integerrimi essent, ervere non potui. Quin ipse Pellerinus serius praetenens hanç lectionem in dubium vocavit, negavitque diserte, numum hunc ad hanc Alaesam pertinere <sup>7)</sup>, praecipue cum certior fieret, in nonnullis, qui Neapoli adservantur, legi ΑΛΛΙΒΑΝΩΝ, quo factum, ut ab ejus loci eruditis Allis Samnii adjudicarentur. Durum istud Pellerinio visum, cum quod Graece sunt inscripti, tum quod typus maritimam urbem indicat. Quare sua-

3) L. XIV. c. 16. a) de dea Syria. b) l. c.

d) Suppl. IV. p. 33.

c) Aggiunte p. 108. et Num. Sic. p. 18.

dente insuper fabrica Siculos esse opinatus est, et forte pertinere ad Alabon quandam, quo nomine Stephano urbs et fluvius memoratur in vicinia Hyblae, ut conjicitur, positi. At tenues hae sunt conjecturae, quas etiam locus ipse, quo reperiri solent hi numi, evertit; nam Abbas Chaupy fidem fecit, horum complures se reperisse circa Aesernium Samnii cum multis aliis inscriptis Osce *Vistluis*, de quibus egi in Posidonia Lucaniae. Quo testimonio recreantur ii, qui hos numos Allifis Samnii tribuunt. Tamen eos ad Alaefam nostram referendos iterato tuetur Princeps T. M.<sup>e</sup>. Istud si verum, qua, quaequo, ratione factum, ut nullum unquam ipse similem, quod ipse profitetur <sup>f</sup>), per omnia Siciliae musea deprehenderet, cum tamen circum Neapolin abundant? Sunt ergo certe Samnii aut vicini tractus, verum cujus sint urbis, expendant ii, qui collatis pluribus id genus numis de vera inscriptione sanc poterunt judicare.

### *Numi inique Alaefae tributi.*

Havercampus in restituto suo Paruta numos binos perperam hoc revocat <sup>g</sup>), unum argenteum inscriptum ΑΔ., in cuius Ξ est Pegasus, sed quem esse Syracusanum, et literas ΑΔ. notare Alyziam Acarnaniae, dicetur in numis coloniarum Corinthi. Alteram aeneum, in cuius una parte caput Jani, in Ξ Ε intra lauram, hoc revocat, quia monogramma Ε in ΑΔE., nempe urbis hujus literas M. cogniti.

ἀρχαιστικας resolvendas censet. Venia danda viro erudito, qui numos certos Alaefae nunquam viderat, in quibus non ΑΛΕΣΑ, sed ΑΛΑΙΣΑ scribitur. Ceterum numum hunc verisimilius esse Parumi, in hujus moneta differam.

Æ. RR.

### *ALVNTIVM.*

A priore Alaefae magis in septentriones, Graecis Αλοντιον, et Αλεντιον, Latinis *Alunitium* et *Halunitum*.

*Epigraphe:* ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ. rarius ΑΛΟΝΤΙΝΟΝ.

*Typi:* Capita Jovis, Herculis, Mercurii cum suis in averia attributis.

*Caput juvenile tectum galea, cuius apex versus frontem retortus in volucrem definit.* Ξ ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ. *Bos cum facie humana. Is in nonnullis eructare aquam videtur.* Ε. III.

Caput anticae Principi T. M. Martis videtur. Forte verius est ejus herois, qui urbem condidit. Persei caput in numis urbium Macedoniae, ac praecipue postremi Philippi eodem cultu est. Typum bovis aquam vomentis explicare non tento.

Æ. RR.

### *AMESTRATVS.*

Mediterranea prope Alaefam, Stephano Αμησευρος, Ciceroni *Amestratus*<sup>h</sup>), alibi ejus cives *Amestratini*<sup>i</sup>). Nomen urbis saepe luxatum vide apud Cellarium, Numi numero pauci, et ante annos non multos beneficio Principis T. M. cogniti.

e) Aggiunte p. 100. et Num. Sic. p. 12.

f) Il. cc.

g) Tab. CXII.

h) in Verr. L. III. c. 43.

i) ibid. c. 39.

*Caput Dianaæ. Χ ΑΜΗΣΤΡΑΤΙΝΩΝ. Apollo citharoedus stans. Έ. II.*

*Caput juvenile. Χ ΑΜΗΣΤΡΑΤΙΝΩΝ. Eques citato cursu d. hastam, s. clypeum. Έ. III.*

Έ. RRRR.

#### APOLLONIA.

Fuisse in Sicilia Apolloniām constat, sed ambigitur de situ. Cum tot olim essent per Graeciam Apolloniae, et pleraequo suos habuerint numos, difficile est, certum in singulis criterium constituere. Quos hactenus huic Siciliae Apolloniae tributos video, aliorum certe pertinent. Binos hoc loco commemorat Princeps T. M., in quibus ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ, et typus metae intra coronam. Hos esse Apolloniae Illyrici et typus comprobat in eo tractu adsiduus, et quod id genus numos ibi frequenter reperiri constat. De numis cum epigraphe ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ, non Apolloniae cuiquam, sed Tauromenio tribuendis vide infra in hac Siciliae urbe.

#### ASSORVS.

Fere in insulae medio Ennam inter et Agyrium ad flumen Chrysam.

ASSORV. *Caput Apollinis. Χ CRTSAS. Vir nudus stans d. vas, s. cornu copiae. Έ. II.*

*Caput Veneris. Χ ASSORV. Jugum boum. Έ. III.*

Epigraphe Latina Assori numos in Romanorum tempora differt, videturque, quo tempore signati sunt hi numi, fuisse jam colonia a Romanis deducta; quod et confirmant boves alterius numi,

solutum coloniarum symbolum, ut jam advertit Havercampus.

*Fluvius Chrysas, qui apud Assorum fluxit, in priore pumo notatur. Ab aucto-ribus cum Graecis tum Latinis scribitur cum aspirata, nempe Χρυσας, in numero CRTSAS, ut tum scriptum fuit pulcrum pro pulchrum. Signum, quod in hoc finitur, idem certe est, de quo Cicero <sup>k)</sup>: Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur deus, et religione maxima colitur. Fanum ejus est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. In eō Chrysae est simulacrum praeclaro factum ex marmore.*

Έ. RR.

#### ATABYRIVM.

Nimis propere Paruta numum solo monogrammate AT. Iūpra bovem cornupetam insignitum Atabyrio Siciliae tribuit. Fuisse in Sicilia montem Atabyrium, docet Stephanus, et Jovem Atabyrium Rhodo adventitium supra in Agrigento vidimus. Vrbis ejus nominis nulla apud veteres mentio. Praeterea monogramma illud aequa TA. legi potest, et collatis numis verisimile est, eos, siquidem Siculos demus, verius Syracusas aut Tauromenium pertinere, quod etiam vi- sum Seftino <sup>l)</sup>. Tamen malebat Cl. Combius veteri Parutae sententiae adhaere-re, aliis Atabyrio tributis numis.

#### AVGVSTA.

Numum ΑΓΟΤΣΤΑΝΩΝ Spanhe-mius tribuit oppido Siculo, veteribus quidem dissimulato, sed cuius fidem facit superstes Agostae nomen <sup>m)</sup>. Verum

<sup>k)</sup> in Verr. L. IV. c. 44.

<sup>l)</sup> Lettere p. 48.

<sup>m)</sup> Tom. I. p. 240.

hunc numum esse Augustae Ciliciae, in epigraphe. *Clypei quaedam species.* AR. L. (Catal. raisonn. p. 57.)

### CALACTE.

Sita in medio fere litore, quod mari Tyrrheno objacet. Nomen traxit a καλη ἄκρη, pulcrum litus, ubi Duceius Corintho profectus comitante sociorum agmine urbem statuit, ut refert Diodorus <sup>2).</sup>

*Epigraphe: ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ.*

*Typi: Caput Palladis. Ξ Noctua diotae insitens. — Caput Apollinis. Ξ Lyra. — Caput Bacchi. Ξ Botrus. — Caput Mercurii. Ξ Caduceus. — Caput Herculis. Ξ Clava.*

Numos cum capite Palladis et noctua, quod haec symbola sunt coloniae Atheniensis, potius ad Calen Acten Euboeae referendos perperam censet Corfinius <sup>3).</sup>

Æ. RR.

### CAMARINA.

Ad oram meridionalem et lacum cognominem sibi fatalem, per quam Hippo amnis in mare exit. Vrbs ut inclitae olim famae, ita copiosos et perelegantes numos dedit.

*Nomi antiquissimi.*

*Cynus respiciens, in aliis praeterea lacerta. Ξ Sine epigraphe. Quadratam informe incusum: AR. III.*

Vtrumque animal in aliis Camarinæ numis obvium praesentes eidem urbi vindicat. Dubium tamen movit Cl. Sestinus, cum testatur, hos numulos frequenter ex Macedonia prodire <sup>4).</sup>

*Mulier alata flexo uno genu. Ξ Sine cyano velum capiti obducit. AR. I.*

Numus est aevi remotissimi. Auctor citati catalogi Gallico editi eum Melitae largitur. At mulierem simili cultu et gestu mox in certis Camarinæ numis intuebimur. Quid imago partis averuae notet, incertum. Simile quid mulier alata manu tenere videtur in numo, quem sifit Princeps T. M. in Num. Sic. tab. XVIII. n. 5.

*Numi recentiores, quamvis et inter hos sint aliqui aevi satis remoti. In his Epigraphe: KAMA. KAMAP. KA-MAPINA. KAMAPINAION. KAMAPI-NAION.*

*KAMAPINAION. Caput Herculis jam barbatum, jam imberbe. Ξ Vir nudus, in aliis seminudus galeatus, in citis quadrigis, Victoria advolante et coronam offrente, in uno cynus, vel binae diotae. AR. I.*

De Hercule, quod peculiari modo Camarinam tangeret, nihil tenemus. Ejus tamen dei cultus, qui insulam totam obivit, in ea passim receptus. Plerique numorum interpretes quadrigas partis averuae ad victorias in ludis obtentas referunt, Habemus Psalmidem Camarinacum, quem in Olympicis victorem binis odis celebravit Pindarus <sup>5).</sup>

1.) ΗΠΑΡΙΣ. (retrograde.) *Caput juvenile turgente e fronte cornu inter duos pisiculos.*

*KAMAPINA. Mulier in confortio cum cyano velum capiti obducit. AR. I.*

n) L. XII. c. 8, et 29.

d) Fast. Att. T. II p. 232.

p) Lettere T. III. p. 145.

q) Olymp. Δ. E.

2.) *Caput adversum turgentibus binis e fronte cornibus inter duos pesciculos, totam numi aream ambiunt unci. Eadem aversa, ac praeterea in imo similes unci.* AR. I.

3.) KAMAPINAION. *scriptura jam recta, jam retrograda. Pallas stans d. hastam, humi clypeus.*

*Mulier alata gradiens comite cycno, omnia intra coronam.* AR. III.

4.) *Mulier alata nuda, in alio semi-nuda, flexo uno poplite aliquid formae rotundae super utero tenere videtur.*

KAMAP. *Cycnus.* AR. I. Numi duo fabricae pervetusae apud Pellerinum.

Quatuor hi numi insigni omnes sunt argumento.

Fluvius *Hipparis*, qui Camarinae moenia adluebat, in numis I. et II. proponitur, fictus more Siculo humana forma, adstitutis cornibus, quae paucim fluminibus tribui sunt solita ad indicandum impetum. Corona, qua in numo II. fluvii caput ambitur, constans uncis aut hamis, ejus fluctus ipsos indicat, ut ad similes uncos in alio Camarinae numo jam pridem recte advertit Havercampus<sup>1)</sup>, quo modo et in Tarenti, Liparae, Pallenium numis agitati maris undae solent exprimi.

De muliere alata et cycno, qui plerumque in argentea Camarinae moneta argumento serviunt, variae fuere antiquiorum opiniones. Cum in nonnullis aliquantum detritis non satis apparerent

alae, quae in aliis sunt luculentae, creditum, indicari hoc typo Jovis in cycnum mutati cum Leda commercium, ut censuit Burmannus<sup>2)</sup>, et Princeps T. M.<sup>3)</sup>. At cum mulierem luculente alatam viderunt, uno omnes ore Victoriam dixerunt, et argumentum ad relatas a Camarinaeis victorias, quarum apud historicos mentio, vocaverunt. Longissime ab his abit Havercampus, secundum quem Victoria indicat victorem in Olympicis Psaumidem, de quo supra; cycnus Pin-darum dictum Horatio *Dircaeum cycnum*, qui Psaunidis laudes binis odis celebravit, quod quidem ingeniosum magis quam solidum recte professus est Burmannus<sup>4)</sup>. Rotundum illud, quod ad numerum IV. dixi a muliere utero attineri, Princeps T. M. pateram aut discum appellavit, neque ultra in singulare istud phaenomenon inquisivit<sup>5)</sup>.

Alia ad explicandum hunc typum tentanda via videtur. Refert Hyginus, Jovem, cum Nemesis amore teneretur, cycni formam induisse, et praeccepisse Veneri, ut adsimilata aquila in se irrueret. Quo facto cycnum in Nemesis gremio salutem sibi quaevisisse, atque hoc dolo puellam nil tale in volucre suspicantem delusisse. At Nemesis exactis mensibus procreasse ovum, ex quo natam Helenam<sup>6)</sup>. Nemesis alatam fuisse, nemmo nescit, et vero sub hac imagine in Camarinae numis veram exhiberi Nemesis, plane persuadet numus Parutae<sup>7)</sup>, in quo eadem stans dexteram ori admo-

1) in Parut. p. 786.

2) Dorv. Sic. p. 433.

3) Aggiunte p. 212.

4) Aggiunte p. 106.

5) l. c. p. 432.

6) Tab. CXXIII. n. 4.

vet, aut potius cubitum, quo reorum sce-  
lera metitur, ostentat, quo habiti passim  
in Smyrnae numis proponitur. Denique  
ne de Nemesi et cyeni fabula dubitari  
possit; ipsa in numis loco IV. descriptis  
satis lepide uterum aperit, et conclusum  
intus ovum ostentat, quod alii paterae  
vel disci praebere speciem visum est. Coh-  
sule ipsas Pellerini imagines<sup>a)</sup>, et artifi-  
cis mentem, et si in opere nonnihil huius  
et rudi facile colliges.

In numo III. proponitur Pallas. Nem-  
pe haec sacrum lucum, et Athenaeum  
apud Catherinam habuit; et maximo ibi  
honore fuit adfecta, ut tellatur Pinda-  
rus<sup>b)</sup>, ejusque scholastes.

*Mulier alata nuda flexo uero poplite  
aliquid formae rotundae super utero  
tenet.*

MARAO. *Cyenus flans, cuius dorso infi-  
sit aquila, quo cynum rostro ferire se  
detur.* In alio: MAPA. *Cyenus., supra  
quen apis:* AR. I. (Hunter tab 66.)

*Figura medio corpore, cuius caput  
barbatum geminum ceu Jani, corpus  
ipsum geminis utrinque aliis instru-  
ctum, utraque manu ad pectus lata  
aliquid formae rotundae tenet, infra  
bos dimidiis cum capite humano.*

MAPA. *Cyenus.* In binis AR. I. (Hunter  
ibid.)

Numi hi insignes sane sunt propter  
omnia remotissimae antiquitatis indicia,  
et necdum aliunde cogniti. Esse Camari-  
nae, et si nonnihil ab ludat inscriptione, nu-

mi proxime praecedentes dubitare non  
patiuntur. Sed enim typi in numeris altero  
loco descriptis sic variant, ut pro capite  
nebulosus sit caput geminum barbatum, et  
alae item duplicatae, sic tamen, ut per-  
inde atque in aliis numis rotundum illud,  
de quo mox regimus, manibus designet.  
Nemo non videt, singulari hoc typo aut  
allegoriam contineri, aut veterem fabu-  
lam, quae hanc dubie eadem erit cum  
ea, quam de Nemesi praecepi, sed aliter  
tradita, nobisque plane ignota. Aquila  
cynicum rostro petens adludere non in-  
conveniens videtur ad id, quod supra de  
Venere in aquilam mutata, et Jovis furto  
inserviente ex Hygino docui. Alae in his  
numis duplicantur et porriguntur, ut in  
numeris Melitesibus. Advertendum etiam,  
bovem cum capite humano in nullo alio  
Camarinae numero existere. An credere quis  
volet Hancarvillio adherent, id genus nu-  
mos tribuendos Mardis, qui et Marli,  
populo Scythico ex Sacarum genere?<sup>c)</sup>

KAMAPINAI. *Caput Apollinis lau-  
reatum. X Gallus flans, hinc astrum, inde  
cicada.* AE. III.

Apollini additur gallus, quia solis  
amicus ejus adventum praenunciat, ut  
jam docuit Plutarchus<sup>d)</sup>. Etiam Pytha-  
goras gallum Apollini factum dixit apud  
Jamblichum<sup>e)</sup>.

*Caput Palladis alatum.* In aliis: Per-  
sura virilis. X KAMA. Noctua lacertam

a) Rec. III. tab. CX. n. 33. 34. b) Olymp. E. v. 22. c) Recherches sur l'origine de la Grèce Tom. I. p. 137. seq. d) de Pyth. orac. p. 400. e) cap. 28.

*ungue stringens, in imo unius pluresve globuli.* AE. III.

Palladis et noctuae confortium res in vulgus nota; quanquam cur noctua laborat, obvium in Camarinae moneta anni mal, ungue stringat, minus exploratibus videturque illud ad factum aliquod aut religionem urbis nobis ignotam pertinere. Nihil certe hactenus probabile adlatum.

Persona virilis, quam in alijs, ut dixi, antica offert, sensum reconditum continet. Esse eam symbolum lunae, et quoniam astrum istud Arabice dicitur *Kamar*, hoc typo adludi ad nomen urbis, prolixe probare conatus sum in meis nummis veteribus p. 14., quo brevitatis causa lectorem remitto. Si caput illud lunae imago est, facile cum hac noctuam concponemus, quae perinde noctis amica est, quam gallus diei exorientis.

ET. *Caput Cereris spicis oronatum.*  
XX. MAPINAIΩΝ. *Pegasus volans.* AR. II.  
(Mus. Caes.)

Numum hunc hactenus ineditum depictum vide in mea Sylloge I. p. 17. Ceteri in omnes Siciliae urbes ius Pegasus propterea in eum illatus, quia Camarina a Syracusanis Corinthi colonis condita fuit teste Thucydide<sup>f</sup>.

*Globuli ponderis nota in citatis aeneis.*

Adverteendum denique, binos humos aeneos, qui citantur in Dorvillianis tab. XIV. n. 6.7., quique personam cum exer-

ta lingua exhibent, Populoniae restituendos, ut in hujus urbis moneta dixi.

AR. et AE. C.

### C A T A N A

In litore orientali Actnas subjecta: Graecie *Katana*, et recte secundum nūmos, Latinis, atque ipsi etiam Tullio pleumque *Catina*. Eam condidere incolae Naxi insulae cum Chalcidensibus hue profecti. Urbis opulentiae copiosi extant numi, sed horum non pauci peregrina offerunt argumenta, quorum explicatio solis conjecturis, risque debilibus nititur.

*Epigraphæ:* KA. KATANA. KATA-NAL. KATANE. KATANAION. KATA-NAIΩΝ. In insigni tetradrachmo, quem princeps Turris Muciae nuper in auctoritate H. edidit, legitur KATANAΙΟΣ, virtus; ut idem existimat, monetarii, at enim medium hunc in numis Graecorum antiquissimis fuisse frequentem, monimus in protogomenis generalibus capite XVII. §. 8. *Antiquioris formæ.*

KATANE. vel KATANA. vel KATA-NAION. *Victoria gradiens. d. solutum diadema gestat, in aliis aliud quoque finistra. Et Bos facie humana variis per aream figillis.* AR. L

Omnium, quos editos video, Catanae numorum hi mihi videntur antiquissimi, seu epigraphen, seu fabricae modum species. In uno scriptum KATANE. pro KATANH. antequam elementum H. esset inductum. Victoria unum vel duo diademata praefixa difficultis est explicatus. Ait Princeps T. M., esse illa ejus modi, quo iis temporibus regum capita redimiri solebant g).

f) L. VI. c. 5.

g) Aggiunte p. 58.

Verum justa quaestio; utrum ea aetate rebus **ΑΠΟΛΛΩΝ** hujus nominis deum ges et tyranni diadematate usi jam fuerint non notat, notabit ergo magistratum. Sed rint, de quo infra in Gelonis regis numis enim hunc jam in **ΧΟΙΚΕΩΝ**. habemus, pluribus disputabo. Certius igitur refero duplum magistratum in moneta tur ad Bacchum diadematis reportorem, proponere vix solit sunt Siculi.

*Recentioris formae.*

Insigniores per elegantiam tetradrachmi iiii, qui citas quadrigas, quo typus maiores Siciliae urbes frequenter usae sunt, exhibent:

*Caput juvenile adversum promissis crinibus et corona querna redimitum, juxta auros, in uno: ΑΠΟΛΛΩΝ, inde ΧΟΙΚΕΩΝ. Χ KATANAIΩΝ. Multe in ipsis quadrigis, cui ad voluntis victoria obronam offert.* AR. I. Hunter. Catal. d'Ennery p. 70.

Cujus si caput antiae, definit atque etum **ΑΠΟΛΛΩΝ**. Amabant Siculi, dicit fluvitis, herobus nomina adscribere, ut deinceps videbimus. Apollo etiam frequens in Catanaeum moneta typus. Tamen Cl. Combini musei Hunteriani interpres nihil his motus, caput illud dixit esse muliebre, credo, quod vultus minus virilis visus, et quod corona querna minus videatur Apollinem decere. At quis ignorat, Apollinis et Bacchi dubia fuisse inter marem ac feminam lineamenta? et sane quoties peccavimus antiquarii, cum caput galeatum diximus esse Palladis, quod subinde esse Martis competitum fuit? Fateor, quercus folia minus Apollini competere. Verum quis ignorat, aliis locis alia diis addita attributa? Quod si voca-

bulum **ΑΠΟΛΛΩΝ** hujus nominis deum non notat, notabit ergo magistratum. Sed enim hunc jam in **ΧΟΙΚΕΩΝ**. habemus, duplum magistratum in moneta proponere vix solit sunt Siculi.

*Caput Bacchi barbatum hedera redimilum. Χ KATANAIΩΝ. Botrus. ΙΕ. III.*

Diximus supra, Catanae a colonis Naxo iusta profectis conditam, ex qua adeo Bacchi cultus hic invetus. Idem Bacchus barbatus, seu Indicus frequens est in huius vicinae Naxi Siculae, nimirum ex eadem causa, ut dicetur. In aeneis Catanae numis singitur etiam pantherarum bigis aversus insidens d. botrum, s. thyrsum tenens.

*ΔΑΣΙΟ. Caput forte Bacchi, in aliis (sed sine epigraphe) caput Veneris. Χ KATANAIΩΝ. Fratres pri parentes effruntur.* ΙΕ. III.

In aliis aeneis Catanae numis hujus aversae argyrentum divisum exhibetur, sic ut in una superficie frater unus, in alia alter proponatur. Famigerata haec duorum fratrum historia, qui Aetneo torrente vicina vastante parentes tenio invalidos ex mediis flammis extulere, quod insigne ad memoriam factum praestantissimis versibus descripsit Claudio<sup>b</sup>), et Severus<sup>i</sup>). Eorum nomina produntur Amphinomus et Anapias, vel Anapis, tanta que fuit ejus facti celebritas, ut sepulcri locus, quo post mortem humati fuere, nominaretur *Campus Piorum*<sup>k</sup>), utque, cum pietatem posteri argumento vellent exprimi.

b) Idyll. VII. i) in Aetha v. 621. k) Solinus cap. XI.

mere, eorum proponerent imaginem, ut vis beneficium matrem fecit, prognatos, videre esset in numis Sex. Pompeji et gentis Herenniae. Idem factum narrans Catanenses non apud Photium<sup>1)</sup> refert, eorum statuas publice proposuisse, ad quas haud dubie exacti sunt horum numerorum typi.

Vocabulum ΔΑΣΙΟ. partis anticae adhaereret eruditos fecit, Begerus legendum ΔΤΣΙΟ. censuit, qua voce opportune notaretur Bacchus, qui secundum veteres hoc epithetum praeditus fuit<sup>m</sup>), cui sententiae subinde accessit etiam Burmannus<sup>n</sup>). Verum non ΔΤΣΙΟ. sed ΔΑΣΙΟ. constanter in his numis legitur testibus etiam binis similibus musei Caesarei. Videlicet detur ergo esse magistratus.

*Fluvius decumbens d. connicopine, fl. arnæ innixus. Ξ KATANAIΩΝ. Noctua insistens elemento Σ, cui parvum o imminet, inter duos pileos Dioccurorum.*

Æ. III.

Princeps T. M. aliique in aversa numerorum similium nonnisi elementum Σ videbunt; verum in integerimo musei Caesarei huic elemento manifestum o imminet, ut adeo monogramma sit, non litera solitaria, sed quis ejus sensus, incertum.

*Typi alii:*

*Capita duo jugata barbata. In his Hærcampus deos Palicos videt juxta Simethum Fluvium, qui Catanensium agrum pervadit, ex nymphâ Thalia, quam Jo-*

*vis beneficium matrem fecit, prognatos, et divinos subinde honores a Siculis natiros, ut refert Macrobius ibi citatus<sup>o</sup>).*

*Cepit ceu Jovis Ammonis; in aliis: Caput gomphorum barbatum ceu Jani. Si caput illud vere est Ammonis, admisere ejus dei cultum Catanenses, ceu aliae Archipelagi insulae, nisi forte et eorum Bacchus sub hac imagine latet. Et forte Jani quoque cultum hoc ex Latio vocavere, quanquam gemipum istud caput in aliarum etiam urbium numis videmus alio certe, quam Jani significatu. — Ibis flans d. vexilli quodam genus, ad eam accedit Horus, in area fistrum. Numrum hunc saepius sibi oblatum fuisse testatur Princeps<sup>p</sup> T. M. p). Ergo Catanenses Aegyptios quoque ritus recepero. Et vero alio loco refert idem<sup>q</sup>), non pauca apud Catanam eruta monumenta notis hieroglyphicis inscripta, certo argomento, oppidanis nexum aliquem cum Aegyptiorum sacris intercessisse<sup>r</sup>). Etiam Bartelius testatur, apud Catanam, neque per Siciliam alibi, monumenta superstitionis Aegyptiae reperiiri<sup>s</sup>),*

*AMENANOΣ. Caput juvenile turgente e fronte cornu intra tres pisciculos. Ξ KATANAIΩΝ. Vir in eitis quadrigia. AR. IL Similis est in museo Hunteriano, sed in eo scriptum AMENAOΣ.*

*AMENANOΣ. Caput simile. Ξ KA. Fulmen alatum; in area tres globuli. Æ. III.*

Amenani, et si ignobilis est, et interdum suppressis fontibus aret, ut ait

1) Narrat. 43.

m) Thes. Brand. T. I. p. 390.

n) Dórv. Sic. p. 314.

o) ad Parut. p. 205.

p) Num. Sic. p. 20.

q) Aggiunte p. 216.

r) Aggiunte p. 216.

s) Briefe über Kalabrien und Sizilien, Th. II.

Naso<sup>1)</sup>, meminere tamen Strabo aliisque. KTZ. RAVEN. &c: Similes ait in nullo In simili Dorvillius perperam legit ΡΩ aut Mediobarbi, aut Ducangii, aut BAN- MANΟΣ., quae iniqua lectio in causa fuit, cur eruditus Burmannus ad eum explicandum varia ἀπεργοδιονυσα conferret<sup>2)</sup>.

*Magistratus* in nonnullis tetradrachmis notatur ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ., in aeneis ΛΑΣΙΟ., de quo supra.

*Monogrammata*. His Catanensium numi, praecipue nonnulli aenei, per aream onerantur nullo certo sensu.

*Globuli* tres exstant in aeneo supra citato cum mentione Amenani. *Lineolae* &ve parvi cylindri frequenter comparent in aenea hujus urbis moneta, et quidem duae, tres, quatuor. Havercampus cum certum putaret, a Catanensibus typum Apollinis, Veneris, aliosque numis illatos in Octaviani gratiam, his lineolis indicari censem, eum ex: victoriis Imperatorē I. II. III. &c. adclamatū<sup>3)</sup>). Ante quam tam insolentem conjectaram, et cui vix aliquis fidem habebit, in chartam mitteret, solido quodam arguento probandum fuerat, Catanenses adhuc Octavianī aetate nummos feriisse. Verisimiliter est, his perinde ac globulis indicari valorem monetæ, ut dicemus in numis Ma-naeniorum.

Princeps T. M. in sua Sicilia numismatica totam tabulam XXIV. implevit numis Mauricii Aug., in quorum ima parte legitur CAT. perinde ac in aliis CON.

KTZ. RAVEN. &c: Similes ait in nullo aut Mediobarbi, aut Ducangii, aut BAN- MANΟΣ., quae iniqua lectio in causa durii catalogo vulgatos, magna autem copia reperiri indies in Sicilia, eosque cum solo, saltem certo Mauricii capite. Jure ergo existimat, Mauricii aetate officiam monetariam Catanae constitisse.

Ex numero numorum, quos Catanae tribuit Princeps T. M., eximendus certe is, quem Tab. XXII. n. 2. fitit, quem pertinere Caelium Apuliae comprobat is, quem edidit Pellerinius<sup>4)</sup>, et alter musei Caesarei.

#### AR. RR. AE. C.

#### CENTURIPAE.

Mediterranea ab Aetna in occasum.

*Epigraphe*: KENTO. rarius, plerumque KENTOPPINΩN.

*Caput Cereris*, retro spica, in altis tripus. Ξ KENTOPPINΩN. Aratum, cui infidet avicula, in area duo globuli. AE. III.

Typus vere ex Centuripinorum ingenie, nam eos saepe Cicero in Verrinis summos aratores appellat, quiq[ue] tota fere Sicilia arabant. Aviculam Havercampus columbam Veneris dicit, insertamque nummo in Augufti gratiam, nempe more suo, ut mox in Catana vidimus. Verius est adulatio ad factum aliquod domesticum nobis ignotum.

In numis aliis capita variorum deorum, et eorum in aversa attributa.

*Globuli* per aream duo, tres, in uno Parutae sex.

#### AE. C.

1) Met. L. XV. v. 279. 2) pag. 323. 3) in Parut. p. 198. 208. et alibi.

4) Rec. I. tab. VII. n. 16.

*CEPHALOEDIVM.*

Fere in medio litoris in Tyrrhenum  
vergentis.

*Epigraphe* in numis certis: ΚΕΦΑ.

*Typi:* In his celebratur potissimum  
*Horcles.* In honoris partem veniunt quo-  
que *Juppiter, Bacchus, Mercurius, Apollo.*

Numum argenteum ΠΑ. ΚΕΦΑΔΟ.,  
quem Princeps T. M. huc vocat, esse Pat-  
lensum Cephallenae insulae, in horum nu-  
mis dicetur. Neque satis certum est, utrum  
alli duo numi argentei ΚΕΦΑ., quos eo-  
dem loco Cel. Princeps citat, huc perti-  
neant, cum et hi ad Cephallenae pertine-  
re possint, et certos pluresque habeamus  
argenteos in horum urbibus signatos. Sa-  
ne fatetur ipse, si bī similem hactenus iō  
nullo museo Siculo conspectum. De his  
vide plura in moneta Cephallenum.

AR. dubii, AE. RR.

*DREPANVM.*

Hujus urbis numi non conspecti nisi  
Goltziani, sed in quos nunquam commen-  
tabor, quoniam per se ipsi commenta ple-  
rumque sunt.

*EMPORIAE.*

Numos inscriptos ΕΜΠΙΟΡΙΩΝ esse  
Emporiarum Hispaniae Tarraconenſis, in  
his dictum.

*ENNA.*

Ita in insulae medio, ut *umbilicus Si-  
ciliae* diceretur Ciceroni, Callimacho,  
Diodoro.

*HENNAION.* *Proserpina* stans ante  
aram d. extensa facem, dependente ex hu-  
mero velo. Ξ *Figura bigas agens.* AR. III.

Praeclarum hunc numum ex museo  
Ainslieano vulgavit Cl. Settinus ignotum  
hactenus tot viris cupidis, qui monetae  
Siculae infidiati sunt. Ejus summum meri-  
tum summa antiquitas, quam prodit in-  
scriptionis modus praefixa aspirata H; et  
exitus in OΝ pro ΩΝ. Auctores veteres  
plerumque scripsere Enna sine aspirata, at  
numus praelens Herra, et confirmat or-  
thographiam MVN. HENNA, quam offe-  
runt numi Latini serius signati.

*Epigraphe* in reliquis: EN. ENNA.  
ENNAION.

ΔΑΜΑΤΗΡ. *Caput Cereris spicis co-  
ronatum.* Ξ ENNA. *Hircus stans inter duas  
aristas, retro fax ardens.* AE. II.

ΔΑΜΑΤΗΡ ipsa Cereris Dorice: pro  
ΔΗΜΗΤΗΡ. De Cerere apud Eonam de-  
gente, ejus filia Proserpina inde a Dite  
rappa, et utriusque deae cultu antiquissi-  
mis temporibus in hac urbe constituto plu-  
rima scripsere veteres, quos inter unum  
citabo Ciceronem <sup>2).</sup>). Fax et spicale nota  
sunt Cereris attributa, at quo modo hir-  
ucus cum Cerere connectendus, nondum  
reperi.

ΑΡΧΑΓΕΤΑΣ. *Caput Apollinis laur.*  
Ξ ΣΤΜΜΑΧΟΣ. *Fax inter duas aristas.*  
AE. II.

Etsi urbis nomen deest, tamen huc  
spectare creditur, quod typo cum praec-  
edente fere conspirat. De Apolline Archageta,  
cujus adeo cultus hic quoque fuisse  
receptus videtur, agetur copiosius in nu-  
mis Tauromenii. Si το ΣΤΜΜΑΧΟΣ ma-  
gistratus est, nihil laboramus. Sin epithe-

2) in Verr. L. IV. c. 48. 49.

ton, videtur vocabulum istud iungendum cum ΑΡΧΑΓΕΤΑΣ partis anticae, et significare Apollinem ad urbis suae tutelam quandam esse solum ac foederatum.

ΔΑΜ . . Caput Cereris. ☰ ENNA.  
Caput bovis cum insulis. Μ. II.  
ENNAΙΩΝ. Hircus jacens. ☰ Porcus.  
Μ. III.

Habemus in numis Ennae Cereri sacrae animalia tria, bovem, hircum, porcum vel porcam, quae tanquam ejus deae in sacrificiis hostias proponi censeo. Taurum et suem in Ambarvalibus Cereri immolari vetus apud Romanos religio. Eadem de causa in Eleusinis etiam sumis, quae item urbs Cereri sacra, sus existat. Et forte ad Cererem quoque pertinebant sacra, quae hecatombe dicebantur, et in quibus immolabantur porcus, taurus, hircus, ut refert scholiares Aristophanis<sup>a</sup>), et Suidas<sup>b</sup>).

ENNAΙΩΝ. Vir stans palliatus, dscipionem. ☰ Aratum duobus serpentibus junctum, in area quatuor globuli. Μ. II.

In antiqua proponi Triptolemum praeclarum Cereris discipulum, futurumque in serendis frugibus orbis magistrum, ipsa dea suas serpentum bigas commodante, verisimile crediderim.

AR RRRR. Μ. RR.

MVNICIPIVM. Ex solis numis constat, Ennam municipii jure gavisam. Eccos:

M. CESTIVS. L. MVNATIVS. Caput Cereris velatum, prominente face. ☰ MVN.

HENNA. Raptus Proserpinæ, infra 5 globuli. Μ. I.

MVN. HENNA. Caput Veneris. ☰ M. CESTIVS. L. MVNATIVS. IIVIR. Venus nuda stans. Μ. II.

Globulos videre est tam in numis Graecis quam Latinis.

Μ. RRR.

### ENTELLA.

Mediterranea ad Crimissum in meridiem fluentem. Aedificatam ab Aegeste Crimissi fluvii sub canis specie cum nympha Aegesta congressi filio tradit Tzetzes, ut ad numos Erycis notabo.

*Epigraphe:* ΕΝΤΕΛΛΙΝΩΝ. vel ENTEΛΛΙΝΩΝ. Rarius ENTEΛΛΑΣ.

*Typi:* Caput Solis, vel Cereris, vel Bacchi; deinde bos capite humano, Pegasus, botrus &c.

ΕΝΤΕΛΛΑΣ. Caput Cereris. ☰ KAMΠΑΝΩΝ. Pegasus volans, infra caput galatum barbatum. Μ. III.

Praeclare hoc numo confirmatur, quod refert Stephanus<sup>c</sup>): Erant vero urbis incolae genere Campani. Quod factum sic enarrat Diodorus<sup>d</sup>): agmen Campanorum a Dionysio suppicias vocatum post praetitam tyranno operam secessisse Entellam, trucidatisque ibi, qui arma ferre poterant, eorumque uxoribus filiisque matrimonio sibi conjunctis urbem retinuisse.

*Magistratus ATPATINO.* in nonnullis, qui idem legitur etiam in moneta vicini Lilybaei.

AR. RRR. Μ. RR.

E R Y X.

In litore Tyrrheum respiciente supra

a) in Plut. v. 820.

b) in voce Τειτρυς.

c) in Επτελλα.

d) L. XIV. c. 9.

Lilybaeum. Oppidum ipsum impositum monti praerupto ejusdem nominis, et in vertice templum Veneris a loco dictae Eryciniae omni late religione sacrum et donis opulentissimum. Ejus deae cultus in urbem quoque arcessitus erectis ibi binis Veneris Eryciniae templis, ut ad numos gentis Considiae advertemus.

*Epigraphæ: ERVKINON, βεγτροφηδον, EPTKINON. EPTK. EPTKEINΩΝ.*

*Mulier sedens d. columbam. Ξ EPTK. Canis stans. AR: III.*

Princeps T. M. in muliere partis anticæ Venerem videt delectatam columbam sua, cuius in deam obsequium nusquam magis, quam apud Erycem probatum. Nam columbas Venerem quotannis stato tempore in Africam profectam ac non post die reducere comitatas telitati sunt Athenaeus et Aelianus, quorum prolixa oracula vide in commentariis Havercampi <sup>e</sup>). Haec auctor illus̄ris <sup>f</sup>). Sed alium hujus numi explicatum mihi suppeditat Tzetzes, qui refert <sup>g</sup>), Laomedontem Phœnoramanti Trojano iratum, quod Hesiones filiae ceto exponendae auctor princeps fuerat, ejus tres filias nautis tradidisse cum mandato, ut in Sicilia expostas feris in prædam relinquerent. Verum Veneris consilio fuisse servatas; atque harum unam compressam a Crimiso fluvio sub canis specie, natumque ex hoc commercio Aegelien tres in Sicilia urbes statuisse Aegellam, Erycem, Entellam. Secundum haec mulier numi filiarum una est, quae deae, cuius ope incolmis eva-

fit, avim manu tactat, at in aversa canis maritus, de quo plura memorabuntur in numis Segestæ. Sed et alias urbis conditor proditur Eryx, de quo mox.

*ERVKINON. Aquila inflyens capitello ordinis Jonici. Ξ Pagurus. AR.-III.*

Aq̄ilam dixi secutus indicium Principis T. M. <sup>h</sup>), et si idem in posteriore Sicilia sua numismatica columbam mallet, nimirum quod haec Veneris comes Eryci magis competeteret. Sed epim si in his columbam statuimus, necesse erit et in Agrigentinis, qui ut ovum ovo Erycinis his similes sunt, columbam agnoscere. Verisimile igitur in utrisque eandem esse volvrem, et fuisse causam aliquam nobis ignorantiam, cur communī ultraque urbs typō utilituerit.

Hercules etiam numis aeneis illatus est, quod is Erycem Butae et Veneris F. hujus conditorem urbis ac templi ad certamen provocatum cettu vicit ac interfecit <sup>i</sup>), creditumque sit etiam Erycis regionem ab ipso olim Hercule possessam <sup>k</sup>). Ergo et Pyrrhus, cum urbis oppugnationem aggrederetur, Herculi ludos et sacrificia vovit <sup>l</sup>).

*EPTKINON. Caput muliebre. Ξ Canis stans inter tres orbiculos. AE. III. (Ariagoni.)*

Hujus cimelii vadem citavi, quamcumque velis fidem habere. Numi cum

e) in Parut. p. 645.

f) Aggiunte p. 64.

g) in Lycophr. v. 953.

h) Aggiunte p. 112.

i) Diodor. L. IV. c. 23.

Virgil. Aen. V.

k) Herodot. L. V. §. 43.

l) Plut. in Pyrrho p. 397.

hac aversa tribui solent Cythno Cycladi, aut verius Segestae, quam vide.

AR. et AE. RR.

*G E L A S.*

In litore meridiem respiciente ad fluvium cognominem, a qua ipsa nomen traxit teste praeter alias Marone<sup>m</sup>):

*Immanisque Gela, fluvii cognomine dicta.*

Epitheton *immanis* urbis amplitudinem indicat, cuius celebritatem produnt etiam numi copiosi, inter quos aurei quoque. Conditam a Rhodiis et Cretenibus refert Thucydides<sup>n</sup>.

*Epigraphe antiquioris formae.*

ΓΕΛΑΣ scriptura jam retrograda, jam solita, ut et ΓΕΛΟΙΩΝ. In alio operis perverstuī CEVAΣ. (Catal. raisonné p. 52.) V pro Δ est etiam in antiquissimis Leontinorum.

*Epigraphe recentioris formae.*

ΓΕΛΑΣ, etiam nonnunquam retrograde. Recentissimum ΓΕΛΩΙΩΝ. Sic et Maroni: *campique Geloi*, at Ciceroni: *Gelenses*.

Notandum, ΓΕΛΑΣ fere tantum scribi juxta bovem cum facie humana.

*Typi:* Ex his in Gelae moneta fere perpetuus *bos cum facie humana seu integer, seu dimidiatus*. Eruditus Princeps T. M. acriter contendit, quemadmodum hoc typo in aliarum urbium numis semper indicatur fluvius, ita eo in numis Gelae indicari Gelam fluvium<sup>o</sup>). Juvatur haec ejus fententia, quod revera, ut mox dixi, vocabulum ΓΕΛΑΣ fere solum scribitur pag. 51.)

juxta biforme istud monstrum, juxta alios typos ΓΕΛΩΙΩΝ, aut similiter. Verum advero I. idem ΓΕΛΑΣ scribi etiam juxta caput Apollinis in ejus ipsius numis<sup>p</sup>), aut juxta juvenile caput fluvii more Siculo formatum<sup>q</sup>), quibus typis aut certe non notatur fluvius, aut hic Gelas alio modo singitur, quam quo dictum statuit III. auctor. II. Si monstrum illud Gelas putandus est, sequetur, Gelois duplice modo suum effectum fluvium, nempe typο bovis biformis, et capitis juvenilis, quod vix verisimile, quin hac lege in nonnullis duplicem in eodem numo habebimus Gelam, et in antica quidem forma pueri more Siculo, in aversa forma bovis, ceu Tab. XXXI. n. 6. et XXXIII. n. 9. Ex quo sequitur, non fluvium, sed aliud hoc monstrum significari. Sed haec ος εν παρδω, nam quis ejus videatur sensus, abunde ad numos Campaniae disputavi. Pro vocabulo ΓΕΛΑΣ notasse sufficiat, cum illud tam urbem, quam fluvium notet, nullam nobis legem imponi, ut de fluvio illud potius, quam urbe capiamus, nam secus etiam vocabulo ΑΚΡΑΓΑΣ non urbs, sed fluvius hujus nominis intelligendus semper foret.

**ΣΩΣΙΠΟΛΙΣ.** (*retrograde.*) *Bos dimidiatus capite humano, cui accedens puerla coronam offert.* Χ ΓΕΛΟΙΩΝ. (*retrograde.*) *Figura in bigis supervolante victoria.* AR. I. (Princ. T. M. et Catal. raisonné pag. 51.)

<sup>m</sup>) Aen. III. 702. <sup>n</sup>) L. VI. <sup>o</sup>) Aggiunte p. 169. <sup>p</sup>) Tab. XXXIII. n. 17. 18.  
<sup>q</sup>) ibid. n. 9. 12. 13.

**ΣΩΣΙΠΟΛΙΣ.** *Caput muliebre fascia leatus, cetera nudus, arietem reluctantem redimitum.* ΞΙΓΕΔΑΣ. *Bos dimidius cum immolat.* ΑΕ. II.  
facie humana. AV. III.

*Eadem adversa.* Ξ. *Equus dimidius falcions.* AV. (Princ. T. M. in Auct. II.)

Laudatus saepe Princeps T. M. fluvium Gelam in antica numi prioris bovis specie adumbratum Σωσιπολίδα, servatorem urbis dici ait propter commoda, quae urbi praefstat, et opportune istud confirmat marmore, in quo Aesculapius et Himeria fluvius servatores Nisae statuuntur: ΑΣΚΛΗΠΙΩΝ. ΚΑΙ. ΙΜΕΡ. ΠΟΤΑΜ. Ο. ΔΑΜΟΣ. ΤΙΣ. ΝΙΣΙΣ. ΣΩΤΗΡΣΙΝ<sup>1)</sup>.

Aliud sentit Burmannus, cui nomen illud magistratus visum; nam ΣΩΣΙΠΟΛΙΣ, inquit, nequaquam nomen fuit Gelois ignotum, cum in psephismate Gelorum memoretur ΣΩΣΙΠΟΛΙΣ. ΙΣΙΔΩΡΟΤ<sup>2)</sup>. Ut erit, potuit Σωσιπόλης dici divinitas quaevi, in cuius tutela urbs fuit, et quod sequitur, tam monstrum numi prioris, qualiscunque eo symbolo deus latuit, quam mulier numi alterius. Sic etiam ab Eleis deo cuiquam a *servata civitate* nomen Σωσιπόλης fuisse inditum, cultumque forma puerili, et cornucopiae praegestantem tradit Pausanias<sup>3)</sup>, et fuisse apud Magnetas Joniae Jovem Σωσιπόλης, testatur Strabo<sup>4)</sup>. Eodem sensu Trajanus in numis Nicopolis Moesiae vocatur ΣΩΤΗΡ. ΤΗC. ΠΙΟΛΕΩC. Ceterum hoc vocabulum ad flumen minus commode referri posse, patet ex duobus sequentibus aureis, in quibus illud juxta caput muliebre legitur.

*Caput Cereris.* Ξ. ΓΕΔΩΙΩΝ. *Vir ga-*

Similes numi hactenus perperam in Gelonis numis numerati fuere, cum in iis antiquarii legerent ΓΕΔΩΝ. Ceterum aversae argumentum me ignorare profitor.

Reliquorum typi nihil offerunt obser-vatu dignum.

*Fluvius Gelas.* *Caput juvenile cornu e fronte turgido.* *Ei in nonnullis adscriptum ΓΕΔΑΣ.*

*Globuli*, ponderis nota, quorum tres in nonnullis aeneis habentur.

AV. duo hactenus comperti. AR. et AE. C.

#### HERACLEA.

In litore Africæ objecto ad Halyci, ut creditur, oītia sita, et dicta *Minoa*, quod ferebatur condita a Minoe Cretæ rege, cum is Daedalum repetitum huc ve-nearat.

Esse huic Heracleæ suos numos, non negamus, at negamus, posse eos satis discerni a numis tot urbium, quae eodem nomine praeditæ fuere. Neque vero Princeps T. M. vadet agit, eos omnes, quos Tabula XXXIV. proponit, huc pertinere. Jam enim omnes ii, qui urbis nomini aspi-ratam  $\vdash$  praeponunt, ipso etiam fatente sunt Heracleæ Lucaniae. Neque etiam res satis explorata in aeneis, in quorum antica: *Caput Cereris*, in Ξ. ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ. *Spica*, quos Ill. auctor propter utrinque partis typum plane Siculum huic Hera-clæ negat posse adimi. Sed enim si fer-tis Sicilia, non propterea steriles regio-

1) Aggiunte p. 115. 2) Derv. Sic. p. 369. 3) L. VI. p. m. 501. et 517. 4) L. XIV. p. m. 959.

nes aliae, et uterque typus obvius est in numis Lucaniae, in qua altera Heraclea sita. Certius argumentum fuerat, posse adfirmare, hos numos revera in Sicilia effodi.

#### HIMERA, THERMAE.

Himera sita prope litus, quod mare Tyrrhenum respicit, ad fluvium cognominem, a quo ipsa nomen traxit. Aedificata a Zanclaeis, qui Mylas habitabant, auctor est Strabo <sup>2)</sup>). Secundum Diodorum eversa est a Carthaginensibus V. C. 345., iis, qui cladem evasere, non multo post ad Thermas vicinas translatis, ut mox infra in *Thermis* dicetur, quo probabile fit, numos omnes *Himerae* nomine inscriptos ante hoc ejus exitium signatos. Revera eorum omnes tam argentei quam aenei per fabricam et epigraphes modum tam remotum aevum non diffitentur, et teste ipso Diodoro, cum semel excisa esset Himera, deinceps cultoribus vacua ad suum usque aevum permanuit <sup>3)</sup>.

#### Numi HIMERAE nomine.

Remotissimum aevum arguunt inscripti **HIMERA**, quae epigraphe Latina tota videtur, cum tamen sit antiquissima Graeca. Recentiores sunt, quanquam et hi perantiqui: **IMEPA**. **IMEPAION**. vel recte, vel retrograde. Sitne in horum aliquo scriptum **IMEPAION** per Ω, ambigo. Omnes vero antiquitate praestant anepigraphi saltem argentei.

**Gallus**. **X** Sine epigraphe. Quadratum informe, vel: iterum gallus intra quadratum. AR. II. III. vel: duo, tres, sex globuli. **Æ**. II. III.

*Caput Herculis. X Gallus intra quadratum. AR. II.*

**HIMERA. Gallus. X Pagurus; AR. II.**  
Ergo gallus gallinaceus in vetustissima hac Himerenium moneta typus perpetuus. Quis vero ejus volucris explicatus? Hunc antequam tentaret Havercampus, sic praefatur <sup>2)</sup>: *sicuti itaque semper sum solitus etiam minimos apices in numis scrutari, ita etiam hujus numi abditum sensum eruere conabor*. Quo ille proposito ad spem erectus audacter ad rem aggetur, gallumque ad *tripudium solistimum* refert, *quod tantopere apud Romanos (sed ut ex hisce numis patet, longe antea penes Siculos) in usu fuit*. Cum gallum in partis aversae quadrato inclusum videt, ait, gallinam delineato quadrangulo intus positam, atque ita esca projecta observatum, quod ex disciplina augurali observandum erat. At cum informe quadratum videt, quod nobis nunc certum ruditis vetustatis indicium habetur, ait, confecto quadrangulo, eoque multifariam dissecto gallinam in ejus medio positam, ibique ejus tum geltus observatos &c. Taedet reliqua somnia commemorare, neque recitavi haec, quo refutarem, nam in singulis paene verbis aut peccatur, aut citra veri speciem conjectatur, verum quo canorum exemplum proponam, in quae ἀπερσδιονυσα delabamur, cum nimium sumus ingeniosi. Si mihi prae Havercampo res angustior domi, at praesto est eruditio simplex ac parabilis, sed quae plerumque, ut cibi nullo artis veneno conditi, multo est prae stabilior. En igitur conjecturam meam

x) L. VI. y) L. XI. c. 49. z) in Parut. p. 519.

simplicem et ex propinquo petitam. Fuerere propter Himeram thermae, ut docent assatim numi ipsi, quos continuo subjiciam, dictae etiam Thermae Himerenses. Aliae thermae propter Selinuntum, haec quoque cum alias, tum ex ipsis Selinuntis numis cognitae, dictaeque Thermae Selinuntiae. In utriusque urbis numis frequens est gallus, hoc uno discrimine, quod in Himerae numis solus typum facit, in Selinuntiis adstat simulacro Hypsae ad aram sacrificantis. Quid igitur? Nimirum thermae sunt salubres, salutis praesens deus Aesculapius, Aesculapio sacer gallus ejusque sueta victima, ut vulgo notum, et differemus uberius in moneta Selinuntis.

Neque vero non verisimile, Himerenses, cum gallum in numis proposuere, non tantum ad Aesculapium, sed et una ad urbis suae nomen respexisse. Ejus conjecturae me admonuit Plutarchus injecta mentione artificis, qui, dum gallum super manu Apollinis pinxit, matutinum voluit significare tempus, et solis ortum appetentem, nimirum quem is cantu praeannunciat<sup>a</sup>). Jam vero ihereta urbis nomen Graecis idem fuit cum ihereta, dies, cuius praeco est gallus, at Graecis antiquissimis, nam serius ihereta invaluit. Habeo, quem hujus sententiae testem idoneum adducam, Platonem, qui, ut comprobaret, olim e pro iheretis adhiberi solitum, ejus adfert exemplum: οἱ μὲν ἀχαιοταῖοι ἵμεραν τὴν ἵμεραν ἔκλεψαν, οἱ δὲ ἐμέραν, οἱ δὲ νῦν, ἵμεραν, quod nunc ἵμερα dicimus, νευτησσίμιν dictum ihereta, aliis vero ihereta<sup>b</sup>). Eodem sensu Dictys quoque Cretensis promiscue dixit

er Himerae et Hemera, quo nomine significavit Memnonis sororem et matrem, alias Aurora<sup>c</sup>, nimirum quae exoriens diem, ἵμεραν, parit<sup>c</sup>). Jam vero, quantum ex horum fabrica numorum potest colligi, facile sunt ejus aevi, quo adhuc ihereta pro ihereta scribere placuit.

*Mulier capite radiato stans, d. patetram super ara sacrificat, s. extenta; inde aqua ex leonis rictu promanans, cui Faunus corpus suum supponit. X IMEPAION. (recte vel retrograde.) Victoria, in aliis figura alia in lenti bigis vel trigis, quam advolans victoria coronat.* AR. I.

Insignes numicū ab antiquitate, tum argumento, nam salutares eo aquas proficitur, de quibus plura infra in numis Thermarum nomine insignibus. Mulierem partis anticae Princeps T. M. censem esse Himerae civitatis, cuius imaginem a Poenisiaptam, restitutam Thermitanis a Scipione refert Cicero<sup>d</sup>). Sed verius videtur memorata haec Ciceroni statua esse ea, quam sicutum numi Thermarum, ut in his dicetur. Cum autem videam, in numis Selinuntiorum, qui cum Himerensibus multum habent ad similitudinem, fluvium Hypsalam eodem modo sacrificare ad aram, ut mulierem numi praesentis, suspicor, hanc ipsam esse Himerae fluvii imaginem, et ab Himerensibus fluvium suum praeter aliarum urbium morem nymphae, vel mulieris ritu effictum, quia vocabulum IMEPA feminino more formatur, reliquis Siciliae fluviis, quorum in numis masculam habemus imaginem, etiam masculo

a) de Pyth. orac. b) in Cratyl. c) L. VI. p. m. 136. d) in Verr. L. II. c. 35.

more terminatis, quo modo et Cyanen fontem Syracusani feminae ritu fixerunt teste Aeliano \*).

Bigae cum rectore vetus in argenteis Siculis majoris formae thema; at istud singulare, Victoriae aurigantem ab altera victoria coronaati. Numus captus est ex Pellerinii opere, cuius iconismi sese ab ad- curatione commendant.

IMEPA. (*retrogrado.*) *Mulier stans pallium obducit.* Ξ ΓΕΛΟΙ - (lege ΠΕΔΟΨ) *Vir in lentis bigis.* AR. I. II.

Hujus numi arbitrum non agam, cum ipse Princeps T. M., qui numum edidit, in eo describendo non sibi constet. Nam quo primum loco eum vulgavit, aliud affirmavit non legi, praeterquam ΓΕΛΟΙ censuitque explendum: ΓΕΛΟΙΟΝ, quo notarentur Geloi Siciliae f). At in Sicilia numismatica nulla facta prioris dubii mentione legit ΓΕΛΟΝ, censetque, percussum in Gelonis Syracusani honorem, quo victore Himera a diuturna Poenorū ob- fidione liberata fuit, de quo infra. Idoneus sane explicatus, si modo certa po- sterior haec lectio, de qua arbitrentur autoptae. At nuper omne mihi dubium abstulit argenteus omnino eximius I. for- mae musei principis de Waldeck, in quo pro praetensa illa epigraphe planissime le- gitur ΠΕΔΟΨ, haud dubie urbis magi- stratus, neque enim satis causae video, cur eo nomine intelligendum putem vete- rem illum Pelopem, qui Peloponneso no- men dedit.

e) Var. hi&. L. II. c. 33.

f) Aggiunte p. 119.

g) L. XI. c. 20. seq.

IMEPAION. *Mercurius hirco vectus concham inflat.* Ξ Victoria d. palmae ra- rum; in numo Parutae adscribitur: NIKA. AR. III. In aliis: *Monstrum miri ingenii: caput senile burbatum prominente uno vel geminata capri cornu, brachium est ursi vel leonis, reliquum corpus galli.* AR. III.

Mercurio sacrum suisse hircum alias constat, sed incertum fave; quae sit reliqua hujus typi explicatio; ut et monstrum in numo altero, quod descripsi secundum verba Principis T. M. At non aequa in- certus explicatus Victoriae, cujus imago renovat memoriam ejus diei, quod Himera a Poenis duce Amilcare obfidione pressa ferente suppetias Gelone Syraculano libe- rata fuit, tanta secuta hostium strage, ut CL. millia occubuisse memoriae sit proditum, eaque victoria illi, quae ad Plataeas de Persis relata fuit, sit acquiparata: Eam Diodorus ad annum V. C. 274. refect s). Factum tam praeclarum, quod tanto Hi- meram opere nobilitavit, merebatur etiam praedicari in moneta, ptoposita Victoriae imagine, et addito NIKA, ut in numis Bruttiorum.

*Globuli in aeneis frequentes, et qui- dem, sex, tres, duo. Horum tres cum ad trutinam revocaret Princeps T. M., ex- actam in iis ponderis rationem reperit, sic ut, qui tres vel duos globulos exhibent, essent dimidia vel tertia pars ejus, in quo sunt globuli sex.*

AR. R. Φ. RR.

*Nomi- THERMADRVM nomine.*

Himera V. C. 274. & Poenorū obfi-

## S I C I L I A.

dique per insignem Gelonis victoriam liberata, de qua mox actum, orbata tamen incolis, conciliante Therone Agrigentino colonos Dores recepit, quod factum Diodorus ad annum V. C. 278. refert<sup>b)</sup>: Coepit tum civitas florere opibus, donec annis post LXXI. iterum a Poenis obsidione presla duce Annibale et expugnata caefis plerisque incolis, et eversis moenibus, priore clade ad vindictam hortante in ruinam confedit V. C. 245: anno CCXL., ex quo condita fuit<sup>c)</sup>. Ab hoc igitur tempore numi solo Himerae nomine feriri desiverunt. V. C. 347 Poeni habitu delectu civium suorum, aliorumque Afrorum nam apud calidas aquas Himerae vicinas urbem condidere; quam Thermas, nempe ex loci natura, dixerant, ut refert Diodorus<sup>d)</sup>, sed secundum Ciceronem<sup>e)</sup>: *Himera deleta, quos cives belli calamitas reliquos fecerat, iis se Thermis collocarant, in ejusdem agri finibus, ne quo longe ab antiquo oppido.*

*Epigrapha: ΘΕΡΜΙΤΑΝ., in rarissimis ΘΕΡΜΙΤΩΝ. ΙΜΕΠΑΙΩΝ. Recte istud secundum Ciceronis testimonium mox citatum. Quid quod et P. Scipioni Thermitani ab Himerensibus profecti crediti sunt, nam cum capta Carthagine signa omnia a Poenis oblata Siculis urbibus restituoret, ea, quae illi Himera extulere, Thermitanis reddi jussit<sup>f)</sup>). Additum etiam ΙΜΕΠΑΙΩΝ, quoniam praeter has Thermas aliae fuere etiam Segestanae<sup>g)</sup>, et Selinuntiae, de quibus in Selinunte. Eodem modo legitur in marmore, quod post*

alios edidit Princeps T. M.<sup>h)</sup> ORDO. ET. POPVLVS. SPLENDIDISSIMAE. COL. AVG. HIMERAEORVM. THERMIT.

*Caput Herculis leonis spoliis tectum. ΞΘ. Gallus stans. AR. III. (Mus. Caes.)*

Id genus numulos antiquariorum iudicia variis urbibus adfixere. Adstitutum in praesente elementum Θ, quod in aliis similibus deest, suadet, eum Thermis nostris esse tribuendum<sup>i)</sup> praeципue cum gallus obvius fuerit Himerae typus, et Hercules, ut videbimus, obvius Thermarum. Fabricae vetus modus persuadet, esse cum ex Thermanorum vestitissimis, et signatum paullo postea, quam Himerenses excisa urbe sua Thermas concessere. Plura vide in mea Sylloge I., in qua numrum hunc pictum et latius explicatum sicuti.

*Caput Herculis leonis exuvii tectum. ΞΘΕΡΜΙΤΑΝ. Tres nymphae stantes. AE. II.*

*Hercules stans d. clavam, f. leonis exuvias. Ξ Sine epigrapho. Nympha d. vas ad fontem leonis capite indicatum acoedit, per aream tres globuli. AE. III. Hunc numrum Princeps T. M. inter Himerenses refert, quod perinde est.*

Numos hos praclare explicat Diodorus, narrans<sup>j)</sup>, Herculi hoc litus per granti calidas a nymphis aquas apertas fuisse; quibus contractam ex itinere lassitudinem levaret, easque subinde dictas

h) L. XI. c. 49. i) Diodor. L. XIII. c. 59. seq. k) L. XIII. c. 79. l) in Verr. L II. c. 35. m) Cic. l. c. n) Diodor. L. IV. c. 23. o) Iseriz di Palermo p. 141. p) L. IV. c. 23.

*Himeraeas. Quo sum et referendum, quod et scipione nixus volumen explicatum made Ergotele Himeraeo canit Pindarus* <sup>q)</sup>: *nu tenet. AE. II.*

*Nuv δ'Ολυμπια γερανωσαμενος - -*

*Θεεμα Νυμφαν λετρα βασαζεις κ. τ. λ.*

*Nunc vero in Olympia coronatus - -*

*Calida nympharum balnea extollis etc.*

Eodem modo et Pylae Graeciae dictae  
Thermopylae, quod ibi Minerva Herculi  
laboribus fesso calidas aquas aperuit <sup>r)</sup>.

*Caput leonis Herculis exuvii tectum.*

**χ ΘΕΡΜΙΤΑΝ.** *in alio: ΘΕΡΜΑ. ΙΜΕΡΑΙΩΝ.* *Mulier capite velato stans d. patetam, s. cornucopiae.* **AE. II.**

Inter restituta Thermitanis a Scipione signa primum memorat Cicero <sup>s)</sup>; *in his mira pulcritudine ipsa HIMERA, in muliebrem figuram habitumque formata ex oppidi nomine et fluminis. Havercampus censet, praesentis numi sigillum esse illud ipsum signum Ciceroni memoratum; at ex mente Principis T. M. hoc Tullii iudicio notatur ea mulier, quae in tetradrachmis Himerae numis ad aram sacrificat* <sup>t)</sup>, *et qua supra conjiciebam, notari fluvium Himeram. Forte uterque explicatus valere poterit, atque eadem mulier, quatenus sacrificium peragit, genius est urbis habenda, praecipue cum in numo proximo ejus caput turritum simus visuri, et quatenus cornucopiae tenet, abundantiam fluvii ope partam indicat.*

*Caput muliebre velatum turritum, retro cornucopiae.* **χ ΘΕΡΜΙΤΩΝ. ΙΜΕΡΑΙΩΝ.** *Vir senilis stans involutus pallio*

Prosequitur loco citato Cicero: erat etiam Stesichori poetae statua senilis incurva cum libro, summo, ut putant, artificio facta, qui fuit Himerae, sed et est et fuit totu Graecia summo propter ingenium honore et nomine. Explicatum hunc jam reperit Princeps T. M., qui numum possedit, et sane eximie cum hac numi imagine conspirant verba Ciceronis. Etiam hoc signum a Poenis Himerae ablatum Thermitanis restituit Scipio. Binos Stesichoros poetas Himerae oriundos memorat chro-

nicon Parium. Silius Italicus cum cecinat: *Litora Thermarum prisca donata Ca- mona* <sup>u)</sup>,

ad hunc Stesichorum adlusat.

*Caput juvenile.* **χ ΘΕΡΜΙΤΑΝ.** *Ca- pella procumbens.* **AE. III.**

Rursum Ciceronem audiamus sic dis- rentem <sup>v)</sup>: *Etiam, quod paene praeterii, capolla quaodam est, ea quidem mire, ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus, scite facta et venuste. Haec quoque rapta a Poenis, restituta a Scipione, a Verre concupita. Hanc quoque praeclaram explicationem debemus eruditio Principi T. M.*

Numi reliqui nihil insigne praestant. Eorum aliquos Havercampus ad Thermas Selinuntias censet pertinere <sup>w)</sup>, sed ratio- nes parum sunt validae.

**AR. RRRR. AE. R.**

<sup>q)</sup> Olymp. Ode XII. 25.

<sup>r)</sup> Vlpian. ad Demosth. Phil. I. sub fin.

<sup>s)</sup> in Veit. L. II. c. 35.

<sup>t)</sup> Num. Sic. p. 33.

<sup>u)</sup> Punie. XI. V. 432.

<sup>x)</sup> I. c.

<sup>y)</sup> in Patut. p. 591. 592.

*HYBLA MAGNA.*

Mediterranea a Catana in occasum. Fuere in Sicilia Hyblae tres, una magna, in qua fumus, altera parva, quae subinde a conditoribus Dorientibus Megara dicta est, celebris a mellifilio, cuius numos infra in Megara recensebimus, tertia minor, cognomine dicta Hera, vel Heraea.

*Caput muliebre velatum turritum.* Χ ΤΒΛΑΣ. ΜΕΓΑΛΑΣ. *Bacchus tunicatus stans d. diotam, s. thyrsum adfidente pantherisco, in aliis leone.* Ε. II.

In similibus numis, ac nuperime a Dorvillio legebatur scriptum: ΤΒΛΑΣ. ΜΕΓΑΡΑΣ., quod si obtinet, hi numi certe essent ejus Hyblae, quae serius Megara cognominabatur. At secuit litem Princeps T. M., qui in omnibus, quotquot vidit, se legisse ΜΕΓΑΛΑΣ. contendit.

Ε. RR.

*HYCCARA.*

In litore occidentali infra Panormum. Numum aeneum edidit Paruta: *Caput barbatum nudum, juxta IKAP.* Χ *Canis stans, duo globuli.* Eum ille ad haec Hyccara revocavit. Verum si esset hujus urbis, scribendum fuerat ΤΚΚΑΡ. Refert Princeps T. M., conspectum sibi quidem hoc cimelium, sed anepigraphum, quo magis Parutae numus, saltem quod ad epigraphen attinet, suspectus videtur.

J A E T A.

Mediterranea ad Crimissum fl. in meridiem tendentem.

*Epigraphe constans: IAITINΩΝ.*

*Typi: Miles stans armatus more Romano, vel: caput Herculis, vel triquetra.*

In unius aversa legitur L M, quae literae notare epocham videri possint. At melius censem Burmannus, esse literas magistratus R. nomina notantes, ut: L. Metellus a cedente ad haec causa militis Romani, quod utrumque obvium est in numis Pa- normi <sup>a)</sup>.

Ε. RRR.

*LEONTINI.*

Versus litus orientale Catanam inter et Syracusas. Hi quoque ad Chalcidenes e Naxo insula profectos genū referunt.

*Epigraphe antiquioris formae: VEON-* TINON, in aliis: ΛΕΟΝΤΙΝΟΝ recte vel retrograde, ut et ΛΕΟΝ. Recentioris: ΛΕΟΝΤ. ΛΕΟΝΤΙΝΩΝ.

*Typi: In argenteis tetradrachmis, qui formae perantiquae sunt, et parabiles, est caput leonis a latore conspicuum, hianti rictu, lingua exerta, et ambitur tribus vel quatuor granis frumenti, addita non nonquam lyra, tripode, pisco. Leo ad utris nomen adludit, grana ad agri Leontini ubertatem, quae tanta fuit, ut is campus Ciceroni caput rei frumentariae dicetur <sup>b)</sup>. Sensere et Leontini leonis sui beneficium, nam ingresso hunc sole reperere fontes suos nova aqua repletos, ut narrat Plutarchus <sup>b)</sup>.*

ΔΕΟΝΤ. *Caput iconis.* Χ *Vir nudus stans d. pateram ad aram sacrificat, s. ramum.* AR. III.

*Caput solis radiatum, juxta aratrum.* Χ ΔΕΟΝΤ. *Similis vir nudus saxo infeps d. cornucopiae, s. ramum.* Ε. II.

Havercampus in sigillo numi prioris

<sup>a)</sup> Dov. Sic. p. 440. <sup>a)</sup> in Ver. L. HI. c. 18. <sup>b)</sup> Sympos. L. IV. probl. 5.

Apollinem Archageten videt a Chalcidensibus in hanc oram illatum, de quo plura in moneta Tauromenii notabuntur. Atque a indicari fluvium probat vir similis in Selenantiorum numis sacrificans, qui certus est Hypsas, quo probare conatus sum, mulierem similiter in Himerae numis sacrificantem esse imaginem fluvii Himerae. Sententiam confirmat vir idem alterius, numi propter cornucopiae, quod proprium est fluviorum attributum. Est ergo Haynius Lissus, qui propter Leontinos fluxit telle Polybio <sup>c).</sup>

In numis reliquis: spica, caput Apollinis, aut ejus attributa, pisces &c. Peregrinum etiam cultum prodit mulier, quam exhibet Princeps T. M. Tab. XLI. n. 15.

Globuli tres comparent in nonnullis aeneis cum capite Apollinis.

\* \* \*

*Numi dubii.* Exstant argentei III. formae: Leo dimidiatus respiciens. Ξ Area in quatuor partes secta, in quarum una semper globulus, in alia variae literae, in aliis figilla varia, ut botrus, vas, lacerta &c. Hos ad Leontinos pertinere passim creditum, ac nuper quoque Principi T. M., qui similes plures fitit Tabula XL. At praeterquam quod urbis inscriptio abest, et leonis typo urbes plures usae fuere, testatur quoque Pellerinius, sibi octo hujus generis Constantinopoli fuisse adlatos, qua in urbe eos esse obvios tellatur quoque Abbas Sestinus. Haud dubie ergo alterius

fuit urbis. *Sestino Cardia*: Chersonesi placet <sup>d).</sup> Res adhuc incerta.

Alter etiam aeneus II. formae huc referri solet: *Caput Apollinis.* Ξ ΓΟΡΓΙΑΣ. ΔΕΟ. Σύναq. Haynius, qui numrum hung edidit <sup>e)</sup>; in nomine ΓΟΡΓΙΑΣ celebrem Leontinorum philosophum et oratorem videt.

*Imperatorium*, cum capite Caracallae et viiatis literis deformem huc vocavit Mazzolenus, at non satis istud eruditus <sup>f).</sup> Aliud diceret numus, si integer esset.

AR. et AE. C.

### LIL YBAE VM.

Oppidum ad promontorium ejusdem nominis occidenti oppositum.

*Caput Apollinis.* Ξ ΛΙΔΤΒΑΙΤΑΝ. Lyra. AE. II.

ΛΙΔΤΒΑΙΤΑΝ. *Caput muliebre velatum, in aliis simul turritum linea triangulari circumdata.* Ξ ATPATIN. ΠΤΘΙΩΝ. *Tripus*, cui serpens impletur. AE. II.

Vterque numus obvius. Caput numi alterius Haynius esse Sibyllae constituit in hoc oppido secundum Solinum sepultae <sup>g)</sup>, quam sententiam amplexus est Havercampus. Quin eo usque promovit conjecturam, ut ipsius etiam sepulcri imaginem in lineis caput ambientibus videret. At quis non videt, capite velato et in nonnullis turrito latere potius genium urbis? quod ad lineas attinet, praefuerit sententia Havercampi, esse eas rudem aliquam triquetrae, seu trium Siciliae crurum ima-

c) Exc. ex L. VII. c. 1.

d) Lettere p. 129.

e) Thes. Brit. T. II. p. 73.

f) Mus. Pisani.

g) Thes. Brit. T. II. p. m. 204.

(Vol. I.)

ginem, quorum unum revera Lilybaeum ponit<sup>1)</sup>, in quorum uno *pagurus*, in alio *sancer*, et epigraphe Punica, quam in *נַרְעָה* solvendam contendit, pro quo Graeci et Latini scripsero *Mazara*. Verum quanta his, vocabulorum Punicorum interpretibus habenda sit fides, abunde dicetur alibi.

*Magistratus*. In explicandis vocabulis **ATPATIN. ΠΙΤΘΙΩΝ.** multum selectori Haynius et Havercampus, quorum conjecturas oppido debiles qui nosse cupiet, ipsos adeat. Khelliū in animadversione Haymii commentario subjecta in iis utrumque coloniae Lilybaei Ilvirum videt. Istud saltem certum videtur, magistratus nomina iis exhiberi, ad quod observare juverit, magistratum **ATPATINO.** legi etiam in vicinae Entellae numis.

Æ. C.

#### LONGONE.

Vrbs ignobilis et uni Stephanō prodita. Aeneum inscriptum ΔΟΓ. non ob alias causam huc referit Pellerinius, quam quod alias urbem ab his literis incipientem non reperiret, cui hic numus commodius competet. Eum in re tam incerta Princeps T. M. catalogo suo inferendum non duxit.

#### MACEELLA.

Mediterranea versus fontes Crimissi, oppidum teme.

**ΜΑΚΕΛΛΙΝΕΩΝ.** *Bos corrupta.*

Æ. III.

Æ. RRR.

**MAMERTINI** vide **MESSANA.**

#### MAZARA.

Prope Lilybaeum ad fluvium cognominem. Huc Pellerinius revocat aeneum: **ΜΑΣ.** *Caput Palladis.* **Χ Pallas gradions**<sup>b)</sup>. Valeret haec conjectura, si epigraphe foret **MAZ.** aut aliud saltem luculentius indicium. Alios binos argenteos idem pro-

ponit<sup>1)</sup>, in quorum uno *pagurus*, in alio *sancer*, et epigraphe Punica, quam in *נַרְעָה* solvendam contendit, pro quo Graeci et Latini scripsero *Mazara*. Verum quanta his, vocabulorum Punicorum interpretibus habenda sit fides, abunde dicetur alibi.

Paruta huic urbi tribuendos numos conjectit inscriptos **ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ**, quia revera hic emporium existit. At hos esse Emporiarum Hispaniae, suo loco actuum.

MEGAR.

Maritima a Syracusis in septemtriones, dicta olim *Hybla Galeotis* et *parva*, sed traductis eo Graecis Megarenibus dicta *Megara*; at mansit vetus nomen in notando melte *Hyblaeo* eximii saporis<sup>c)</sup>.

*Caput Apollinis.* **Χ ΜΕΓΑ.** *Bos capite humano.* Æ. II. (Pellerin.)

*Caput juvenile turgente duplice cornu.* **Χ ΜΕΓΑΡΑ.** *Noctua.* Æ. II. (Paruta.)

Vterque numus ad hanc certe Megara pertinet, prior propter bovis typum, quem sola novit Graecia major et Sicilia, alter propter fluvii imaginem ex Siculo-rum ingenio, qui haud dubie est Alabus urbi vicinus.

Minus certum criterium in numis aliis, inscriptis: **ΜΕ. ΜΕΓ. ΜΕΓΑ. ΜΕΓΑΡΑ**, nam fuere et alia Megara in Attica praecipitari nominis.

Huc etiam jure pertinerent numi **ΤΒΛΑΣ. ΜΕΓΑΡΑΣ.**, nisi pro **ΜΕΓΑΡΑΣ** legendum esset **ΜΕΓΑΛΑΣ**, ut supra in numis Hyblae diximus.

Æ. RRRR.

b) Rec. III. p. 106. i) Suppl. IV. p. 98. seq.

k) Strabo, Thucyd. L. VI. c. 4.

## MENAEVNVM.

Mediterranea a Syracusis in occasum ad lacum Palicorium.

Epigrafe contains MENAEVNVM; et falsa est quaecunque alia ab aliis promulgata. Ipsi Diodoro Μεναῖον<sup>1)</sup>. Sed Ciceroni: Menenii, Plinio: Menanthi.

*Typi*: in Céreris, Herculis, Aescula-  
pii, Mercurii cultu occupantur. In horum  
uno Duætii, qui teste Diodoro<sup>2)</sup> Menae-  
num condidit, caput viderunt Haymius<sup>3)</sup>,  
et Havercampus<sup>4)</sup>, sed quae sententia mi-  
nus veritatis visa est Principi T. M.

Globuli tres in nonnullis aeneis. In  
aliis infra binas fates in decussati positaq;  
videntur lincolae quatuor, quales in Ca-  
tanae moneta vidimus. His nequitquam  
dubium indicari valorem monetæ perinde  
ac globulis, ut et visum Burmanno<sup>5)</sup>,  
quod et egregie probatur alio nummo ce-  
tera simili apud Parutam, in quo pro di-  
ctis quatuor lineolis legitur Δ, nimirum  
numerus quaternarius positus pro numero  
lineolarum.

AR. nulli praeter Goltzianos. AE. R.  
*MESSANA.*

Ad fretum Siculum, urbs olim, et  
nunc quoque illustris. Primum dicta Zan-  
cle, post Messana, denique Mamertini.  
Omniibus his nominibus superstites habe-  
mus numeros insignis multos argumenti, in  
quos operae pretium prolixius commen-  
tari.

*Nomine ZANCLES.*

DANKLE. *Delphinus. X Area in va-*

*ria quadrata divisa, in quorum medio ca-  
put virile imberbe, vel concha. AR. I. II. III.  
enq. Nomen Zancle urbi inditum fuit ab  
ipius Siculis, quod is locus instar falcis  
cavatus esset; nam eorum lingua Zancle  
idem, quod Graecis δάκτυλος, falx, vel  
σπάχιον, obliquum, teste Thucydide; Stra-  
bone; Stephano. Diodorus eam sic ap-  
pellatam refert a Zanclo ejus loci rege<sup>6)</sup>,  
sed mythologi, quod Saturnus ibi falcem,  
qua patrem Uranum eviravit, abjecerit.  
Vide Silius Italicum<sup>7)</sup>, aliasque, quos  
ibi citat Heinsius.*

Inquirendum jam; qua aetate numi-  
hi, quos esse perantiquos cum fabrica,  
tum literarum conformatio arguunt, vi-  
deantur Sighatii Strabon conditam a Naxiis  
Siculis Zanclem docet, at Thucydides a  
latronibus, qui e Cumis urbe Chalcidica in  
agro Opico sita advenerant<sup>8)</sup>. Veteres in-  
colas exturbarunt Samii et Jones subor-  
nante Anaxilao<sup>9)</sup>. Fuit hic Messane Pe-  
loponnesi oriundus, et Regini ex adverso  
Messanae siti tyrannidem auspicatus est  
V. C. 260., ut definite Diodorus<sup>10)</sup>. Ea  
tempestate Samii et Jones atrociter a Per-  
sis vexati relicta patria in Italiam appu-  
lere, quibus auctor fuit Anaxilaus, ut  
Zanclem, cui iratus tum erat, occuparent.  
Factum istud uno ante pugnam Maratho-  
niam anno, nempe V. C. 273., narrat He-  
rodotus<sup>11)</sup>. Haud multo post secundum  
Thucydidem, qui factum istud obiter per-  
stringit<sup>12)</sup>, Anaxilaus Messeniis populari-  
ribus suis favens, qui a Spartaniis ejecti,

1) L. XI. c. 78. m) l. c. n) Thef. Br. T. I. p. 137. o) in Parut. p. 625.

p) Dorv. Sic. p. 362. q) L. IV. c. 85. r) Punic. XIV. 48. s) L. VI. c. 4.

t) Thucyd. l. c. Aristot. de Rep. L. V. c. 3. u) L. XI. c. 48. x) L. VI. c. 23. y) l. c.

vagi palantesque novas fides querit, ad se accitos Samis immisit, qui bus hi exactis Zanclo tenuere, et que deinceps *Messana* appellata ipse se Anaxilaus Rhegii et Messenes tyranum ferebat. Haec facta oportuit aliquo tempore inde ab anno V. C. 273. usque 278., quo anno Anaxilaus diem obiit secundum Diodorum<sup>a</sup>). Haec certa sunt ex Thucydide, et Diodoro citatis, tum et Herodote<sup>b</sup>). At Pausanias, qui captam a Messeniis Zanclo, et succendentem in ejus locum Messenes appellationem fuse persequitur<sup>c</sup>), factum id refert Olympiade XXIX. seu V. C. 89., quae anticipatio nimia est, et priorem certe judicio standum. Unde sequitur, numeros inscriptos DANKE signari non potuisse post annum V. C. 276., quo tempore hoc nomen antiquatum fuit, inducta Messenes appellatione.

Secus visum Peloponnesi, cui cum certum videretur elementum primaria D. esse Oscum, vel Etruscum; certum etiam visum est, hos numeros signatos a Mamertinis genere Campanis, ex quo sibi Messanam per vim subjecere<sup>d</sup>). Factum illud, ut infra in Mamertinis videbimus, circa annum V. C. 475. Vix persuaserit vir eruditus, hac aetate, qua artes liberales ad summum apicem evectae fuere, hujus adhuc formae numeros signatos, et verisimile est, inde ab hac Mamertinorum invalidione ne quidem Messanae nomine, neandum Zanclos, amplius signatos numeros, cum ex Diodoro constet, Messanam a Mamertinis deinceps *Mamertinam* voca-

tam<sup>d</sup>). Altior igitur, ut jam supra probavimus, his numis aetas defendat.

De elemento D egimus in prolegomenis ad Siciliam.

Ty whole Delphini urbem certe maritatem notat. Aversa antiqui item operis partim extantis, partim introrsum bianatis, ceu in numis Caulonis, et Crotonis, per areolas portasque rudem aliquam urbis ipsius speciem videtur objicere.

AR. RR.

#### Nomine MESSANAE.

Messeniis, ut diximus, ex Peloponneso circa annum V. C. 276. huc traductis, pro Zanclo *Messana* ex patro *Messenyn* urbe dici coepit. Sunt et hoc nomine numeri antiquissimi, et typis eximiis, dignique, quibus immoremur.

*Caput leonis obversum.*

MESSENION. *Caput vituli dextrorum versum.* AR. II. (Mus. Cael.)

Argumenti causa jungendus alter:

*Caput leonis obversum.*

RECION. *Caput vituli dextrorum versum.* AR. II. (Mus. Cael.)

Prioris numi remotissimos natales omnia comprobant. S vetus Pelasicum nondum in Σ novatum. E et Ο, nondum tum repertis, aut saltem nondum in usum inductis H et Ω, et nondum nomine nativo *Messene*, vel *Messenyn* in Doricum *Messana* flexo. Ad praeclari hujus numi aetatem eruendam conjunxi numum alium Rhegii in Bruttis e regione Messanae positi, solo freto utramque urbem dirimente. Posset utrumque numum in eadem

<sup>a)</sup> L. XI. c. 43. <sup>b)</sup> L. VI. §. 22. seq. <sup>c)</sup> L. IV. c. 23. seq. <sup>d)</sup> Rec. T. III. p. 102.

<sup>d)</sup> Eclog. p. m. 423.

officina flatum dicere, nisi epigraphe illum Messanae, hunc Regino vindicaret.

Iudem ergo in utroque numo typi palam eloquuntur, signatos eos sub ipsa exordia coloniae Zancle per Messenios deductae, quo tempore utraque urbs unita fuit, et iisdem legibus gubernata, nam Anaxilus a Diodes \*) Regini et Zancles tyranus dicitur, quo V. C. 278. mortuo successere ejus liberi, et tyrrnidem utriusque urbis tenuere usque ad annum V. C. 293., quo Zanclae et Regini iis pulsis in libertatem se adserueret<sup>1</sup>). Qui cum his utriusque urbis numis volet vetustissimos Samiorum numos conferre, eos utriusque partis typis sic videbit conspirare, ut appareat, fuisse aliquem inter has civitates nexum. Hunc vero praeclare confirmant ea, quae supra in Zanclae dixi. Nam testibus Herodoto, Thucydide, et Pausania ibi laudatis Zancle tenuere Samii et Jones, quos subinde suauem Anaxilai sibi subjecere Messenii et Regini, sic tamen, ut in domiciliis et imperii communionem victos reciperent, eo solo contenti, ut pro Zanclae urbs Messene appellaretur. Vnde credo factum, ut veteres Samii, urbis incolae, pro imperii jure aliquamdiu numos patriis typis insignirent, quos etiam vicinum ac tum amicum Reginum receperit. Eandem utriusque urbis concordiam probant et sequentes:

1.) *Caput leonis obversum, infra lepus.*  
MEΣΣANION. Juppiter seminudus sedens d. diotam, f. hastam, pro pedibus aquila, omnia intra lauream. AR. I.

Alius Regini:

2.) *Caput leonis obversum, infra ramus lauri.*

RECINOZ. (retrograde.) *Juppiter sedens d. hastam, omnia intra lauream.* AR. I. (Mus. Caef. Mazochi tab. Heracl. p. 550.)

3.) MESSENION. MEΣΣENION.  
MESSANION. MEΣΣANION. *Lepus currans.*

*Vir in lentis bigis, nonnunquam unico equo vel mulo vectus coronatur a supervolante Victoria.* AR. I.

4.) RECINON. *Lepus currans.*

*Vir veetus in lenta rheda juncto unico equo, inferne folium.* AR. I. (Mus. comitis Vitzai.)

5.) MΕΣΣANION. (jam recte, jam retrograde.) *Lepus currans, infra quem varia sigilla.*

*Bigae similes, infra varia sigilla.* AR. I.

6.) MΕΣΣANA. sed in aliis, et quidem frequentius MΕΣΣANO. *Mulier in lentis bigis.*

MEΣΣANION. *Lepus currans.* AR. I.

7.) *Lepus currans.*

MEΣΣ. fine typō, vel MEΣ. intra lauream. AR. III.

Numi quatuor priores iterum per typorum concordiam utriusque urbis societatem confirmant. Numi tertio loco descripti, iisque perantiqui, haud dubie in Anaxilai aetatem cadunt, secundum quorum deinde exemplum signati ii, quos quinto loco habes, quique aetatis nonnihil superioris videntur. In antica numorum, quos sede sexta recitavi, dixi, in aliis legi MΕΣΣANA, in aliis, et quidem frequentius MΕΣΣANO, et etsi jam in his nomen urbis habeatur, tam non in averla

e) L. XI. c. 48. f) Diodor. L. XI. c. 76.

constanter legitur ΜΕΣΣΑΝΙΟΝ. Ergo in antica est nomen urbis, in aversa poli. At quaeri jure potest, qua lege pro ΜΕΣΣΑΝΑ scribi possit ΜΕΣΣΑΝΟ? Sed et istud videtur Doricum, Mettairio nonnulla Dorum exempla dictante A in O mutantium <sup>g)</sup>). Causam leporis et rhedae dedimus in moneta Rhegii.

**ΜΕΣΣΑΝΑ.** *Mulier in lento curru vecta equum singularem freno et scutica moderatur.* Ξ ΠΑΝ. *Pan rupi nudus insidens adfidentem leporem d. adprehendit.* AR. I. (Mus. Caes.)

Egregium hunc numum hactenus ignotum ante annos non multos museo Caesareo intuli. In aliis hujus generis lepus solus aversae typum facit, at in praesente ad Pana suum ipse adcurrit. De liberali ac decora Panos forma vide, quae differui in mea Sylloge I., quo in opere numerum hunc pictum sitti, et copiosius explicavi.

Peractis Messanae numis, quos canities venerabiles facit, alias recentioris partus, et aliquo pacto memorabiles persequamur.

**ΠΕΛΩΡΙΑΣ.** *Caput muliebre spicis coronatum, ante quod duo pisciculi.*

**ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ.** *Vir galeatus nudus gradiens d. hastam, f. clypeum objicit.* AE. III:

**ΠΕΛΩΡΙΑΣ.** *Caput simile.*

**ΦΕΡΑΙΜΩΝ.** *Idem typus.* AR. III. Olim a me editus ex museo M. Ducis, (Num.

vet. p. 46.) restituit Princeps T. M., sed perperat aeneum dixit.

Pars adversa Messanae situm indicat positae ad Pelorum, sive Peloriadēm promontorium, ut distēte Strabo <sup>h)</sup>: ή μεν Μεσσηνη της Πελωριαδος ἐν κολπῳ κειται, jacet *Messana in Pelori sinu*, quin teste Diodoro et arx Messanae vocabatur Pelorias <sup>i)</sup>. Caput ipsum Siculum, et ad ejus tractus fertilitatem adludit! Heroem partis averiae esse *Pherae mona*, alter numus dictat, quem Diodorus narrat fuisse unum ex Aeoli filiis, et regnasse in Sicilia a freto usque ad vicina Lilybaeo loca <sup>k)</sup>. Vide, quae plura pridem in singularem hunc numerum sum commentatus <sup>l)</sup>.

**ΠΟΣΕΙΔΩΝ.** *Caput barbatum lirureatum.* Ξ **ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ.** *Tridens inter duos delphinos.* AE. I. (Hunter.)

Vistatum Siculis, deorum, heroumve capitibus ipsum etiam nomen adscribere.

*Imperatorium cum capite Augusti editum Paruta <sup>m)</sup>), in eius aversa: ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. ΔΙΣ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Tripus. Cuperem, cimelium istud alium adhuc praeter Parutam vadem naetum. Quod cum factum hactenus non sit, dicebit eodem eum numero putare, quo similem alium *Mamertinoium* nomine, quem proditum etiam reperio.*

AR. AE. C.

*Nomine MAMERTINORVM.*

Mamertini, gens Campana, teste

g) de dial. Graec. p. 412. h) L. VI. i) L. XXIII. eclog. 2. k) L. V. c. 8.  
l) l. c. m) Tab. XXI. n. 3.

Strabone<sup>a)</sup> et Polybio<sup>b)</sup> a Syracusanis Bruttiis signatos, antequam Mamertini auxilio vocati circiter anno V. C. 475., quo tempore Syracusanorum res procurabat Hicetas, pace mox composita dimissi Messanam pervenere, quam ingressi et liberaliter ab oppidanis habitu caesis noctu perfide hospitibus urbem per vim tenuerunt, eique de se ac deo suo nomen dederunt, ut narrat Diodorus<sup>c)</sup>: ἐκαλεσαν δὲ ταῦτη Μαμερτίνη ἄπο τε Αρεως, καμψε Mamertinam dixerunt a Marte, qui, ut dicemus, Mimers eorum lingua vocabatur. Ait et Strabo<sup>d)</sup>, oppidanos vocari Mamertinos potius, quam Messanenses, et Plinius: oppidum Messana ci-vium Romanorum, qui Mamertini vocantur. Festus refert<sup>e)</sup>, Mamertinos Samnio egressos, sed intra scelus cum Messanensibus in unam societatem coaluisse. Deinceps igitur, aut certe non multo post, abolito Messanae in numis nomine Mamertinorum nomen valuit. Quare urbs isthaec et Silio dicitur *Oſco memorabilis ortu*<sup>f)</sup>.

Hoc Mamertinorum nomine aenei magna copia exstant. Sunt hi spectata fabrica simillimi numis aeneis inscriptis BPETTIΩN. Revera in Bruttiis referente Strabone<sup>g)</sup> urbs Mamertium stetit, quin et in marmore Trajani aestate posito in catalogo populorum Bruttiorum memorantur MAMERTINI<sup>h)</sup>. Quod quidem opinari quosdam fecit, numos in- scriptos MAMEPTINΩN esse Bruttios. Sane Pellerinius censet, eos Mamerii in

Bruttiis signatos, antequam Mamertini in Siciliam trajicerent<sup>i)</sup>. Verum auctores citati, ut diximus, eos Campanam gentem adfirmant, Felsus egressos ex Samnio, et si istud obtinet, pauci supererunt numeri certi, qui Mamertinis Messanensibus tribui debeat, quos tamen constat, fuisse populum satis potentem, Bruttiorum vero Mamertium ignobile. Noverunt antiquarii, populos vicinos fabrica simillima, et iisdem saepe typis usos, quo criterio ipsi utuntur saepe, cum dubitatur, ad quam ex pluribus homonymis urbem referendus sit numus. Potuit praeterea quoad rem monetariam aliquod Bruttios inter et Mamertinos Messanenses pactum intercessisse, quod scriptores dissimilandum duxerunt. Ill. Princeps T. M. numos omnes sic inscriptos Mamertinis Siciliae tribuit, tamen Mamertio Bruttiorum Havercampum fecutus largitur eos, qui inscribuntur MAMEPT. BPET. <sup>j)</sup>, quorum binos edidit Paruta, et similem unum Cl. Ignarra ex museo Ducis Nojae<sup>k)</sup>. Quam acutus Cl. Jeffinus distinxerit inter numos Mamertinorum Bruttiorum, et Siculo-rum, pete ex ipso auctore<sup>l)</sup>.

*Epigraphe constans MAMEPTINΩN.*  
In nonnullis scriptum MAMEP. proditur, fugientibus credo reliquis elementis.

*Caput Herculis leonis exuvii tectum. X*  
MAMEPTINΩN. (retrograde.) Diana ve-natrix gradiens d. facem prae fert comite cane, in area XII. AR. II. (Dorville Sic. tab. III. n. 6.) Alius similis, sed scriptura

n) L. VI. p. m. 411.

o) Hist. L. I. c. 7. 8.

p) Eclog. p. 493.

q) l. c. r) in Mamert. ni.

s) Punic. XIV. 194.

t) L. VI. p. m. 400.

u) Grut. p. 199. 1.

x) Rec. I. p. 53.

y) Aggrante p. 22.

z) de pal. Neap. p. 253.

a) Lettere T. I p. 2.

*recta, cum codem in area numero XII.*  $\text{Æ. II.}$  (Magnan. Brut. num. tab. 44.)

Alterum ex his, sed extrita epigraphe, prodiit Paruta tab. 173. n. 85. inter numeros Romanos Siciliam contingentes; at eum esse revera Siculum, Magnanianus simillimus per adjectum urbis nomen invicte comprobat. Vterque tamen per additum numerum Latinum XII. tum cum sum se profitetur, ex quo Sicilia transacta cum Poenis pace Romani sunt potiti, quod factum V. C. 513. Fateor equidem, scripturam retrogradam remotius aevum videri postulare, sed forte peccatum est a chalcographo, qui Dorivillii numeros scalpsit, et Magnanus quoque dubitat, sitne recte descriptus, et utrum ex argento <sup>b)</sup>). Sane simillimus alter, sed et hic aeneus, nuper in museum ill. comitis Vitzai est illatus. Ceterum quid solitarius numerus XII. notet, difficile conjectu. Vide eum etiam in numis Syracusarum.

**APEOΣ.** *Caput juvenile imberbe laureatum.*  $\mathfrak{X}$  MAMEPTINΩΝ. *Pallas gradiens cum hasta et clypeo. — Bos cornupeata. — Aquila insistens fulmini.*  $\text{Æ. II.}$

In his numis caput anticae pro Apollinis capite haberri posset, nisi id additum APEOΣ vetaret, ductum ab Αρης, Mars. Martem ab oppidanis eximie cultum, vel inde patet, quod ab eo nomen traxere; nam is Oscurorum lingua, a quibus oriundi fuere, dicebatur *Mamers* <sup>c)</sup>. Teste Plutarcho <sup>d)</sup> Mamertini προσηγορευθη-

σας Αρηιοι γλοσση τη Λατινων, appellabantur *Martii ex lingua Latinorum.*

**ΑΔΠΑΝΟΤ.** *Caput barbatum galeatum.*  $\mathfrak{X}$  MAMEPTINΩΝ, *Canis stans.*  $\text{Æ. III.}$

Similem pridem edidit Paruta, nisi quod in hoc vocabulum ΑΔΠΑΝΟΤ deest, eumque dixit argenteum, cum alii hujus generis aenei tantum sint. Alium serius edidit Dorvilius, sed pro ΑΔΠΑΝΟΤ perperam legit ΡΩΜΑΝΟΤ. <sup>e)</sup> Is, quem coram descripsi, est in museo Caesareo, editusque olim a Frölichio, et eruditus illustratus <sup>f)</sup>. Exhibet antica caput Adrani, qui apud Adranum illustre templum habuit, et per omnem late insulam magnis adfectus honoribus, mille canibus ei sacris, ut supra in Adrano dixi.

*Caput Apollinis.*  $\mathfrak{X}$  MAMERTINΩΝ. *Cortina Delphica instrato tapete.*  $\text{Æ. III.}$  (Mus. Caef.)

Eundem hunc numum ex museo Hunteriano obtulit Combius, sed in aversa haud dubie minus integra pileum vidit ab Apolline oppido alienum. Similis musei Caesarei illaefus totus ac nitidus, quem pictum sitti in mea Sylloge I, luctulentam exhibet Apollinis cortinam. Est vero cortina proprie vas cujuscunque metalli concavum obvii in re coquinaria et fullonia usus, eaque imposita tripodi ad varias causas est adhibita. Ejusdem formae fuit cortina Delphica, ut docent numi obvii, e. g. denarii Brutii. Eadem

b) I. c. p. VII. c) Diodor. Eclog. p. m. 493. Festus in Mamers. d) in Pyrrho c. 23.  
e) Sic. tab. III. 11. f) Animadv. in num. urb.

cortinae nonnunquam superne committunt cortina alia, quo sit, ut utraque conjuncta sphaerae cavae speciem praeferat. Hac forma eam exhibit numi Vitellii inscripti: XVVIR. SACR. FAC. et denarii aurei gentis Cassiae. Hanc cortinam tectam fuisse operimento quopiam operis texti, aut vestis strigulae, apparet cum ex numo praesente, tum obviis aeneis Neapolis Campaniae, in quibus discurrentes virgæ et se invicem secantes manifesta præbent texti tapetis indicia. Cortinae sic compositae infedisse fæderatem apud Delphos fatidicam, docent numi primorum Syriae regum, quibus adde numum insignem Nicoclis Paphiorum regis, in quibus singitur Apollo nudus cortinae infidens, instrato simillimi operis tapete. Inde factum, ut cortina idem sit poetis, quod oraculum ipsum, ut liquet ex Marone, Ovidio, aliisque.

*Globuli* bini apparent pone caput Martis in numo Dorvillii tab. III. n. 8. qui est aeneus II. formæ. At in alio III. formæ in numis Principis T. M. tab. XLVIII. n. 5. sunt eorum quinque. *Lincolas* tres, ceu in numis Catanae, offert aeneus III. musei Caesarei, quem edidit idem III. Princeps tab. XLIX. n. 1. sed absque his lineolis.

AR. RRRR. unum edidit Dorvilius, sed dubium, ut dixi, alterum (si modo ex hoc metallo, nam alii ejus similes sunt aenei.) Paruta tab. XXIII. n. 39: AE. C.

#### MORGANTIA.

A Catana in meridiem versus mare.

*Epigraphe antiquior:* MORCANTI. (*retrograde.*) Recentior: MOFFANTI. (Vol. I.)

NΩN. in nonnullis retrograde. Ciceroni: Murgentini, Livio: Murgantia. Stephanus Morgynam appellat nullo alio exemplo.

*Caput barbatum diadematum.* X MORCANTI. Spica. AE. III.

Miror, nunnum hunc, cum sit operis pervertisti, praedicari aeneum. Forte anima est argentei. Alium fere similem argenteum profitetur Princeps noster.

\* \* \*  
MOPFANTINΩN. *Caput Mercurii adversum.* X Victoria falso infidens d. portrecta coronam. AR. III.

\* \* \*  
MOPFANTINΩN. *Caput Palladis.* X Leo quid depascens, infra serpens. AE. II.

Sunt operis eximii, et ex Morgantinorum moneta maxime parabiles.

In reliquis: *Aquila serpentem depascens, Tripus.*

AR. RRRR. AE. R.

#### MOTYA.

Prope Lilybaeum maritima angusto aggere ab insula dirempta.

*Epigraphe:* MOTYAIION. vel recte vel retrograde.

*Caput juvenile in aliis pueri, in aliis puellæ.* X Canis stans. AR. III.

Idem typus est in numis vicinae Segestæ. Quae ejus concordiae causa, incertum.

\* \* \*  
*Caput muliebre inter pisciculos.* X Eques citato cursu. AR. II. Numi a Paruta vulgati.

AR. RRR.

#### NAXVS.

In litore orientali a Catana in septem-

F

triones prope Tauromenium, quod ex Naxi ruinis surrexit. Ipsa pervetus, a Chalcidensibus condita; etiam numi operis pervetus omnes, quod esse debuit, nam urbs V. C. 251. a Dionysio seniore funditus eversa et habitari, et ferire numeros desiit, ejusque ne rudera quidem suo amplius aevo superfluisse tradit Pausanias <sup>a</sup>). Ejus numi a nonnullis hactenus inique cum Naxi insulae numis permixti fuere, ut dicetur.

*Epigraphæ antiquissima: NA. — NAXI. — NAXION. recte vel retrograde, in qua observandum vetus X pro Σ. Singularis est, quem citat Winckelmannus <sup>b</sup>): ΜΟΙΣΞΥΜ Sic et in pervetusto marmore Chandleri <sup>c</sup>): EXΣΟΘΕΝ pro ΕΞΩΘΕΝ. Ejusdem naturae sunt in Romanorum numis: ALEXANDREA. PAXS.*

*Epigraphæ recentior: NAXION. et NAXION.*

*Caput Bacchi redimitum hedera, barba acuta, hujus pilis ac caesurie velut ex uvae granis contexta, quibus et numi ora ambitur. Χ NAXION. (retrograde.) Botrus, oram similia grana ambient. AR. II. (Dorville Sic. tab. XII. n. 8.)*

Praeclarus hic numus, ut Naxi numeros omnes antiquitate praefiat, ita inter antiquissima cimelia habendus, quae ex veteris Graeciae opibus non invidit aevum. Huic proxime jungendus alter:

*Caput Bacchi nudum barbatum, cornibus in vertice turgentibus. Χ NAXION. Botrus. AR. II. (Dorville Sic. tab. XII. n. 9.)*

En tibi Bacchum alio cultu, promicante duplice cornu, quod rarum in ejus simulacris, et si frequentius a poetis celebratum.

*Caput Bacchi barbatum hedera, in aliis diademate revinctum. Χ NAXI. NAXION. (recte vel retrograde.) Botrus AR. IV. laminae tenuissimæ.*

Numuli hi aequæ fabricæ antiquissimæ. Bacchum in his jam hedera, jam diademate cinctum videmus. In sequentibus utrumque ornamentum eidem capiti applicatum videbimus.

*Caput Bacchi barbatum, redimitum diademate, cui intexta hedera. Χ NAXION. Faunus vel Silenus humi sedens d. diotam attollit, s. thyrsum, juxta exsurgit hedera. AR. I.*

Numi sunt fabricæ perelegantis. Eundem in Baccho capitis cultum offerunt etiam numi Tarentini. Bacchus hic propter barbam vulgo Indicus appellatur. Verum necesse non est, eum propterea ab ipsa India arcessi. Diodorus enim binos Bacchos constituit, quorum ille vetustior barbatus singebatur <sup>d</sup>). De signo aversæ dubitatum. Begeirus, Wisius, Burmannus eo exhiberi Bacchum jacentem in antro censuere, qualem descripsit Pausanias <sup>e</sup>). At Princeps T. M. propter aures capinas, et prominentem caudam, quam obseruo etiam in simili integerrimo musei Caesarei, Faunum aut Silenum mavult, certe Bacchi sequacem <sup>f</sup>).

<sup>a</sup>) L. VI. c. 13. <sup>b</sup>) Descript. des pierres gravées. p. 235. <sup>c</sup>) Inscri. ant. p. 372.

<sup>d</sup>) L. IV. c. 5. <sup>e</sup>) L. V. c. 19. <sup>f</sup>) Abgrunte p. 185.

**AΣΣΙΝΟ.** *Caput juvenile hedera coronatum.* ☰ **ΝΑΞΙΩΝ.** *Vir barbatus nudus capite hedera coronato sedens d. sublata poculum, s. duos bacilos vel fugittas.*  
AR. III.

**ΝΑΞΙΩΝ.** *Caput juvenile hedera coronatum.* ☰ *Sine epigraphe. Botrus.* AR. III.

Prior ex his per vocabulum **ΑΣΣΙΝΟ** insigne continet argumentum. Ait Plinius <sup>a)</sup>: *Colonia Tauromenium, quae antea NAXOS, flumen ASINES.* Hoc ergo numismate arbitro finita est lis hætenus inter antiquarios agitata, ad utram Naxum, hancie Siciliae, an aliam Archipelagi pertineant numi hic citati; et utrinque Bacchi cultum tollantes, Goltzio, Begero, ac nuper Pellerinio Naxum insulam præferentibus, quoniam maxima, et late celebrata ejus dei in hac religio fuit. Jam vero et alias in auctariis suis monait Princeps T. M., ejusmodi numos magno in Sicilia numero reperriri. Accedit, quod paucæ insulæ in eo tractu maris Aegaei, in quo sita fuit Naxus, monetam argenteam signavere, cumque hactenus Naxi Siculae numus aeneus repertus non sit, confidenter opinor hanc posse ferri legem: qui numi cum mentione Naxi argentei sunt, Naxo Siciliae, qui aenei, Naxo insulae tribuunter. Dixi saepe, vetere aevo in Graecis civitatibus argenteos fere tantum numos signatos; at Naxus Sicula ante fuit eversa, quam monetæ aeneæ usus coepit invadere.

Caput juvenile redimitum hedera

ipius fluvii, non Bacchi putandum, cum quod hic in Naxi numis barbam semper promittit, tum quod Siculi fluvios suos forma juvenili proponere sunt soliti. Addita vero est hedera, ut, cum tota urbs Baccho esset devota, ipse quoque fluvius aliquid Bacchi haberet. Conjunxi numum alterum, quoniam et in hoc ejusdem fluvii imaginem video, et si nomen absit. Harduinum hunc Plinii sui *Afinen* male cum Afinaro Thucydidis confudisse, prius docui in meis *Numis veteribus* p. 47., quo loco egregium hunc numum ex museo M. Ducis vulgavi, et si idem jam extet in Siculis Dorviliis <sup>b)</sup>, sed ubi perpetram scribitur ΝΑΣΣΙΝΟ. pro **ΑΣΣΙΝΟ**.

AR. C.

#### NEETVM.

A Syracusis in meridiem versus Pachynum. Dictum Ptolemaeo Νεητον recte secundum numum citandum; at Ciceroni *Netum* in Verrinis.

Vnicus hactenus certus hujus urbis repertus numus præcone Pellerinio: (Lettres p. 21.)

**Caput Cereris.** ☰ **ΝΕΗΤΩΝ.** *Bot.*  
Æ. III.

Æ. RRRR.

#### NISIA.

Exstant numi aenei:

**Caput Jovis.** ☰ **ΝΙΣΑΙΩΝ.** *Aquila infilens taedae ardenti, in area spica.*  
Æ. II. III.

Similem jam vulgavit Goltzius, sed eum tribuit Nisae Megaridos. Eum vindicare Nisae Siculae aggressus est Princeps T. M. <sup>c)</sup> Fuisse vero in Sicilia quo-

<sup>a)</sup> L. III. §. 14.

<sup>b)</sup> Tab. XII.

<sup>c)</sup> Aggiunte p. 127. Num. Sic. p. 53.

que oppidum Nisae nomine, probat pri-  
mum ex Thucydide <sup>q)</sup>, deinde ex mar-  
more Siculo, in quo legitur: ΑΣΚΛΗ-  
ΠΙΩΝ ΚΑΙ ΙΜΕΡ. ΠΟΤΑΜ. Ο. ΔΑΜΟΣ.  
ΤΙΣ. ΝΙΣΙΣ. ΣΟΓΗΡΣΙΝ. Vtrumque te-  
stimonium non recto stat talo. Locus  
Thucydidis manifeste est luxatus. In ci-  
tato marmore etiā nulla adsit suspicio  
fraudis, certam tamen tenemus aut ne-  
gligentiam, aut ignorantiam ejus, qui  
epigramma exceptit; nam cum ΔΑΜΟΣ  
sit Doricum, scribendum etiam fuerat  
Dorice ΑΣΚΛΑΠΙΩΝ, et quis ferat ΤΙΣ.  
ΝΙΣΙΣ. pro ΤΗΣ. ΝΙΣΗΣ., aut sanius  
Dorice: ΤΑΣ. ΝΙΣΑΣ.? item ΣΟΓΗΡ-  
ΣΙΝ pro ΣΩΤΗΡΣΙΝ? denique insolentius  
compendium ΙΜΕΡ. ΠΟΤΑΜ. pro  
ΙΜΕΡΑ. ΠΟΤΑΜΩΝ. unius tantum utrin-  
que elementi parsimonia? Ingravescit de  
adcuratione dubium, quod inscriptionem  
hanc haufisse seſe ex vetere MS. testatur  
ipse <sup>r)</sup>, ex qua eadem penu depromptum  
etiam est alterum epigramma, quod in  
eodem opere descriptit Princeps T. M. <sup>s)</sup>  
L. PETILIVS. M. F. COLONIAM. DV-  
XIT. NISSAE. POPVLVS. ET. ORDI-  
PATRONO. MERENTI. Fuere, qui Messanensium aliquam Nisam commenti sunt,  
quos jam refutavit Dorvillius <sup>t)</sup>. Et quis  
Nisae apud Messanam sitae cum remoto  
Himera nexus? Tamen ut his monu-  
mentis demus recte stabilitam in Sicilia  
Nisam, fallitur nihilominus Princeps eru-  
ditus, cum numos inscriptos ΝΙΣΑΙΩΝ  
propterea Nisae Siculae tribuendos pu-  
tat, quia aliae affisi nomine Cariae et

Graeciae urbes scribuntur *Nysa*; non *Ni-  
sa*. De Cariae Nysa istud certum, verum  
est *Nisaea* Megaridos Atticae, quae sic  
a veteribus omnibus scribitur, et cuius  
gentile est *Nisaios* apud Theocritum <sup>u)</sup>,  
Diodorum <sup>v)</sup>, Athenaeum <sup>w)</sup>, Apollo-  
nium <sup>x)</sup>, Pausaniam <sup>y)</sup>. Perperam Stephano-  
num vadem citat, tanquam is profitetur,  
reliquas omnes per T scribi, nam  
is, praeterquam quod nullam Siciliae  
Nisam memorat, definite scribit: ΝΙΣΑΙΑ  
ἐπινειον. Μεγαριδος. Reliquum ergo pro  
Nisa Sicula praesidium in sola fabrica-  
nititur, quam Syracusanae similem ait  
auctor nobilissimus, quod nescio an va-  
lidum satis videri possit. Harduinus hos  
numos esse *Nisaeae* Megaridos putat, et  
taedam, spicamque referri ad Cererem,  
cujus magni fuere in Megaride honores.  
Ceterum vide, quae plura de hac Siciliæ  
Nisa congettuit Princeps T. M. in ope-  
re: *le antiche iscrizioni di Palermo* p. 321.

## P A N O R M V S.

In litore maris Tyrrheni, iam prisca  
aevo inclytæ famae, et hodie totius in-  
sulae nobilissima. Indulgeamus Siculis  
saeculi XVI. scriptoribus, quibus urbs  
patria minus illuſtris est habita, nisi ejus  
incunabula ipsum Noemi diluvium prae-  
visse adsererent, aut saltem (nam mode-  
stius sensere alii) Isaaco facerent coaeva,  
cujus aetate huc delati Chaldae, Da-  
malceni, Phoenices præclaræ urbis ini-  
itia constituerunt. At quod nuper Domi-  
nicus Schiavo Panormitanus posterio-  
rem hanc sententiam resuscitavit, nixus

q) L. III. c. 103. r) Inscri. Sic. p. 4. s) p. 50. t) Sicil. p. 270. u) Idyll. XII. 27.  
x) L. XI. c. 53. v) L. XIV. p. 659. w) Argon. L. H. 749. a) L. X. p. 833.

sive inscriptionis, quae olim Panormi que habemus numos variis generis ad turri Baych insculpta legebatur, eamque usque Tiberii aetatem, quos commode adversus Cluverium, Burignium, Alsemannum acerrime defendit in prolixa dissertatione *sopra la iscrizione dell' antica torre Baych*, quae exstat in opere

in IV. classes partiemur, I. in numos Punicos, II. Graecos, III. in numos Panormi coloniae, IV. in numos cum mentione magistratus.

Principis T. M., cui titulus: *le antiche iscrizioni di Palermo p. 383.*, istud enim vero in hac historiae criticae luce mirum atque incredibile videatur. Fuisse ut turrim ipsam, ita et epigramma opus Saracenorū, qui insulam aliquamdiu tenuere, omnia persuadent, quod tamen examen mei instituti non est.

Vt incerti sunt urbis conditores, ita certum, a Graecis illi Panormi nomen inditum, sive quod eam condidere ipsi, sive quod urbe potiti, ut saepe alias factum, nomen vetus commutavere. Datae a Graecis appellationis auctor ipse est Diodorus<sup>b)</sup>: *statim (Pyrrhus) Panormitarum urbem aggreditur, quae pulcherrimum inter Siciliae urbes portum habet, ex quo etiam appellationem istam urbs consecuta est*, nempe quali a πας ὄρος, totus portus. Vtrum prae Diodoro probabiliora dixerit eruditus Schiavo, qui vocabuli originem ex Hebraica lingua dicit<sup>c)</sup>, etymologi viderint.

Antequam Poenis parere cogeretur, nullam certam ejus monetam novimus. Quos habemus numos Panormi nomine inscriptos Graece, tam remotae antiquitatis non sunt, ut signati a Graecis ante Poenorum dominatum videri possint, ut videbimus. Sub horum imperio denique Panormus numismatica esse incipit, ejus-

Exstant magna copia numi aurei, argentei, aenei, in quorum antica Caput Cereris, idque non raro inter quatuor pesciarios, — Caput Herculis — Martis, in aversa potissimum: Equus stans, et saepe respiciens, vel: Caput equi, saepe his adstituitur palma. Rarius Pegasus volans, vel vir in quadrigis, cui advolans Victoria coronam offert. In area cujuscunque metalli saepe observantur globuli unus, duo, tres. Epigraphe in his aut Punica, aut nulla, quo sit, ut id genus numi in literatos, et illiteratos soleant dividi, quemadmodum istud a me in distributio ne musei Caesarei est observatum.

Numos hos non modo epigraphe Punios facit, sed etiam ex unanimi fere sententia ipse etiam typus equi, ac principie is, quo equi tantum caput propinatur, quo adludi putatur ad id, quod resert Virgilius<sup>d)</sup>, quando Didonis comites in condenda Carthagine occupati

*Effodere loco signum, quod regia Juno Monstrarat, caput acri equi.*

cui etiam sententiae conformia tradunt Silius Italicus<sup>e)</sup>, et Justinus<sup>f)</sup>. Nititur praeterea haec sententia verbis Stephani narrantis, Carthaginem quoque dictam fuisse KAKKABH, quae vox in Poeno.

b) Eclog. L. XXXII, § 14.

c) I. c. p. 401.

d) Aen. I. 447.

e) Pun. II. 410.

f) L. XVIII. c. 5.

rum lingua significat *caput equi*. Et repertus est etiam, qui in literis horum numorum Punicis vocabulum illud continentis sibi persuasit, Aldretus Hispanus <sup>a</sup>), sed quam sententiam recentiorum commentarii everterunt. At nolim opiniomi huic, et si passim receptae, continuo subscribere, quando et in numis obviis, inscriptis ROMA simile equi caput videamus comparere.. Propius Carthaginem contingit palma, qua Phoenicia. Carthaginensium origo indicatur.

Id genus numos, five Punicos, five Siculos dixeris, perinde est. Punici erunt, quoniam Poenorum lingua inscripti, et eorum certe imperio percussi sunt. Siculi, quoniam non modo typi Cereris intra pisciculos, Pegasus, vir in quadrigis vectus, globuli etc. sed et fabrica summae in nonnullis elegantiae, quamque rudibus Poenorum ingeniis et ad artis illecebras nunquam condocefactis nullo pacto largieris, opus hanc mercem Siculum sine dubio pronunciant. Hi ergo nummi Poenorum imperio in insula signati sunt, ut servirent in mutuum cum reliquis insulae incolis commercium, quod quidem factum provide, ut Siculorum moribus sese accommodarent, in quorum civitatibus argenti signati usus fuit, cum Carthagine argentum rude rependi soleret, ut in hujus moneta verisimile dicam. Solent vero dici Panormitani, quia probabile est apud Panormum eos signatos, quod ea urbium, quae Carthaginensium in Sicilia ditionis fuerant, facile princeps exsuffit teste Polybio <sup>b</sup>).

De literis Punicis, quas hi numi offerunt, agetur post numos Phoeniciae.

AV. AR. Æ. C.

## II. Numi Graeci.

V. C. 513. Poeni maritimo apud Aegeates praelio debellati facta pace excedere Sicilia, eamque permittere Romanis coacti sunt. Deinceps Panormus Graecorum institutum revocavit, numerosque Graece inscriptos percussit aliarum Siciliae civitatum exemplum secuta, ipsa violentibus Romanis civitas immunis ac libera constituta <sup>i</sup>).

*Aurei*. Binos ex hoc metallo, unumtypo Apollinis, et lyrae, alterum Palladii, et noctuae propter adstitutum monogramma literis ΠΑ. constante Panormo adjudicavit Priaceps T. M. Nolim istud tanquam certum adfirmare, quoniam monogrammatis hujus ambiguus est significatus.

*Argentei*. Idem auctor nobilissimus praeter binos hujus metalli, quos ex Paruta recitat, unum insignem sui musei sic describit:

*Caput muliebre.* Ξ ΠΑΝΟΡΜΟΣ.  
*Canis f. ans.* AR.

Plures Sicularum urbium numi canem fitunt; in aliis hujus typi rationem tenemus, ut in numis Mamertinorum, et Segetae, non item in aliis. Verisimile tamen, indicari Aegestam Nympham, et Crimisum fluvium in canem mutatum, de quo vide numos Segetae et Selinuntis. Est hic forte unicus argenteus Panormi, nam is, quem Combius ex

<sup>a</sup>) Antiqued. de Espanna... <sup>b</sup>) Hisp. L. I. c. 36. <sup>i</sup>) Cic. in Ver. L. III. c. 6.

Hunteriano huc refert, certe est His in incerta quadam Africae colonia, quos in Carthaginis numis recensentur. Forte numus praesens aliquam iis poterit luculam praestare.

*Aenei.* Horum insignis copia, Epigraphe constans: ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. In nonnullis dubia, ut dicetur.

OMONIA. (sic) Caput Cereris velatum, et coronatum spicis. X ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. Cornucopias. AE. III.

Numum unus prodidit Paruta, sed et hunc mendoce, cum scribendum sit OMONOLA. Si numus est genuinus, et vere hujus urbis, notabit concordiam inter ipsos oppidanos seu fundatam, seu reductam.

ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. Aquila stans ex panis alis. X Aris, infra quem caput Jani gemini. AE. III.

Epigraphen anticae et Paruta, et Princeps T. M., qui numum ex illo restituit, retrogradam faciunt, at in simili musaei Caesarei ea legem ordinariam sequitur. Jure igitur licet suspicari, utrum iconismi ab eruditis his viris propositi archetypis semper respondeant. Aversae typum ambiguum explicare non tento.

ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. Mercurius sapientis sedens, s. caduceum. X Ara ignita intra lauream. AE. III.

Hanc item epigraphen Paruta, et post eum Princeps T. M. retrogradam proponunt, an vere, iterum dubitem. Advero ad hunc numum, Mercurium simili cultu effigi in numis Tiberii signa-

tis in incerta quadam Africae colonia, quos in Carthaginis numis recensentur. Forte numus praesens aliquam iis poterit luculam praestare.

Typi reliqui: Capita variorum devorum, triquetra in sorte Medusae capite, navis etc. Miles Romanus stans, de quo typo redibit mentio in classe IV.

Nomelli Panormi numi scripto solo ΠΑΝ. urbis suae nomen indicant, at tum cautione opus, ne-huc inviti cogantur numi, qui sunt Panticapaei Tauridi, quod saepius factum. Inscripti solis literis ΠΑ., nisi alia adsint, iudicia, minus cer- tum pro Panormo criterium offerunt. Sic Pellerinius et Burmannus aeneos Π. vel ΠΑ. notatos tribuerunt Panormo, quos certum est, esse Pallensium Cephalleniae, ut in his dicetur.

Monogrammatu, etiam nonnunquam in certis Panormi numis inscriptionis vi-ces supplent, nimurum ΩΡ ΞΙ, quae videre est in Siculis Principis nostri tab. LVI. et LXI: In alio Dovillii ΩΡ quod pos- tum pro Παν Οεμος ingeniose conjectit Burmannus k), quo de numero infra in classe IV. redibit mentio.

ΑΥ. incerti. AR RRRR. AE. C.

Imperatorii. Augusto ejusque familiæ a Panormitanis dedicatam monetam numi testantur, in quibus nullum adhuc colpniae indicium.

Caput Augusti nudum. X ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. Victoria, vel triquetra, vel Cere

k) Dovr. Sic. p. 286.

*velata sedens.* AE. II. III. (Princ. T. M. Num. Sic. tab. LX. n. 4. 5. 14 tab. LIX. n. 10. 11.)

Imagine Cereris intelligendam Li-  
viam Augusti uxorem alii aliarum ur-  
bium numi satis comprobant, quos in  
moneta ejus Augustae commatis R. re-  
citarbo.

*Capita duo juvenilia jugata, in aliis  
nuda, in aliis galeata.* Η ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ.  
*intra coronam!* In aliis: monogramma ΑΡ,  
*Miles stans cultu Romano.* AE. II. (Princ.  
T. M. tab. LX. 17. 18. 19.)

Dubium non videtur, his imaginibus  
exhiberi Cajus et Lucius Caesares etiam  
in nonnullis Diocletianorum specie decoratos.

Vaillantius numum Tiberii edidit:  
ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. *Triquetra.* (num. Graec.  
p. 9.) Epigraphe Graeca facit, ut suspi-  
cer, eum inter Augusti numos reponi de-  
bere, inter quos etiam reposuit Morellius.  
AE. RR.

### III. Numi Panormi coloniae.

Eruditus Dominicus Schiavo in dis-  
sertatione de Colonia Panormo inserta  
opere Principis T. M. *le antiche iscrizioni di Palermo p. 189.* deducetam ab Au-  
gusto Panormum coloniam V. C. 734.  
probat primum ex Dione (L. LIV. § 7.) referente ad eundem annum, Augustum  
urbes in Sicilia ordinatis, cum Syracu-  
sas et alias quasdam urbes colonias Ro-  
manorum esse jussisset, in Graeciam trans-  
mississe. Inter has ergo urbes, quas Dio-

non nominat, refert etiam Panormum  
suam. Deinde ex Strabone, qui eodem  
tempore vixit: *Panormus Romanorum  
habet coloniam.* Numi, ut satis aperte  
probant, Augustum fuisse coloniae au-  
ctorem, sic, quod ad ejus deductae ar-  
ctius tempus attinet, incertos nos reli-  
quunt.

ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ. *Caput Augusti nu-  
dum.* Χ ΑΠΟΙΚΙΑ. *Aquila stans expansis  
alulis.* AE. II.

Vnus Paruta numum hunc promul-  
gavit, et ex eo Princeps T. M. Scrupu-  
lum injicit lingua Graeca, neque satis  
nostra aetate unius Parutae praeconio-  
fidimus. Ejus ergo γηνιοτυπα sic admit-  
to, ut tamen optem, aliud nobis ei simi-  
le exemplum affirmari.

ΠΑΝΗΡΜΙΤΑΝΟΡΒΜ. *Caput Au-  
gusti radiatum, juxta fulmen.* Χ CN. DO.  
PROC. (vel: PROCOS.) A. LAETOR.  
HIVIR. *Capricornus, infra quem triquetra.*  
AE. II.

ΠΑΝΗΡΜΙΤΑ --- *Julia sedens sub  
imaginē Cereris.* Χ GN. D. A. LA. Ovis  
stans. AE. III.

Haec frequentior scribendi ratio in  
numis Panormi coloniae inserto spiritu H  
apposite ad vocabuli etymon duceti ab  
δῆμος, πόρτος, στάσις ναυών, ut supra di-  
ctum. Et erat tum tempus, quo Romanos  
aspirandi libido invasit, etiam cum id  
absurdum esset, ut docet Catulli epigram-  
ma LXXXIII. Sic et passim in marmori-  
bus: RESP. ΠΑΝΗΡΜΙΤΑΝΟΡΒΜ.,  
atque etiam Plinius *Panhormum* scripsit<sup>1)</sup>.

<sup>1)</sup> L. III. p. 162.

Ejusdem rationis est apud Gruterum<sup>m)</sup>: Eos pertinere Panormum, et si urbis nomen dissimuletur, probavit primum ex alia dabit eis Willoisontis in Prolegomenis ad Hiudem Homerii Venetam p. III.

Antica numi prioris Augustum cœu coloniae auctorem et iam in sidera reditum profitetur. Uterque numus *Cn. Damitium* Proconsalem, et *Laetorium* coloniae Ilvirum memorat.

**PANORMITANORVM.** *Caput Augusti nudum* Χ AVGVS. *Caput Iuliae velatum et redimitum spicis.* AE. II. (Princ. T. M. Num. Sic. tab. LX. n. 10—13.)

Etsi Augusti caput nudum est nullo consecrationis indicio est, tamen pars aversa fatis docet, ea mortuo hos numis signatos, quoniam in hac Julia AVGVSta dicitur, qui titulus ei non nisi per mariti testamentum accessit.

Æ. RR.

#### IV. Numi cum mentione Magistratus.

Hujus classis numi Ponormitani obvii. En eorum modum:

*Caput Jovis laureatum.* Χ. C. CALP.—CATO.—Q. FAB.—NASO.—A. POM.—S. POS. etc. *Miles cultu Romano sians dorrecta pateram;* sc. hastam, humi clypeus. *In multis certum urbis monogramma* ΑΡ. AE. II.

Plures id genus numos jam vulgavit Paruta. At Princeps T. M. praeclaro consilio omnes ibi cognitos collegit primum in suis ad numos Siculos auctariis<sup>n)</sup> p. 234. deinde in Sicilia numismatica tab. LXI.

(numis talis similibus, in quibus legitur adscriptum) **PANOPMITAN**, deinde ex adfultato in multis monogrammate ΑΡ, arguitque erroris eos, qui numos similes aliis bacenus urbibus dederunt, ut Pelierinius hujus generis unum inscriptum CALP. Calpen Hispaniae derivavit,

Nomina his numis inscripta esse nomina, vel cognomina gentium Romanarum, plainè certum. At quaerit jure potest, sintne ea nomina magistratus Romani, cœu proconsulis, quaesitoris etc. an magistratus coloniae Panormi, cœu Ilvirorum; aedilium etc. ut opinati sunt Princeps T. M., et Schiavo<sup>n)</sup>? Sin illud, necesse non erit, numos hos in coloniae numis habere, nam videmus in numis Graecis cistophoris Asiae inscriptos Latine proconsules, in numis Graecis Macedonum inscriptum Latine Aesilliam quae storem, tum eadem lingua indicatos proconsules et praetores in numis Cyrenaeis, qui certe ad nullam coloniam pertinuerent. Tamen non repugnabo iis, quibus ea nomina coloniae magistratus videbuntur, quin et facile induci me paterer, ut credam, signatum in his militem Romanum, quod Panormus colonia esset militaris, et milites emeritos receperisset, nisi viderem, eundem typum extare etiam in numis Panormi Graecis, quos citavimus, et in quibus nullum coloniae indicium observatur.

Liceat et huic classi aliam analogam conjungere. Exstant numi a variis editi.

m) pag. XIII. n. 8. n) ll. cc.

(Vol. I.)

*Cuput Jani gemini. X M'. ACI LI. Q.* huic Siciliae oppido largiti sunt, vide in *intra lauream* (Morelli Famil.) Q. B. numis Temni Aeolidis.

*intra lauream.* (Vaill. in Fam. Baebia.)

NASO. *intra lauream.* (Mus. Caef. Morelli, Vaill. in Fam. Axia.) AESSIPES.

*intra lauream* (in meis Num. vett. p. 311.) KRASSIPES. *intra lauream.* (Arigoni)

APV. (in monogrammate) *intra lauream.*

(Hunter tab. 67. n. 24.) **FOR** *intra laur-*

*ream.* (Hunter l. c.) **FO** *intra lauream.*

(Derville Sic. p. 282.) ΠΟΒ. (in mon-

grammate) *intra lauream.* (Mus. Caef.)

Sunt omnes aenei II. formae.

Si vera est Burmanni conjectura, siglam **FO** in Παν Οερος resolventis, dubitandi amplius locus non erit; reliquos quoque omnes hoc loco descriptos, quos fabrica et typis sunt simillimi, ad eamdem Panormum pertinere. Alioqui operis Romani non sunt, neque Janus in moneta Sicula admodum hospes, et M. Furrium Crassipedem V. C. 581. praetoresa Siciliae tradit Livius <sup>a)</sup>. Ibiud si verum, ab hac altera classe argui posset, quoniam in horum numorum primo quaeftorem manifestum tenemus, etiam in prioris classis numis magistratus Romanos, non coloniae intelligendos.

*A. prioris classis C. alterius RR.*

*P A R O P V S.*

Argenteum huic oppido largiti sunt Paruta ejusque sequaces, sed quem elle Parianorum Mysiae, in his docebimus.

*PLVSIA vel PLVTIA.*

Numos Augusti cum epigraphie: ΠΛΟΤCIAC. ΤΠΑΤ. vel similiter, iquos plerique hactenus viri eruditii ignobili

Versus litus maris Tyrtheni prope Erysem. Urbs vetusti nominis, quam alii ab Egesto Egestae Trojanae et fluvii Cri-

missi in canem mutati filio, alii ab Aenea

conditam ferebant. Numi hujus urbis ve-

tustiores priorem famam, recentiores po-

steriorem sequuntur, et secundum hoc di-

scrimen urbis numeros partiemur.

*Numi antiquiores.*

*Epigraphe:* ΣΕΓΕΣΤΑ. ΣΕΓΕ-

ΣΤΑ. ΣΑΓΕΣΤΑ. ΣΕΓΕΣΤΑΙΟΝ.

ΣΕΓΕΣΤΑΙΟΝ. ΣΕΓΕ. jam recte, jam

retrograde, jam γεγοφηδον. Item in eodem

anno hinc ΣΕΓΕΣΤΑΙΟΝ, inde ΣΕΓΕ-

ΣΤΑ. ΤΙΒ. variante non modo urbis.no-

mine, sed et literarum forma. (Catalogue raison. p. 55.) In multis post ΣΕΓΕ-

ΣΤΑ. comparent variae literae: ΤΙΒ.

ΤΙΙ. etc. de quibus infra.

*Caput muliebre vario cultu. X Epigraphe varia. Vir nudus gradiens s. ra-*

*mutum oblongum, pendente ex humero urna,*

*uno binisve canibus comitantibus. AR. I.*

*Caput muliebre vario cultu. X Epigra-*

*phe varia. Canisstans variis per aream fi-*

*gillis. AR. II. III. IV. AE. II. III.*

Ea argumentum fabulae prioris, quam

binis locis persequitur Servius, quorum

priore prolixe narrat: <sup>b)</sup> cum Laomedon

pactam mercedem Apollini et Neptuno

negasset, hunc iratum Trojanis immisisse

setum puellas nobiles depasturum. Eius

metu Hippotem filiam Egestam navi im-

positam maris arbitrio permisisse. Illam

<sup>a)</sup> L. XLII. c. 1. <sup>b)</sup> ad Aen. L. I. v. 550.

in Siciliam delatam a Crimissu fluvio in debuerat, non occurrere epochae annos canem verso compressam filium Egestum peperisse, a quo ex matris nomine civitas Trojanis condita, quae antea *Egesta*, post Segesta dicta est. Alio loco cum idem compendio narrasset, <sup>q)</sup> addit: *hujus rei ut esset indicium, numum effigie canis percutsum Siculi habuerunt*. Idem paucis mutatis memorat etiam Tzetzes, <sup>r)</sup> quem locum in numis Erycis plenius descripsit, tum et obiter Virgilius. <sup>s)</sup> Secundum haec narrata in horum numorum antica proponitur ipsa Egesta. Vir nudus partis aversae certus est Crimissus fluvius, quem non modo arguant attributa, quae praefert, nempe ramus fluvialis, qualem et Hypias in numis Selinuntis gestat, et urna ex humero pendens, sed et species viri, qua cultum a Segestanis Crimissum refert Aelianus. <sup>t)</sup> Et verisimile est, comite cane indicari prolepticam metamorphosin, cuius exemplum etiam in Laodiceae Phrygiae moneta videbimus. Peractam vero metamorphosin alterius numi aversa per ipsam canis imaginem exhibet.

\* \* \* *Abso. nullo A*

in numis urbium Europae, et quod amplius est, duplex monas in eodem numero, v. g.  $\text{I} = 7$ , et  $\text{B} = 2$ , item  $Z$  positum pro 700. Aliam tentavit viam Haver campus, qui cum in simili numo videtur additum  $\text{BIT}$ , et apud Tacitum legeret, Tiberium potentibus Segestanis justisse refici Veneris Erycinae templum, opinatur, Segestam propterea *Tiberiadem* dictam <sup>u)</sup>, quod non impugnat Burmannus, potius tamen conjectat, sensum esse: ΣΕΓΕΣΤΑ. *TIBεριον τημη*, *Segesta Tiberium* sc. colit. <sup>v)</sup>. Superum fidem! Adeo yetulos hos numos, qui, ut fabrica, et literae suadent, annis ante Christum minimum CCCC, cusi sunt, Tiberii aeo congruere faciunt! Abstineo in re aperata argumentis pluribus, hos autem numeros inter ignotos ablegandos censeo, quos aliquando felicior quidam Laii filius evolyat. <sup>w)</sup> *Globuli*, aut verius circuli in aeneis juxta canem frequenter observantur unus, duo, tres, quatuor, qui spectato numerorum volumine non videntur valorem posse indicare.

Animadvertisendum denique, male a plerisque, et nuper ab ipso etiam Principe T. M. hoc vocatos numos argenteos, fabricae perantiquae inscripto, ut praetenditur, ΕΤΕΣΤΑΙΩΝ, typo triquetrae et duorum luctatorum. Observatum fuit denique, in iis constanter legi ΕΣΤΦΕ, 715. putat. <sup>x)</sup> Absterrere viros esuditos. ΔΙΙΤΣ, et esse Aspendi Pamphyliae, et

q) ad Aen. V. 30. r) ad Lycophr. v. 953.

s) Aen. V. 35.

t) Var. hist. Lib. II. c. 32.

u) Hist. art. p. 367. vet. edit.

x) Inscript. Sic. Proleg p. LXV. et passim in auctariis.

v) in Parut p. 670. z) Dore. Sic. p. 393.

vicini tractus, ut dicetur in numis Sel-  
ges Pisidiae.

AR. R. AE. RR.

Numi recentiores.

*Epigrapha : ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. ΣΓΕ. ΣΤΑΝΩΝ.* Observandum, in hujus classis numis semper scribi *Egesta*, nunquam *Segesta*. Satis hoc refutatur Festus, qui in *Segesta* refert, praefixum fuisse elementum *S*, sancientibus nimirum Romanis; ne obsecno nomine, quod *egestatis* commonefacit, appellaretur. Eodem modo et Servium loco supra citato dicere vidi-  
mus, urbem antea *Egesiam*, postea *Seges-  
tanam* dictam. Numi contrarium docent;  
nam, qui ΣΕΓΕΣΤΑ inscribuntur, sine  
dubio antiquiores sunt Romanorum cum  
Sieulis commercio, at qui elemento *S*  
abstinent, ut sunt ii, quos in hac classe  
recensēbimus, multo sunt posteriores, et  
facile in Romanorum tempora cadant,  
ut patebit vel ex numis imperatoris, qui  
infra citabuntur. Haec numi, at variant  
mariora et scriptores. *Hic columna rostra-  
ta Duillii legitur ECESTANOS*, Herodo-  
to (*Ἐγεσταῖς*<sup>a</sup>), Straboni *Αγεστα*, et  
*Αιγεστεῶν ἐμπορείον*; Thucydides et Dio-  
dorus recte secundum hujus classis numos  
*Εγεστα* et *Βογεστα*. At Ptolemaeus *ἐμπο-  
ρεῖον Σεγεστανῶν*, et Ciceroni ac Tacito  
conſtant *Segesta*, *Segestani*.

*Caput muliebre turritum. Χ ΕΓΕ-  
ΣΤΑΙΩΝ. vel: ΕΓΕΣΤΑΝΩΝ.* Aeneas  
deos Penates tenens Anchisen effert,  
comite in nonnullis Ascanio. AE. II. III.

*ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. Caput muliebre turri-*

*tum. Χ Vir stans equum freno rotinet.*  
AE. III.

Hi posterioris aevi numai alteram, ut  
diki, de utbis sua origine famam sequun-  
tur; nimirum quae conditam ab Aenea  
Segetam affirmavit. En ipius Ciceronis  
testimonium<sup>b</sup>): *Segesta est oppidum per-  
vetus in Sicilia, quod ab Aenea fugiente  
a Troja atque in haec loca veniente con-  
ditum esse demonstrant. Itaque Segestani  
non salutem perpetua societate atque amici-  
tia, verum etiam cognatione se cum populo  
Romano conjunctos esse arbitrantur.* Diony-  
sus Halicarnassensis inter documenta ad-  
ventus Aeneae in Siciliam refert etiam.  
arain *Veneris Aeneiae positam in cacumi-  
no Erycia*, et apud *Agestanos* templum  
dicatum *Aeneac*<sup>c</sup>). Etiam Strabo ex ali-  
quorum sententia refert, Aeneam ad *Ages-  
tam Siciliae cum Elymo Troe trajecisse et  
occupasse Erycem ac Lilybaeum, fluvios  
que circa Agestam denominasse Scaman-  
drum ac Simoentem*<sup>d</sup>). Secundum Virgi-  
nium Aeneas, antequam tecta in Italiam  
tenderet, in Sicilia ab *Egeo*, sed quem  
Aesten vocat, receptus hospitio urbem  
aedicavit, quae viros mulieresque Tro-  
janas aeo ac viribus invalidas reciperet,  
eamque in hospitis gratiam *Agestam* ap-  
pellavit<sup>e</sup>). Hac igitur fiducia Segestani  
telle Tacito<sup>f</sup>) *aedem Veneris, montem*  
*apud Erycem, vetustate dilupsum restau-  
rari postulavere, nota memorantes de ori-  
gine ejus et laeta Tiberio; suscepit curam  
libeus ut consanguineus.* At pridem ante-  
jam Romani ipsi monumento publico ECE-

a) L. V. §. 47. b) in Verr. Lib. IV. c. 38.  
L. V. v. 718. seq. f) Ann. IV. 43.

c) L. L. c. 52. d) L. XIII.

e) Aen.

STANOS COCNATOS POPLI ROMA-  
NI profecti sunt, ut legitur in columna  
rotulata Duillii. Ab his ergo testimoniis  
causam tenemus, cur Segestani repudia-  
ta priore fama posteriorem sint amplexi  
signata in numis suis Aeneae imagine tam  
urbis luae quam rei Romanae auctoris,  
cum agnita haec utriusque urbis consan-  
guinitas non potuerit Segestanorum re-  
bus non admodum esse proficia.

Numi alterius virum cum equo ad-  
stantem videor mihi posse ex Herodoto  
explicare, qui refert <sup>g)</sup>, Philippum Buta-  
cidae F. Crotoniatam, et a victoriis Olym-  
picis conspicuum post varios casus hoc  
delatum propter admirabilem formae  
praestantiam ab Segestanis monumento  
heroico et sacrificiis honoratum. Huic  
ergo Philippo videntur addituisse equum,  
quo seu ad Philippi nomen, seu ejus ad  
certamina equestria studium adulterent.

Princeps T. M. inique hoc refert ar-  
genteum, in quo hinc caput Palladis, in-  
de Hercules gradiens <sup>h)</sup> quem esse Croto-  
nis, sua loco monui.

Æ. R.

*Imperatorii:*

ΕΙΓΕΣΤΑΙΩΝ: *Caput Augusti nu-*  
*dum X Aeneas Anchisen effirens.*

His egregie confirmantur, quae mo-  
do differui. Sunt in Siculis Principis T.  
M. tab. LXIV. n. 6. 7.

Æ. RR.

*SELINVS.*

Ad litus in meridiem versum et Hy-

pae ostia, condita a Megarenibus Sicu-  
ni profecti sunt, ut legitur in columna  
rotulata Strabone <sup>i)</sup>, nominisque inter Si-  
culas urbes praeclari, eversa a Poenis  
eodem, quo Himera, anno V. C. 345.,  
qui subinde ejus incolas Lilybaeum trans-  
tulere circa annum V. C. 504. nimirum  
tempore belli Punici I., ut colligitur ex  
Diodoro <sup>j)</sup>, sive Strabonis aetate pla-  
ne deserta perinde ac Gelas et Himera,  
ut testatur ipse <sup>k)</sup>. Excidium illud confir-  
mant numi, nam per fabricam remotum  
omnes aevum arguunt. De causa nominis  
urbi impositi mox differemus.

*Epigraphē: ΣΕΛΙ. ΣΕΛΙΝΟ. ΣΕΛΙ-*  
*ΝΟΝΤΙΩΝ.*, etiam retrograde, et non  
nunquam scriptum in utraque facie ejus-  
dem numi. Epigraphen ΣΕΛΙΝΩΝ-  
ΤΙΩΝ., quam saepius promulgat Princeps T. M., licebit in suspicionem voca-  
re. Alterum Ω adversatur aetati horum  
numorum, primum etiam grammaticae.  
Singulare est: ΣΕΛΙΝΟΕΣ. in numis,  
quos infra citabo, epigraphes modus  
sane peretus. Teste Stephano Opus  
urbs Locrorum dicebatur Οποσις, sed per  
crasin: Οπες, Οπεντος. Et Eustathius <sup>m)</sup>:  
ώσπερ και Πλακοσις, και ἐν συναιρεσει Πλα-  
κης, οτω και Οποσις Οπες, και κλινεται  
Οπεντος, και το ἐνυικον ἐξ ἀντος Οπεντος.  
Ergo analoge eodem modo Σελινοεις, per  
crasin Σελινης, in gignendi calu Σελινοει-  
τος, per crasin Σελινεντος, et gentile Σε-  
λινεντος. Non raro etiam crita crasin lo-  
cuti sunt veteres; ita Eustathius <sup>n)</sup>: επινειον  
Οπεντος, pro Οπεντος, et Thucydides <sup>o)</sup>  
dixit Σελοεντα, pro quo Diodorus <sup>p)</sup> Σε-

g) L. V. §. 47.

h) tab. LXII. n. 5.

i) L. VI.

k) Eclog. XXIV. sub init.

l) L. VI.

m) ad. Il. B. V. 532.

n) I. c.

o) L. VI. c. 2.

p) L. XIV. c. 78.

λαγτα, a recto Σολοεις, contracte Σολας. Eodem pertinet Σιμοεις, Σιμοεντος in vulgus notum, et apud Euripidem quoque Σιμυντος <sup>q)</sup>). Est ergo in nostris numis το ΣΕΛΙΝΟΕΣ ipsum urbis nomen in recto, perinde ac habemus ΑΚΡΑΓΑΣ. ΓΕΛΑΣ. etc. hoc uno discrimine, quod non in diphthongum EIΣ, sed Dorice in ΕΣ longum exeat, nimirum ut dixere Dores υηνος pro ἔχενος, aut antique EMI pro EIMI in lapide Sigeo. Haec studiofius exposui, quoniam video adfirmare Principem T. M., nomine ΣΕΛΙΝΟΕΣ flumen Selinuntem intelligi debere <sup>r)</sup>). Neque vero unicum istud habemus in numis urbis sic inscriptae exemplum, nam vidimus supra numum Buxenti, seu Pyxuntis Lucaniae eodem modo urbis nomen enunciantem, nempe ΠΤΞΟΕΣ. Insolentius est ΣΕΛΙΝΟΣ. in tetradrachmo musei Caes.

Antiquissimae formae sunt:

*Folium apii* Ξ Sine epigraphe. Quadratum informe incusum. AR. II.

*Folium apii.* Ξ ΣΕΛΙ. *Folium apii intra quadratum.* AR. II.

Non pauca, eaque eximia ad hos numos animadvertenda. Horum priores sunt ex eorum genere, quos jure merito inter antiquissimos recensemus, cumque anepigraphi sint, in definienda eorum patria olim peccatum, Ita eos Peloponneso tribuit Frölichius, quam folio platani similem dixere veteres <sup>s)</sup>). Numi secundo loco citati, ac prioribus similes, sed literati, juvere praecedentes illiteratos. Erro-

ris sublati gloriam debemus Dorvillio et Burmanno <sup>t)</sup>). Praeclare utrique hi numeri confirmant ea, quae de informibus quadratis, rudibus nempe rei monetariae initii, sed temporis progressu varie exornatis eruditissime differuit celeberrimus Barthelemyus <sup>u)</sup>.

Expedienda etiam typi ratio. Dicimus, in his numis exhiberi folium apii. En tibi Vibium Sequestrum: *Selinus Mesfaniorum* (Burmanno reponendum videatur *Mazaracorum*) a quo flumine *civitas Selinus dicta*, quod aptum ibi plurimum nascitur, nempe Σελινος Graecis apium. Uno ergo testimonio tenemus causam, cur primum fluvius, deinde urbs Selinuntis appellationem traxerint, deinde cur eo typo Selinuntii in moneta sua usi sint. Quare folium istud tanquam proprium hujus urbis symbolum aut folium totam numi aream occupat, ceu in praesentibus, aut in iis, qui typos alios exhibent, numi areae constanter adfixum est ea ratione, ut malum Punicum in moneta Sidetum. Et narrat Plutarchus <sup>v)</sup>: Selinuntios aureum apium tanquam notam et insigne suae urbis Apollini dedicasse.

His aetate succedunt:

ΗΤΨΑΣ. (retrograde) pro quo in aliis ΣΕΛΙΝΟΤΙΟΝ. *Vir nudus imberbis stans turgente e fronte cornu d. patetram, s. ramum fluviatilem ad aram sacrificat, pro pedibus hinc gallus, inde taurus superpegmate, in area folium apii.* Ξ ΣΕΛΙΝΟΤΙΟΝ. *Vir et mulier in bigis,*

q) in Hecub. v. 641.

r) Aggiunte p. 171.

s) Not. elem. p. 21.

t) Sic. p. 421.

u) Mem. B. L. T. XXIV. p. 30.

v) de Pyth. orac. p. 399.

*quorum ille sagittam emittit, haec habens moderatur.* AR. I.

HTΨΑΣ. *Idem typus princeps, sed aram ambit serpens, in nonnullis pro gallo adstat avis, seu cygnus est, seu pavo, seu ardea, abest semper taurus, in area foltum apit.* Ξ ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΟΝ. *Hercules d. clavam taurum domat.* AR. II.

Ut insignes sunt hi numi, ita argumenti non parum controversi. Istud certum, signo partis anticae silti fluvium Hypsiam, qui secundum Selinuntem supra memoratum alter fuit fluvius, qui urbem adluebat, quod judicium ne ambiguum sit, providerunt ipsi monetarii adstituto ipso fluvii nomine, et turgente e fronte cornu, quod, et si tenue, tamen in numis magis integris esse luculentum affirmat insignis testis Princeps T. M.

Si Havercampum, Burmannum, et Principem laudatum audimus, proponitur in his numis Hypfas sacra faciens Apollini, vel Empedocli, cui teste Diogene Laertio <sup>y)</sup> divinos honores tribuerunt Selinuntii, quia incolis pestilentia correptis propter vicini stagni malignos habitus, derivata in illud vicinorum fluviorum aqua calamitati publicae subvenit. Quocirca, ait Burmannus <sup>z)</sup> conspicit gallum salutis symbolum, et taurum Apollini vel Empedocli mactandum. At in numerorum parte aversa Apollinem insistere currui, et mittere sagittas indicio gravis pestilentiae ab fe immiscae, sed cui adstat Empedocles, deum iratum et jam sagittam mittere parantem opportune cohi-

bens; neque enim, quod nonnulli credidere, feminam esse, quae Apollini adstat, sed virum. Haec eruditii IIIviri.

Mirari in hac causa satis non possum, qua ratione figuram Apollini arcum tendenti adstantem possint Empedoclem dicere, cum tamen ipsi hi numi, in quos commentati sunt, vel quos ipsi edidere, luculentam eam feminam prodant, sive vestita sit, sive nuda, nam utroque modo proponitur. Vide, si lubet, iconismos Dorvillii tab. XIII. XIV., Principis T. M. tab. LXV., quibus adde adcuratam similis numi picturam apud Pellerinium <sup>a)</sup>, quin in ipso Paruta iconismi omnes feminam arguant dempto unico, in quo figura haec barbata proponitur, quique haud dubie Havercampo praeiverit, ut Empedoclem eum putaret, cujus deinde sententiam cupide amplexi sunt alii. At quid numus unicus a Paruta editus, cuius pleraque imagines longe ab archetypis aberrant, contra tot aliorum fidem? Certa igitur cum femina sit, suapte corrunt omnia, quaecunque praeclari hi antiquarii de Empedocle commenti sunt.

Aliud igitur in numi hujus explicatu argumentum investigandum. Constat ex Strabone <sup>b)</sup>, fuisse prope Selinuntem aquas calidas. Narrat quoque Diodorus <sup>c)</sup>, in sinibus Selinuntiorum extitisse vaporrem a subterraneo igne exaestuantem, quem deinde Daedalus intra spelaeum collectum curandis morbis habilem efficit. Urbs deinde ibi condita, everfa, ut videtur, Selinunte, quae ex loci natura

y) L. VIII. c. 2. n. 11. z) Dorv. Sic. p. 424.  
p. 275. c) L. IV. c. 78.

a) Rec. III. tab. CXL. n. 60. b) L. VI.

*Thermae* dicta est, cumque aliae jam essent in Sicilia Thermae Himerae, hae *Selinuntiae* appellatae sunt. Earum adhuc aquarum exsalt virtus, quam liberaliter describit Fazellus. Idem igitur in signandis his numis institutum fuit *Selinuntiis*, quod *Himeraeis*. Quemadmodum enim hi, ut vidimus, nobiles ditionis suae thermas in moneta praedicatorum, et fixerunt genium urbis muliebrem, aut, ut verisimilius dixi, fluvium *Himeram* ad aram *Aesculapii* dicatam sacrificantem, ita et in *Selinuntiorum* moneta videmus *Hypsam* fluvium ad aram vota concipere, quam fuisse *Aesculapii* aperte profitentur gallus huic deo sacer, et qui eam in nonnullis ambit, serpens. Igitur numorum utriusque urbis argumentum ad salutem pertinet, quam ut aquae suae praestare pergent, supplicatur *Aesculapius*. In parte aversa exhiberi *Apollinem*, qui morbos et immittit, et aufert, facile damus. Erit igitur mulier, quae equos moderatur, aut genius urbis, aut soror *Diana*, et ipsa potens malos morbos arcessere et cohíbere, quod experti sunt *Graeci* apud Aulidem.

Supereft taurus, qui in numis prioribus infilii pegmati, in posterioribus ab Hercule domatur. Fallitur *Burmannus*, qui adstitutum esse censet propterea, quod sueta *Apollinis* victima est. Nam si istud, cur is semper abest a parte antica, quoties in aversa cum Hercule confligit? Abest igitur, quia eum Hercules, tanquam qui ad se pertineat, in aversam

abstraxit. Sed cur is labor *Herculis* taurum Cretensem subigentis placuerit *Selinuntiis*, incertum. Suggeram tamen nonnulla, quae eum possint cum *Selinunte* connectere. Fuit hic taurus idem ille, in quem arsit *Pasiphae Minois* regis uxor, et cuius illa commercio per *Daedali* ingenium potita est<sup>d)</sup>). Re comperta *Daedalus* a *Minoe* in *Labyrinthum* adactus compositis arte aliis in hunc *Siciliae* tractum evolavit, et apud *Selinuntem* balnea miri operis perfecit; de quibus egi paullo altius. Fugitivum cum classe insecurus *Minos* ad litus hoc appulit, ibique in *Herculis* honorem, haud dubie, quod is taurum *Cretæ* toti *deinceps* infelum cepit, *Heracleam* condidit, quae *Minoa* a conditore appellata est. Ceterum caput *Herculis* jam senile, jam puerile admodum, et tamen leonis exuvias tractum in aliis *Selinuntis* numis conspicitur, sive quod per universam insulam magnus fuit ejus dei cultus, sive quod omnibus is thermis, ut alias diximus, praesidet.

\* \* \*

*Mulier sedens d. longe extenta serpentem tenet, sinistram sursum attollit, superne folium apii. In nonnullis adest præterea triquetra. Ξ ΣΕΑΙΝΟΕΣ. ΣΕΑΙΝΟΝΤΙΩΝ. Bos cum facie humana.*

AR. III.

*Havercampus*, et Princeps T. M. sedentem mulierem deam *Salutem* statuunt, et hunc typum cum arguento numorum praecedentium connectunt. Verum gelius mulieris magis est serpentem

<sup>d)</sup> Diodor. L. IV. c. 13.

aversantis, horrentisque, et ad ejus asper-  
ctum trepidae, et remoto hos aevos prae-  
symbolis placuit mythologia, ex qua ty-  
pi caula ducenda videtur. Fingitur nim-  
rum in adversa Juppiter serpentis specie  
cum Proserpina congressus, in aversa na-  
tus ex hoc commercio Bacchus tauriformis,  
ut allatis argumentis verisimile dixi  
supra in dissertatione de tauro cum capi-  
te humano Campaniae numis subjecta.

*Caput muliebre adversum. ΣΕΛΙ-*  
*ΝΟΝ. Canis stans. AR. III.*

Numus hic fabulam de Aegesta Nympha et Crimissō fluvio in canem verso, quam supra in Segetae numis exposui-  
mus, restituit, ut jam obseruavit Haver-  
campus, et fuit Selinuntiis ejus in mon-  
eta sua crepanda titulus; nam Crimissus  
fraudis hujus artifex supra Selinuntēm  
Hypaei infusus communi deihtēps alveo  
ejus fines pervasit. Recte igitur videtur  
docere Servius, dum in genere ait, Sicu-  
los ab hoc casu effigiem canis in moneta  
sua signasse <sup>e)</sup>, nam praetet Segetiam, ubi  
fabula haec domi, et Selinuntēm eundem  
etiam typum videmus in numis Motyae,  
et Panormi.

*ΣΤΡΑ. Caput muliebre. ΣΕΛΙ-*  
*ΝΟΝΤΙΟΝ. Bovis cum facie humana insi-*  
*stens spicae. AR. IH.*

Numus est concordiae Syracusas in-  
ter et Selinuntēm. Inter tot urbium Sicu-  
larum vices nolim definire tempus, quo  
foedus in hoc numo indicatum inter  
utramque urbem coaluit.

*AR. C. Aeneum unicum et fabricae*  
*antiqissimae protulit Princeps T. M. (tab.*  
*LXVI.) sed forte est ex subaeratorum ge-*  
*nere, et amissa pellicula evasit totus aeneus.*  
*Exemplum attuli alibi, hoc fraudis genus*  
*in antiquissimis etiam numis compertum.*  
(Num. vett. p. 38.)

### SOLVS.

Maritima versus Tyrrhenum a Pa-  
normo in septentriones.

*Epigraphē: ΣΟΛΩΝ. retrograde;*  
*ΣΟΛΟΝΤΙΝΟΝ. ΣΟΛΟΝΤΙΩΝ. ΣΟ-*  
*ΛΟΝΤΙΩΝ. a recto Σολοεις; per crastinum*  
*Σολας, ut dictum in praecedente Selinunte,*  
*recte Plinius Solus. Gentile in numis*  
*Σολοντινος, at Ciceroi Solentinus.*

Praeter hanc epigraphen Graecam  
comparent etiam in nonnullis litterae Pu-  
nicae. Nempe is tractus diu Poenis paruit.

*Typi: Capitā variorum deorum, piscis*  
*et squillarum genere, miles etc. Numi ipsi*  
*nullo elegantiae aut remotae vetustatis*  
*merito, teste etiam literatum forma.*

Globuli tres aut sex pro numdrum  
pondere:

Æ. RR.

### SYRACUSAE.

Conditae ab Archia Evageti F. an-  
no ante V. C. 5., ante Christum 757. ut  
docet chronicon Parium. Corinthi colo-  
nia, postea matre ipsa superior, Graeca  
rūm urbium maxima, splendidissima,  
opulentissima, quae ornamenta etiā tot  
veterum linguae tacuissent, ejus supersti-  
ties numi satis depraedicarent, quorū  
non minus mirere elegantiā, et quan-  
tam ars praestare potest, summam per-

e) ad Aen. L. V. v. 30.

(Vol. I.)

sectionem, quam varietatem, et numerum incredibilem,

*Quem qui scire velit, Libyci velit  
aequoris idem*

*Discere quam multas Zephyro tur-  
bentur arenas.*

Vt adeo quantum ipsae Syracusae reliquias Graeciae urbes praestabant opibus ac pulcritudine, tantum etiam numorum cum copia atque a metallo pretio, tum nitore praestarent. Quibus hercule experimentis verum compertum Sili Italici oraculum, cum de Syracusis jactat: *non usquam clarior illo Gloriā picturae suelo* <sup>1)</sup>, et quod teste Eustathio <sup>2)</sup> a Graecis vulgo fuit usurpatum: *Κροτωνιατας μεν τεγμενοτατοι, Συ-  
ρακυσιοι δε παπλωσιοι, Crotoniatae quidem  
robustissimi, Syracusani vero praedivites.*

*Formae antiquissimae.* Hoc nomine praestant eximii duo, quos edidit Princeps T. M. (tab. LXXVII. 9. 10.)

*Quadratum, intra quod caput muliebre diadematum, caesarie velut e marginis contexta, oeu in antiquissimis Naxi numis. ☰ SVRAΦΟΣΙΟΝ, in alio: SYRA. Bigae. AR. m. m.*

His prope accedunt inscripti: **ΣΥΡΑ. ΣΥΡΑΦΟΣΙΟΝ.** jam recte, jam retrograde, in quibus observandum elementum Φ pro Κ jam ex antiquissimis Crotonis numis cognitum. In tetradrachmo insigni musei Caesarei hinc **ΣΥΡΑ. ΚΟΣΙΟΝ.** inde **ΣΥΡΑ.** Omnes hi numi formae antiquioris sunt argentei, et horum complures voluminis exigui et pertenues more Siculo.

*Formae recentioris:* **ΣΤ. ΣΤΡΑ. ΣΤ-  
ΡΑΚΟΣΙΩΝ.** In binis musei Caesarei: **ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΣ.** In alio ejusdem musei, quem infra describam, **ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΙ**, ut et in alio Principis T. M. <sup>3)</sup> et in numis Gelonis. Aeneum idem recitat: **ΣΤ-  
ΡΑΚΟΣΙΩΝ.** <sup>4)</sup> qui memorabilis est propter varium in eodem numo sigma.

Credideram aliquando, valuisse etiam epigraphen **ΣΙΠΑΚΟΣΙΩΝ**, nempe elemento secundo I pro T. et quis istud non crederet, ex quo plurimos sic inscriptos in variis suis operibus promulgavit Princeps T. M., qui plerosque nummos suos nequaquam ex fide iconismorum, sed ex ipsis archetypis aeri curavit incidentos. Tamen cum neque in museo Caesareo, neque alio adcurato catalogo numum cum hac epigraphes lege reperiem, ad haec viderem, neque ipsum auctorem ipsiis describendis sibi confitare, dum unum eundemque numum jam **ΣΙ-  
ΠΑΚΟΣΙΩΝ**, jam **ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ** inscriptum refert, quod satis appetet collato numo, qui est in Auctariis tab. II. n. 22. cum illo, qui est in Numis Siciliae tab. LXXII. n. 6., item qui est in Auctariis tab. VI. n. 23. cum alio in Numis Siciliae tab. LXXXIII. n. 3., facile collegi, nunquam apud Syracusanos praetensum **ΣΙΠΑΚΟΣΙΩΝ** valuisse, et vitiosum illud, ac toties male intrusum I chalco- graphi negligentiae esse imputandum.

*Typi insigniores.*  
**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Caput Proserpinae  
intra pisciculos. ☰ Vir in citis quadrigis,*

<sup>1)</sup> Punic. L. XIV. 654. <sup>2)</sup> ad Dionys. Perieg. v. 369. <sup>3)</sup> Tab. LXXVIII. n. 15.  
<sup>4)</sup> Tab. LXXX. n. 11.

*quem ad volans Victoria coronat, in imo:* haec praemia ad relatas in ludis victorias referre. At tum horum erit commorare etiam exempla, victores in ludis panoplia donari fuisse solitos.

Sunt hi numi per volumen, et elegantiā monetae Syracusanae facile principes. De quadrigarum typō egi in prolegomenis Siciliae. Segmentum imum in his numis offert Graecorum veterum πανοπλίαν, quae his, quas hi numi offerunt, partibus constitit, et quas lepido epigrammate complectitur Pallades Alexandrinus <sup>1)</sup>:

Toν θω, και τας θην, ταντ' ασπιδα, και δορευ χαιρέα

Γορδιοπελαριος ἀνδρος Τιμοθεου.

ubi θω positum pro θωρακα, ην pro ηνη-ριδας, και pro περανος, ut adeo sensus sit:

Thoracem, ocreas, clypeum, hastam  
et galeam

Gordioprilarius Timothei E. dedi-  
cavit.

Fuisse hanc panopliam in praemium certaminis propositam, testatur adscriptum tenui chartere vocabulum ΑΘΛΑ. Revera constat, fuisse urbium Graecarum morem, ut, qui eximia essent in bello virtute, panoplia donarentur. Teste Isocrate <sup>1)</sup> ita se in bello adversum Thracas gesseit Alcibiades, οὗτος γε φανδυναι, και πανοπλιαν λαβει παρα τα γερατηγυς, ut ab imperatore coronam, et panopliam auferret. Quoniam numi praesentes eximii sunt voluminis ac ponderis, verisimile est, factum aliquo tempore, ut, qui virtute panopliam essent promeriti, numis his publice donarentur. Erunt, qui malent

ΖΕΤΣ. ΕΛΕΤΘΕΡΙΟΣ. Caput Jovis laur.

ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. Pegasus volans. AV. AR. In aliis: Equus liber currens. AR. II. AE. II.

ΖΕΤΣ. ΕΛΕΤΘΕΡΙΟΣ. Caput Jovis laur.

ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. Fulmen, juxta aquila stans. AE. II.

ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. Caput Diana.

ΔΙΟΣ. ΕΛΕΤΘΕΡΙΟΤ. Fulmen. AE. III.

ΣΩΤΕΙΡΑ. Caput Diana.

ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. Fulmen. AE. III.

Hos Jovis Liberatorisnumeros egregie explicat Diodorus <sup>m)</sup>: Sublata Thraifybuli dominatione comitia agebant Syracusani, in quibus de popularis regiminis ratione consilia tractantes una omnes sententia deroreverant, JOVI LIBERATORI statuam ad colossi altitudinem adornare, et quotannis ELEVTHERIA, ludosque solennes eadie peragere, quo profligato tyrunno libertatem patriae vindicassent. Factum istud refert historicus ad annum V. C. 291. Tamen hoc nomine Jovem ante haec jam tempora in Graecia observatum, tum et postea variis in urbibus, copiosa veterum testimonia docent, quae collecta vide apud Gyraldum <sup>n)</sup>. In numero potissimum fulmen nequaquam ad Dianam partis adversae, sed ad Jovem Liberatorem pertinere, numerus praecedens docet,

l) Brunck Anal. T. II. p. 426.

l) Orat. debigis.

m) L. XI. c. 71.

n) Syntag. II. p. 108.

ex quo discimus, attributa partis aver-  
sae non semper esse deorum, quos anti-  
ca sifit, et si haec lex plerumque valeat.  
Pegasus libere evolans, aut equus abs-  
que freno currēns praeclarae sunt liber-  
tatis imagines.

**ΔΙΟΣ. ΕΛΛΑΝΙΩΝ.** *Caput juvenile laur.*

**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Aquila fulmini infisens.*  
Æ. II.

*Sine epigraphe. Caput simile.*  
*Eadem aversa. AV. Æ. II.*

Juppiter Ἑλλῆνος, sive Graecorum pēt varias Graeciae urbes cultus prodi-  
tur, ut videre est apud Havercampum haec exempla studiose colligentem <sup>a)</sup>, et Valckenarium <sup>b)</sup>. Etiam Pindarus Jovem πατερα Ελλαῖον, Dorice item, vocat <sup>c)</sup>. Habuisse Graecos Jovem rebus suis in commune consilientem, praecipue cum a barbaris periculum immineret, istud pla-  
ne ex eorum ingenio. Verum illud prae-  
ter morem, Jovem hunc ore et capitis cultu adeo esse Apollini similem, ut nisi repugnarent epigraphe et aquila, nemo Apollinem inficiaretur. Habuere ergo Graeci, aut certe Syracusani simulacrum, quod eos, qui intuebantur, poterat red-  
dere suspenſos, Jovemne, an Apollinem dicerent, peiinde atque Romani, de quo-  
rum Nejove haec Gellius <sup>d)</sup>: *Simulacrum dei Nejovi sagittas tenet; quae sunt videlicet paratae ad nocendum. Quapro-*  
*pter cum deum plerique Apollinem dixa-*

runt. Alterum praecedenti simillimum, nisi quod Jovis inscriptio abeat, conjunxi, ut intelligeremus, etiam eo Jovem, non Apollinem exhiberi, neque frustra laboremus, qua ratione Jovis ales possit Apollini tribui. Juvat ad hos, ac praecedentes numos addere, quod refert Ae-  
liaus <sup>e)</sup>, Aspasiam per vim abductam, ut esset Cyri junioris scortum, implorasse θεος πατέρας Ελληνας, καὶ Ελευθερίας τας δύος, δοος οπας Graecos, eodemque Liberatores.

*Caput spicis coronatum Cereris vel Proserpinæ.* **ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** Taurus fons. AV. III.

*Caput mutiebre corona arundinea ro-  
dimitam.* **ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** Taurus cor-  
nupeta. Æ. II. III.

Vnum ex tanto numero exemplum attuli utriusque deae, quas ex cultu di-  
scernere difficile, et quarum capita in-  
signi elegantia ac varietate in Syracusa-  
rum numis proponuntur. Cereri totam  
insulam peculiari quadam religione fuis-  
se sacram, aliorum constat, et templi  
Cereris apud Syracusas meminit Tul-  
lius <sup>f)</sup>. Proserpinæ verbū honores in hac  
urbe constituit Herōules, qui huc dela-  
tus, cum de ejus raptu certior esset factus,  
soleania utrique deae sacra obtulit, et  
praestantissimo in Cyane immolato taurō  
anniversarium sacrificium incolas docuit <sup>g)</sup>.  
Ad istud sacrificium adludit taurus aver-  
sa. Atque hæ causæ persuadent, caput

<sup>a)</sup> in Parut. p. 343.

<sup>b)</sup> ad Herodot. L. IX. c. 7.

<sup>c)</sup> Nem. V. v. 49.

<sup>d)</sup> L. V. c. 12.

<sup>e)</sup> W. H. L. XII. c. 1.

<sup>f)</sup> in Ver. L. IV. c. 53.

<sup>g)</sup> Diodor. L. IV. c. 29. et L. V. c. 4.

numi alterius esse ipsam Cyanen fontis postremi non ad Dianam pertinet, sed praesidem, de qua multa Ovidius <sup>x)</sup>.

*Caput Apollinis laureatum jam cur-  
tis, jam promissis capillis.* ☰ ΣΤΡΑΚΟ-  
ΣΙΩΝ. *Tripus, — Lyra — Caput Dia-  
nae — Triquetra.* AV. AR.

**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Caput Apollinis  
laureatum.* ☰ ΣΩΤΕΙΡΑ. *Caput Dianaο  
prominente retro pharetra.* AV.

**ΣΩΤΕΙΡΑ.** *Caput Dianaο prominen-  
te retro pharetra.* ☰ ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.  
*Fulmen.* Ε. III.

**Caput Dianaο.** ☰ ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΙ.  
*Noctua, in area A.* AR. IV. (Catal. rai-  
son. p. 47.)

Nullam prae Sicilia terram fuisse Proserpinæ, Palladi, Diana gratiorem, prodidit Diodorus, cumque singulae ejus partem sortirentur, Diana cessisse Ortigiam insulam Syracusis adsitam <sup>y)</sup>. Eam ob causam inter principes urbis deos adlecta, et annuis ludorum solennibus in triduum porrectis culta fuit, sed qui ipse honos urbi male vertit; nam quo tempore illis inter epulas vinumque vacaverant, urbs a Marcello capta est <sup>z)</sup>. Neque tamen dñeinde ejus in insula honores diminuti, nam in aureis argenteisque Augusti numis inscriptis SICIL. Diana venatrix typum facit. Fulmen numi postremi pertinere ad Jovem Eleutherium, in hoc dictum. Idem utrinque typi sunt, etiam in numis Agathoclis. Noctua numi

postremi non ad Dianam pertinet, sed ad Palladem, de qua continuo.

**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Caput Palladis.* ☰  
*Pegasus volans, infra quem varia attribu-  
ta, et literae.* AR. II.

**ΣΤΡΑ.** *Caput Palladis.* ☰ *Caput Me-  
dusa ejjecta lingua insertum clypeo.* AV. III.

*Caput Pulladis.* ☰ ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.  
*Fulmon.* AR. II.

*Caput Herculis imberbe.* ☰ ΣΤΡΑΚΟ-  
ΣΙΩΝ. *Pallas gradiens alis ab humero  
pendentibus d. fulmen vibrat, s. clypeum.*  
Ε. II.

Diximus supra, etiam Palladi caram fuisse Siciliam. In ejus divisione hanc deam libi vindicasse vicinum Himera tractum refert Diodorus <sup>z)</sup>. Quod ad Syraculas attinet, tenemus ex Cicerone <sup>b)</sup>, insigne ibi ejus templum stetisse in insula, cuius opes, ornamenta, et omnis generis artefacta prolixe ibi descripta potes videre.

Numus I. offert hinc Palladem, inde Pegasum, argumentum ex metropoli Corintho arcessitum. Nimirum teste Paulania <sup>c)</sup> erat Corinthi templum Minervæ Frenatricis. (Αθηνας Χαλιπτιδος) Miner- vam enim ajunt præ ceteris diis Bellero- phonti cum aliis in rebus adstitisse, tum vero illi Pegasi jam freno a se subactum dono dedisse, quod argumentum fuisius persequitur Pindarus <sup>d)</sup>. De numis argenteis huic similibus, in quibus variarum Corinthi coloniarum sit mentio, vide, quae in numis Corinthi disputabuntur.

x) Metam. L. V. y) L. V. c. 3. z) Liv. L. XXV. c. 23. a) L. V. c. 3.

b) in Verr. L. IV. c. 55. c) L. II. c. 4. d) Olymp. XIII. 89.

**Numus II. Medusaeum** caput offert  
notum Palladis attributum. *Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus*, quod insertum erat valvis ditissimis templi Palladis Syracusani, a Verre revulsum esse; atque ablatum, queritur Cicero <sup>e)</sup>.

**Numi III. et IV. Palladem** fulmine instruunt, quod ipsa olim in Ajacem Oilei contorsit, ut refert Virgilius <sup>f)</sup>. Idem utrinque typus frequens est in aureis Agathoclis.

**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Caput geminum muliebre. Ξ Equus liber currans.* AR.

Antica certam continet allegoriam, ac vel ideo explicatus ambigui, in qua evolvenda utrum satis felices fuerint Havercampus, aliique, qui ea duplificem urbis situm, terrestrem ac maritimum indicari credidere, ambigo.

**Caput Jovis laureatum. Ξ ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Mulier capite turrito sians d. gubernaculum, f. hastam.* AE. II.

Fortunae typus in memoriam revocat, quod narrat Cicero <sup>g)</sup>: *Tertia est urbis, quae quod in ea parte Fortunae sunum antiquum fuit, Tycha nominata est, nempe Dorice Tycha pro Tyche.* De culto apud Syracusanos Joye Eleutherio et Hellenio jam supra egi. Exacto Dionyso juniore inducta religio Jovis Olympii, cuius sacerdotes, dicti ἀμφιπολοι, deinceps magistratus ἐπωνυμοι <sup>h)</sup>.

**Caput galeatum Martis, vel Palladis. Ξ**

e) in Verr. L. IV. c. 56. f) Aen. I. 43. g) in Verr. L. IV. c. 53. h) Diodor. L. XVI. c. 70. Cic. in Verr. L. II. c. 51. i) Dovr. Sic. p. 338. k) L. IV. c. 23. l) Ovid. Met. L. V. 573. Virg. Aen. III. 694. m) L. V. c. 3.

**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Victoria animal quadam cultro seriens.* AE. III.

Qui lepidas antiquariorum de hoc aversae typo conjecturas nosse volet, adeat Burmannum <sup>i)</sup>. Satius duxero, in re anticipite profiteri ignorantiam.

**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Caput Arethusae inter pisiculos. Ξ ΛΕΤΚΑΣΠΙΣ.* *Heros galeatus nudus irruens d. hastam, f. clypeum.* AR. II. III.

Vnus, quod norim, Diedorus Leucaspis memorat, qui in hoc tractu Sicorum dux caesus est ab Hercule, cum quo viribus impar congressus, heroicos post obitum honores est consecutus <sup>k)</sup>. Eodem igitur modo Syracusani Leucaspis monetae intulere, quo Messanenses Pheraemona.

**ΑΡΕΘΟΣΑ.** *Caput adversum muliebre sparvis crinibus. Ξ ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.* *Figura nuda in citis quadrigis.* AR. I.

En celeberrimum Syracusarum fontem Arethusam omnium fere veterum poetarum carminibus nobilitatum. Olim nympha cum Alphei fluminis amores in Peloponneso fugeret, miserante Diana in fontem liquefrens, ejusque altero beneficio hiantem terram subingressa emersit iterum in Ortygia insula, quae Dorice Nafos dicta partem Syracusarum efficit <sup>l)</sup>. At Diodorus <sup>m)</sup> fontem Arethusaam in Ortygia a nymphis in Dianae gratiam excitatum refert, magnorum, multorumque pisium feracem, quique

ejus adhuc aetate sacri et intacti permanere. Et Cicero <sup>a)</sup>). In hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium etc. Quare in Syracusarum numis plerumque piscibus ambitur Arethusa caput, fictum persaepe passis crinibus, et summa elegantia. Scribitur ΑΡΕΘΟΣΑ Dorice pro ΑΡΕΘΟΤΣΑ, cuius rationem exposui in prolegomenis.

*Notae numerales et globuli.*

*Caput Palladis.* Χ ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. in medio numi: XIII. vel: ፩. AR. III.

*Caput Palladis.* Χ ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΙ. MI. in medio numi: ፩. AR. III.  
In postremum numum integerrimum, qui nunc est in museo Caelareo, commentatus olim est eruditus Khellius <sup>b)</sup>, cui notae numerales Romanae in numo Graeco mirae oppido visae, quo loco videre potes, quae is de nota XIII. valoris indice differit, calculo admodum, ut videtur, fallace. Vtrum globuli in argenteis tenuis laminae et arcti voluminis, qui sunt in Sicilia numismatica T. M. tab. LXXIX. n. 28. 29, item in æneo ibidem tab. LXXXV. n. 12., habeant rationem valoris, aequem incertum puto. Additum in posteriore numo MI. inter signa monetariorum refero; nam easdem literas reperio in aureo Hieronymi musei Caesarei.

*Magistratus.*

ETMENOT. vel ETMHNOT. per frequens in argenteis. KIMΩΝ. — ETAI-

NETO. — ΕΤΘ, quos habes in Sicilia num. T. M. ΠΑΡΜΕ. — ΕΤΚΛΕΙΔΑ. apud Hunterum.

*Literae solitariae.*

Non raro in Syracusarum numis reprias scriptum solitarie ΣΩ., quod cum plerumque adstitutum sit imagini Diana in parte aversa, vistum plerisque, indicari deam hanc plenius in aliis numis dictam ΣΩΤΕΙΠΑ. At video, alibi eas ipsas literas scribi juxta Pegasum <sup>c)</sup>, item eas obvias esse in numis Tarenti et Corcyrae.

AV. AR. AE. C.

*TALARIA.*

Stephano Siciliae oppidum.

ΤΑΛΑ. *Caput velatum.* Χ Cervus curvens. AE. III.

Numum hunc ex museo Benedicti vulgavit Cl. Odericus <sup>d)</sup>, sed eum hoc pertinere non satis certum puto. Plures enim sunt urbes ab his literis incipientes.

*TAVROMENIVM.*

Secundum Plinium: *Colonia Tauromenium, quae antea Naxos.* Strabo inter utramque urbem distinguit. Sed facile uterque verbis Diodori conciliatur <sup>e)</sup>: *Dum haec geruntur, Andromachus Tauromenita, Timaei historici parens, vir opibus et claritate animi excellens, quidquid exulum Naxi, quam Dionyfius everterat, reliquum fuit, in unum congregavit, et collem, qui Naxo TAVRI nomine imminet, habitandum illis dedit, et quia ad longum temporis spatium illic confliterat, ab hac in Tauro mansione (ἀπὸ της ἵπι τοῦ*

a) in Verr. L. IV. c. 53.

b) Adpendic. II. p. 149.

c) Sic. num. T. M. tab. LXXXII. n. 18.

d) Num. Graec. p. 22.

e) L. XVI. c. 9.

*Ταυρού μονῆς*: *Tauromenium* appellavit. Alio loco idem narrat, Dionysium Siculis illis, qui Tauri collem occupaverant, Naxiorum terram concessisse <sup>1)</sup>). Vnde colligitur, Tauromenium in Naxi vicinia loco editiore conditum, et velut ex hujus ruinis surrexisse.

*Epigraphe* constans: **TATPOMENITAN.** Singularem reperit Burmannus in numo Dorvillii: **TATPOMINITANAN.**, additque in commentario: *Dorice pro TATPOMINITANΩΝ.* Istud certo falso, nam nunquam Dores terminacionem  $\omega\pi$  genitivi pluralis in  $\omega\pi$  mutavere, nisi in nominibus declinationis I. et II. Quid quod Tauromenii gentile Graecum non fuit *Ταυρομενίταρος*, sed *Ταυρομενίτης*, vel *Ταυρομενίος*. Satis appareat, male a viro praeclaro lectam numi epigraphen, quod jam ex ipso numi iconismo colligi potest.

\* \* \*

*Caput Apollinis laureatum.* ☰ **TATPOMENITAN.** *Tripus*, vel *Lyra*. AV. AR. (Muf. Caef.) AE. II. III.

Numos hos eximius labor et metalum nobile commendant; quare jure arguimus, cum rarissimi sint aurei urbium numi, Tauromenium beatam et opulentam urbem fuisse.

\* \* \*

**ΑΡΧΑΓΕΤΑΣ.** *Caput Apollinis laureatum.* ☰ **TATPOMENITAN.** *Bos* cum facie humana, in aliis: *Taurus gra- diens*, aut *cornupeta*, in aliis: *Lyra*, in aliis: *Tripus*. AE. II. III.

*Αρχαγέτης*, *Dorice Αρχαγέτας*, idem

Graecis fuit, quod *auctor coloniae condendae*, atque hoc sensu Pindarus eundem Apollinem *Αρχαγέτα* dixit, quod auctor fuit Battus deducendae coloniae Cyrenes <sup>2)</sup>). Ad Apollinem Archegeten in Tauromenii numis quod attinet, is a vetere Naxo repetendus est docente istud Thucydide <sup>3)</sup>): *Graecorum autem primi Chalcidenses ex Euboca navigantes cum Theucu coloniae duce Naxum condiderunt, et APOLLINIS ARCHEGETAE aram, quae nunc extra urbem exstat, statuerunt.* Ejus aerae meminit etiam Appianus <sup>4)</sup>). Octavianus, inquit, *ad Archegetam appulit precatus deum, positis ibi castris oppugnaturus Tauromenium.* Est autem Archegeta Apollinis parva statua, quam primum dedicaverunt Naxii coloni missi in Siciliam. Ergo quemadmodum Tauromenitae in agros Naxiorum successere, ut supra ex Diodoro docuimus, ita et in jus sacrorum.

Taurus in his, aliisque Tauromenii numis obvius adludit ad nomen collis Tauri, quem novi incolae insederunt, et ad ipsum urbis nomen.

\* \* \*

**TATPOMENITAN.** *Caput Apollinis.* ☰ **ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.** *Tripus.* AE. II.

*Sine epigraphe.* *Caput Apollinis.* ☰ **ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.** *Tripus*, vel *dicta*. AE. II.

Pellerinius posteriores hos numos, cum fabricam in iis Cyrenaicam videret, tribuit insulae Libyae, quae Stephano *Απολλωνος νησος*, *Apollinis insula*, dicitur <sup>5)</sup>). Horum veram patriam designat numus praecedens, eosque Tauromenita-

1) L. XIV. c. 59.

2) Pyth. Od. V. 80.

3) L. VI. c. 3.

4) Bell. civ. L. V.

5) Rec. III. p. 29.

nis sine dubio vindicat. Apollo peculiari modo in hac urbe cultus, ut ex numis ipsis perspicimus, fecit, ut ea *κατ' ξέχην* Apollinis urbs diceretur. Pellerinii lapsum jam indicavit quidem Cl. Combius<sup>2)</sup>, at in hoc mihi cum viro praestante non convenit, quod in numero ex citatis primo concordiam Tauromenium inter et Apolloniam Siciliae intelligendam putat.

\* \* \*

*Caput Palladis. & TATPOMENITAN.*

*Pegasus volans.* AR. II. AE. II.

*Caput Palladis. & TATPOMENITAN.* *Noctua.* AE. III.

Horum prior Tauromenitas Corinthi, posterior Athenarum colonos facere videtur. Veteres Naxi incolas fuille Chalcidenses, in Naxo diximus, ejus post excidium exiles fuisse ab Andromacho Tauromenii collocatos, supra vidimus; at Chalcidenses Athenenium cognatos diserte facit Thucydides<sup>3)</sup>. Quid Tauromenitas cum Corintho sociaverit, hactenus ex veteribus nondum erui.

AV. AR. RRR. AE. C.

*HERMÆ.*

Vide *Himera*.

*REGES ET TYRANNI SICILIAE.*

*GELO.*

Natus apud Gelam patre Dinomene fratres habuit Hieronem, Polyzelum, Thralybulum. Scientiae bellicae et morum commendatione primum Gelenium;

deinde Syracusarum princeps evasit. Quo tempore istud potremus contigerit, minus exploratum. Si Dionysium Halicarnassensem audimus, jam tenuit Syracusas Olympiadis LXXII. anno II., qui respon-

2) Mus. Hunter p. 38. 3) L. VI. c. 6. b) Diodor. Lib. XIV. c. 78. e) L. XIV. v. 207.

det anno V. C. 263.<sup>3)</sup> At secundum Diomedum tyrannidem non adiit ante annum V. C. 269., quoniam is Gelonem exactis VII. regni annis mortuum statuit Olympiadis LXXV. anno III., qui est V. C. 276. Chronicon Parium regni occulti initium statuit V. C. 275. Sed horum dissensum componant chronologi, de quo vide Lydiatum<sup>e)</sup>, et Corsinium<sup>f)</sup>.

Gelonis factum maxime ad memoriam insignis fuit ingens illa victoria de Amilcare V. C. 274. relata, qui cum valido Poenorum exercitu Theronem foecrum suum, eumque Agrigenti tyranum Himerae obsecrit. Tradit Diodorus, caesa in acie una cum duce Amilcare hostium centum quinquaginta millia, qui supererant, aut coactos ad ditionem, aut naufragio perisse. Ea victoria aequiparata aut praelata etiam fuit illi, quam anno sequente apud Plataeas de Persis revulere Graeci, et Poenorum vires in longum tempus attrivit. At maximum Geleni decus a prudentia, justitia, moderatione accessit, quo factum, ut vivus nomen regium, mortuus heroicos honores a suis adipisceretur, et in omne aevum grata in Siculorum pectoribus ejus memoria duraret. Mortuus est V. C. 276 succedente fratre Hierone, cum liberis ipse careret. Vide Herodotum et Diodorum.

Uxor Damareta Theronis Agrigentini filia. Eam Gelo moriens Polyzeli fratris esse uxorem voluit<sup>g)</sup>. Hac conciliante eum Poeni aequas pacis conditiones a

victore Gelone impetrasset, bene de se promeritae C. auri talenta in coronam obtulere, quo ex auro cedendum numum curavit, qui ab ipsa *Damaratus* appellatus est. Haec Diodorus<sup>h)</sup>. Numi hujus Damareti non pauci meminerunt scriptores veteres, quos memorat Wesselingus ad citatum Diodori locum, neque defuere antiquarii, qui ex his indiciis in numeros Damareti inquisivere, at infelice, quod hactenus patuit, conatu, quorum ego territus vestigiis abstinendum satius duco, ne aut inane conjecturas reconviam, aut novas addam veteribus. Hanc syllabum bene longum qui comedere volet, adeat Havercampum<sup>i)</sup>.

### NUMI.

*Caput Geleni diadematum.* Χ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΤ. (*in aliis: ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ*) ΒΑ. ΓΕΛΩΝΟΣ. *vel:* ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΤ. ΓΕΛΩΝΟΣ. *vel:* ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ ΓΕΛΩΝΟΣ. *vel tantum: ΓΕΛΩΝΟΣ.* *Victoria in bigis.* AR. I. II.

*Caput Geleni diadematum.* Χ ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΤ. ΓΕΛΩΝΟΣ. *vel:* ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. ΓΕΛΩΝΟΣ. *Aquila infestens fulmini.* AR. II. III. Sic proditur epigraphe a Principe T. M., at in integerrimo musei Caesarei distincte legitur: ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΤ. ΓΕΛΩΝΟΣ. *in area BA.*

*Caput simile.* Χ ΓΕΛΩΝΟΣ. *Leogradiens.* AR. III. (Spanheim T. I. p. 547).

*Caput simile.* Χ ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΤ. ΓΕΛΩΝΟΣ. *in medio numi:* XII, AR. III.

Typus Victoriae adludit ad Gelenis insignem de Poenis victoriam, aquila et

d) L. VII. sub init.

e) ad chron. Parium p. m. 223.

f) Fast. Att. T. III. p. 169.

g) Schol. ad Pind. Olymp. B. v. 29.

h) L. XI. c. 26.

i) in Parot. p. 293. et 1015.

leo ad Jovis et Herculis cultum apud Syracuseanos receptum. Numus postremus, qui notas numerales Latinas exhibit, aenigma offert, quod solvere non tentat Princeps T. M., qui cimelium istud possidet. Similem argenteum, sed cum numero XIII, jam in Syracusarum moneta recitavimus. Hujus notae mentio redibit in sequente mox diatriba.

**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Caput regis diadematum.* ¶ *Leo gradiens, superne clava.* AE. II. In alio praeterea infra scriptum. **ΣΩΣΙΣ.** AR. II. (Pembrock Part. II. tab. 78.)

Judice Principe T. M. possunt hi numi tribui Geloni, quoniam caput in his propositum non differt ab eo, quod conspicitur in numis inscriptis ΓΕΛΩΝΟΣ<sup>k)</sup>, et confirmat hanc sententiam numus Gelonis supra e Spanhemio citatus, in cuius item aversa leo gradiens. Idem vir eruditus numum alterum similem, sed in cuius imo scriptum ΣΩΣΙΣ., Sofistrato tyranno tribuit, de quo Diodorus narrat<sup>l)</sup>, eum una cum Thynione Hicetae successoris, et dominatum fuisse Syracusis, subinde utrumque se Pyrrho dedidisse. Ejus praeterea caput hoc numo exhiberi iterato tuerit<sup>m)</sup>. Verum hic Diodoro non scribitur Σωσιγενος, sed Σωσιατος. Potiore igitur jure tribuendus esset Sofistrato illi, qui Agathoclis tempore principatum Syracusis aliquamdiu tenuit<sup>n)</sup>. Non repugno, nomen ΣΩΣΙΣ. posse ipsum hunc Sofistratum notare, at caput numi non

esse ejus, sed certius Gelonis, perinde ac in numis aliis similibus, patebit ex iis, quae continuo de aetate numorum Gelonis differantur.

AR. RR. AE. C.

*Do aetate numorum Gelonis, Hieronis, Theronis.*

Vt Gelonis, ita et fratri Hieronis, et socii Theronis Agrigentini existant numi paucissimi cogniti. Eos principibus ipsis esse coaeuos, omnes hactenus, quod normi, majorum gentium antiquarii statuerunt, dempto Spanhemio, qui per causam, quam mox commemorabimus, eorum multos serius memoriae causa percussos constituit<sup>o)</sup>. Fecit tot illustrium virorum auctoritas, ut diu animo haererem suspenso, dum denique urgentibus argumentis gravissimis poshabendam ratus quantamcumque auctoritatem auderem adserere, omnium horum trium nummos hactenus cognitos non esse iis ipsis synchronos. Quod antequam argumentis, ut spero, solidis comprobatum eam, praeponendum, Gelonem deceplisse V. C. 276., Hieronem V. C. 287., Theronem utriusque convixisse.

I. Argumentum primum ab artis causis duco. Horum fabrica numorum tam venusta in plerisque est, et stylus picturae tam ad recentioris artis leges exactus, ut credere nullo pacto possim, illa eos aetate, non quidem elegantium artium rudi, tamen ad eam perfectionem nondum erecta fuisse percussos. Stylus ejus saeculi durior ac rigidior, destitutus ille-

k) Aggiunte p. 42.

l) Eclog. XXII. 7. 10.

m) Aggiunta V. p. 36. Sicil. num. Tab. CII.

n) Diodor. XIX. 3.

o) T. I. p. 545.

cebris iis, quas in saeculi ab V. C. quinti artefactis demum reperias, satis cognitus est ex numis Zancles, Messanae, Regini, quos esse saeculi III. indubitatos partus, et ipsi Geloni coaevos suo loco monimus. Hos si cum horum regum numis contendas, patebit suapte discrimen, quod omne continuo possit dubium eximere, sintne iis, quorum effigies praferunt, synchroni habendi, et mirabere, potuisse etiam hos numos, quod ab omnibus fere hactenus factitatum, pro antiquissimis venditari, quos nobis antiquitas reliquit superstites, quod certe erunt, si fuerint principibus, quorum nomina sustinent, coaevi.

II. Alterum argumentum non minus firmum ex ipsa epigrapha capio. Sequitur haec eandem legem, et ipsae literae eandem formam, quam duobus cum dimidio saeculis serius videmus obtinere in numis Hieronymi aliisque synchronis. Videre etiam in omnibus his est literam Ω, cuius repertor Simonides etli telle marmore Arundeliano jam Gelonis aetate, et telle Cicerone Hieronis L aetate vixit, et cum hoc est philosophatus P), tamen cuperem videre aevi Gelonis monumentum certum sive numum, sive marmor, in quo receptus extaret novicius is character. Syncronos sane non invitus crederem, si, ut in vetustissimis urbium numis legitur MESSENION, RECION, HIMERA, CELAΣ, sic in his legeretur etiam scriptura recta vel retrograda CELONOS, HIERONOS, THERO, SVRAQOSION, pro ΓΕΛΩΝΟΣ, ΙΕΡΩΝΟΣ, ΘΕΡΩ, ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ. Atque ut demus, obtur-

bare non posse elementum Ω, quod, ut fertur, Simonides coaevis in alphabetum invexit, at is nequaquam Σ in Σ, et R in P, et C in Γ immutavit, cuius metamorphosis ratio a solo usu et libidine Graecorum ~~receptiorum~~ petenda. Confer, si lubet, inscriptiones MESSENION, RECION, quas apud Messanenses et Reginos extremo Gelonis tempore valuisse, satis in Messanae numis comprobavi, et literarum omnes apices cum iis, quos controversi hi numi offerunt, et tum audentiam illis, quantam praetendis, aetatem tribuere. Habuit saeculum quodvis ante Christum natum propriam sibi scribendi legem et elementorum formam non minus atque saecula post Christum natum. An veniam mereberis, si voles codicis manu exarati natales ad saeculum X. referre, quem literarum forma esse saeculi XIII. partum evincit? Video, his, quae modo dixi, aperte repugnare numos omnino quinque, quos Princeps T. M. confertos proponit tabula XCVIII. n. 11.—15. in quorum una parte scriptum ΓΕΛΑΣ, in altera ΙΕΡΩΝ, vel ΙΕΡΩΝΟΣ, literis nequaquam veteriae ejus formae, qualem in Gelonis Hieronisque moneta exigo, sed ejus, qua Hieronis II. et Hieronymi numi solent insigiri, et tamen numos hos recte Hieroni I. tribuit Princeps eruditus, quoniam conslat, Gelonem adito Syracusarum principatu Gelonem Hieroni fratri commisisse. Fateor, me principio numis his, qui sententiae meae plane adversantur, non leviter fuisse connotatum; at cum deinde yiderem, eos

p) de nat. deor. L. l. c. 22.

ad unum omnes a laudato Principe ex Paruta, ab hoc e Goltzio citari, ipse vero a me consultus adserat, nunquam sibi horum similem per musea Sicula conspectum, neque ego horum aliquem in meliorum museorum catalogis descriptum reperi, coepi respirare, et numos hos omnes inter solita Goltzii figmenta referre, quod qui mecum facere nolet, is quoque verisimile profiteatur, numos id genus quinque conspectos Goltzio, quin vel unicum videre licuisse Principi T. M., qui in rimandis numis Siculis, et in Sicilia quidem ipsa vitam exegit.

III. argumentum est Spanhemii negantis, synchronos esse omnes eos Gelonis et Hieronis I. numos, qui eorum, quos praeserunt, capita diademate redimita exhibent <sup>q)</sup>. Lubet argumentum istud, quoniam ad praesentem causam multum facit, copiosius additis etiam meis observatis illustrare. De hoc regum diademate Justinus <sup>r)</sup>: *Post haec Alexander habitum regum Persarum et diadema, insolitus ante regibus Macedonicis — — adsumit.* Ejus successores regnum inter se partitos non modo usurpasse nomen regium, sed Alexandri exemplo diadema quoque, numeri affatim docent. Quod ad hoc capitum ornamentum attinet, diversa in Sicilia lex valuit, quam gravissimorum duorum auctorum testimononia stabilunt. En primum Diodori <sup>s)</sup>: *Agathocles, ait, cum principes jam memoratos (Alexandri duces) diadema sumpsisse audiret, quod se nec copiis, nec terrarum amplitudine,*

*nec rebus denique gestis inferiorum duos ret illis, se quoque regem nuncupavit, diadema tamen usurpandum non censuit.* Alterum Livii, qui cum degenerem ab avi Hieronis II. moribus Hieronymum notaret, haec memorat <sup>t)</sup>: *nam qui per tot annos Hieronem, filiumque ejus Gelonem nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes a ceteris civibus vidissent, conspexore purpuram ac diadema ac satellites armatos etc.* Ergo diadema res fuit hactenus in Sicilia insolitus et sinistri in vulgus ominis. Nam si Gelo Hieronius usi sunt diademata, cur post haec exempla Agathocles, qui sibi aliis in rebus nihil vetitum putavit, abstinentem tamen sibi illo censuit? aut cur istud non feredum Siculis in Hieronymo visum, si jam suetum priorum regum gestamen fuit? His igitur causis inductus recte arbitratus est magnus Spanhemius, numos omnes Gelonis et Hieronis, in quibus diademata eorum videntur capita, ad memoriam superiorum temporum a Syracusanis elegantiarum omnium studiosis fuisse signatos. At, inquires, si diademata usi non sunt, cur eo cultu in numis etiam post obitum cisis proponuntur? Istuc ibam. Eodem ajo modo, quo videmus in numis gentium Calpurniae et Marciae Numam et Ancum diademata revinctos, quo certe uterque rex usus nunquam fuit. Sane Justinus loquens de Romulo ejusque successoribus diserte tradit <sup>u)</sup>, per ea adhuc tempora reges hustas pro diademata

q) T. I. p. 545a  
u) L. XLVI. c. 3.

r) L. XII. c. 3.

s) L. XX. c. 54.

t) L. XXIV. c. 5.

et refert Dionyfius Halic.<sup>x)</sup>, Tarquinium Priscum et successores reges corona aurea sibi a victis Etruscis oblata usos. Alibi praeterea sceptra iis addidit,<sup>y)</sup>, alibi totum ejus aetatis apparatus regium commemorat<sup>z)</sup>. Huc refer vetustissimos reges Aleum et Minoa diademas quoque in numis Tegeae Arcadiae et Cnossi Cretae, quo tempore nullus sane fuit diadematis usus. Nimirum posteri Romani Graecique, atque eodem exemplo Siculi ad praesentis aetatis mores priscorum regum cultum exegere, quia quo tempore numi hi, qui eorum memoriam revocare debebant, perculsi sunt, diadema insigne fuit, quod fere unum reges discrevit. Verum, objicit Princeps T. M., qui hanc Spanhemii sententiam graviter impugnat<sup>a)</sup>, habemus in numis etiam diademata Dionysii et Agathoclis capita, ergo et invitis Diodoro et Livio fateri cogemur, reges Siculos hoc capitis cultu usos; nam quis sibi unquam persuaserit, ntriusque hujus regis memoriam a posterioris Siculis renovatam, quem propter immanem crudelitatem, qua uterque supra quam credibile est, infamis fuit, potius sunt detectati. At quaero, in quibus numis vir eruditus diademata haec Dionysii et Agathoclis capita vidi? Respondebit ipse: in Golzianis. Quod si demus etiam, eos revera existare, et non more Golziano confictos, nam Agathoclis numum Golziano similem vidisse se in Sicilia, sed nullo pacto obtainere potuisse, testatur ipse<sup>b)</sup>, tamen et his verisimile est eosdem a Siculis honores postumos non fuisse nega-

tos; nam eti infame eorum in factis Siculis propter immanitatem nomen fuit, tamen propter insignia in bello facta, tum et magnificentiam vitae magnam sunt laudem et claritatem adepti, quin, quod maxime hic facit, in ipsa etiam patria monumentis publicis cohonestati. Telle Cicerone<sup>c)</sup> Syracusis in templo Minervae pugna erat equestris Agathoclis regis in tabulis picta praecclare, — nihil erat ea pictura nobilis, nihil Syracusis, quod magis visendum putaretur. Et paullo infra, Verres viginti et septem praeterea tabulas pulcherrime pictas ex eadem aede sustulit, in quibus erant imagines Siciliae regum ac tyrannorum, quos non solum pictorum artificio delectabant, sed etiam commemoratione hominum et cognitione formarum. Nemo credo dubitabit, in horum numero fuisse quoque Dionysium et Agathoclem, et quantumcunque ab immanitate notati, fuere tamen Syracusis in sacra aede publice propositi, et eorum cum commemoratione, tum formarum cognitione delectabantur Syracusani. Qui sic priscorum tyrannorum memoriam coluere, an incredibile videbitur, eorum etiam in numis restitutas imagines?

IV. Ex regum Syracusanorum, qui Gelonem et Hieronem consecuti sunt, numis satis appareat, non fuisse principibus aut permisum, aut attentatum, ut numeros sua imagine signarent, credo, quod istud nimis invidiosum, minusque popolare haberetur. Eorum copiosam monetam omnem perlustra, et nonnisi bina exempla contrarium docentia in Diony-

x) L. III. c. 62. y) L. IV. c. 74. z) L. V. c. 35. a) Inscript. Sicil. in proleg. p. LIV.

b) Sicil. num. p. 98. c) in Verr. L. IV. c. 55.

sb et Agathocle reperies, sed quae tamen admodum esse suspecta continuo monui, et monebo in numis Agathoclis. Anullo modo verisimile, reges hos, quorum plerique multa audacter, multa impudenter et citra majorum exempla tentaverant, temperaturos sibi fuisse a publico hoc et tum in aliis regionibus passim recepto regiae potestatis testimonio, si potuissent se se praecedentium principum exemplis tueri? Et Agathocles quidem, qui Alexandri successorum secutus institutum in regium nomen involavit, abstinuit tamen, secus atque illi fecerunt, non diademate modo, sed et imaginis suae in moneta ostentatione. Perrupit hos obices postremi Hieronymi violentia, qua id fortuna sua, in ejus numis dicetur. At si non licuit principis vivi imaginem proponere, licuit tamen mortui, eodem instituto, quo Romani viros reip. suae illustres poss obitum regis inferueret, et quod sequitur, omnes reges Siciliae et Hieronis numi non vivis, sed vita mortis gratae memoria causa sunt dedicati.

V. Numus Gelonis, quem postremum recitavi, exhibit luculentas notas XII. Eas esse Graecas, existimat Princeps T. M., sed ad eas explicandas ariolum requirit. Dedimus jam similes notas in moneta Syracusanorum et Mamertinorum, et esse arithmeticas ex Romanorum numerandi legé captas conjeci. Itud si verum, mirum utique, quo pacto Gelonis aetate arctis adhuc Romanorum rebus, foris certe plane ignotis, Romana elementa in Siciliam trajecerint. Quare numi similes

recentius aevum, utriusque gentis communioni magis idoneum postulant.

VI. et postremum argumentum sufficit metallum. Horum aetate vix alios numeros quam argenteos signatos fuille ipsi Siciliae urbium numi abunde eloquuntur. Sane vix extant aenei, aut, si extant, sunt rarissimi, qui per certa indicia Hieronis I. aevo possint haberi idonei. At plerique hujus Hieronis numi, qui caput diadematum offerunt, tum vero cogniti omnes Theronis numi sunt aenei. An vero credibile, in ordinarium urbis monetam impensum argentum, at in monetam principum metallum vilius? Serius promiscue signatos cum argenteos, tum aeneos, exemplis obviis docemur.

Haec latius exponere necessarium cum primis duxi, non modo, ut eo verum monetae veteris criterium perficiatur, verum etiam propter ipsam artis veteris historiam. Nam hactenus cum de arte Siculorum hoc aevo agebatur, ad numeros etiam provocatum semper est, ex quibus undam tuba reminisce Winckelmanum<sup>4)</sup>. At eruditus Datus Anglus ex elegantia numerorum Gelonis probare agressus est, artes in Sicilia duobus saeculis citius, quam in reliqua Graecia flouruisse<sup>5)</sup>, quin eas in hoc tractu 550. annis ante Christum ad summam perfectiōnem promotas<sup>6)</sup>, cumque persuasum sibi esset, numos Gelonis nomine insignes ei esse principi coaeuos, evidens esse, ait, jam Gelonis aetate rationem scripturac dextera versus finistram progredientis penitus fuisse abolitam. Non hic praetereun-

d) H. R. art. T. II. p. 387. ed. Dresd.

e) Explic. de quelq. med. praeſ. p. XI

f) p. 108.

dum, auctorem operis Lipsiae editi, cui titulus: *Catalogue raisonné d'une collection de Médailles, similibus, quod possit observaveram, argumentis praetensam horum humorum senectutem impugnasse, quod monete visum, ne quid praeclaris auctoris, qui ante me similia scriperat, laudi detrahatur.*

#### HIERO I.

V. C. 276. aut secundum chronicon Parium 282. mortuo fratre Gelone Syracusis regis nomine praefuit, semel in ludi Olympicis, ter in Pythiis victor, quas victories celebravit Pindarus. Naxios et Catanenses sibi de fide suspectos in Leontinos translulit, Catanamque novis auctam incolis Aetnam appellavit, cumque haberi ejus conditor vellet, Aetnae sibi nomen indidit, quo etiam nomine a Pindaro in Pythiis compellatur. Agrigentinos relata insigni Victoria de Thrasudaei Theronis F. tyrannide liberat. Post multa praeclare, multa etiam avare et crudeliter facta, virtutum commendatione Gelone multo inferior apud Aetnam spem moritur V. C. 287. relictio fratri suo Thrasybulo principatu, sed quem Syracusani anno mox sequente urbe pepulere, institutis propterea Eleutheris, ut dictum in numis Syracusarum.

#### Criterium inter numos Hieronis.

##### I. et II.

Paruta ejusque sequaces, dum inter utriusque Hieronis numos distinxere, suntne in eo discriminé certam aliquam, et in qua tuto aquiescere liceat, rationem secuti? Audiamus quaestiónis arbitrum, quo nemo hactenus diutius accuratiusque, nemo amplioribus instructus prae-

diis monetis Siculam investigavit, Principem T. M. Habeto ejus oraculum in Auctario V. pag. 38. sic propositum: *Mo- legium semper negotium agent antiquarii, cum definire volent, utri ex binis Hieronibus, qui Syracusis regnavere, tribuendi numeri ΗΕΡΩΝΟΣ nomine insignes. Eos Paruta, et qui in hunc commentarij sunt, recte diremisse sibi plane persuaserunt, in quorum deinde sententiam omnes it, qui id genus numos edidere, pedibus iverunt, cui ut continuo subscribere non possum, placet tamen adhaerere receptae quicunque opinioni etc.* Ergo eo ipso judice ratio sat is idonea, quae utriusque numos discerneret, reperta nondum est.

Si quid usus et experientia in re numismatica valent, credo si quod foret inter utriusque numos discrimen, illud ab ipso inter utrumque regnantem temporis intervallo fore dictandum. Desinunt numi Hieronis I. cum anno V. C. 287., quo is mortuus est, et incipiunt numi Hieronis II. cum anno circiter V. C. 489., quo hic regnare coepit. Ergo inter postremos numos Hieronis I. et primos Hieronis II. solida saecula duo intercedunt, quin quoniā Hiero II. annos L. regnavit, primi Hieronis I. numi a postremis Hieronis II. annis CCLXIII. distant. His constitutis omnes appello palaeographiae et artis veterum peritos, fueritne aliquod olim imperium, vel regnum, vel populus, cuius moneta spatio duorum saeculorum, et quod excedit, adeo sibi constitisset, ut nihil interea sive spectata literarum forma, sive typis, sive picturæ modo esset immutatum? An non singulorum saeculorum numi suum. velut chara-

cterem habent? An non facile et vel ipsis tironibus obvium discrimen est inter numeros Julii Caesaris, et Sept. Severi, vel Seleuci I. et postremorum Antiochorum, vel Archelai et Persei? quod discrimen inter utriusque Hieronis numos tanto esse evidentius oporteret, cum ipsa veterum monumenta palam faciant, tempore, quod inter utrumque intercessit, tam literarum Graecarum formam, quam artis modum multum fuisse immutatum, quod in vulgus notum probare hoc loco non attinet. Ergo ut ad Hieronis monetam revertar, eum in numis omnibus cum epigraphe ΙΕΡΩΝΟΣ, quorum pars veteri illi, pars posteriori Hieroni vulgo tribui solet, eadem fit literarum forma, eadem sculpturae ars, adseri nullo pacto potest, horum illorumve natales duobus saeculis et amplius distare.

In dissertatione proxime praecedente duo demonstraveram, et quidem ad articulos I. et II., ex fabrica et characteribus, qui recentioris sunt manus, arguebam, nullum ex cognitis hucusque numis ΙΕΡΩΝΟΣ nomine notatis esse Hieroni I. coaevum. Ad articulos III. et V. probavi insuper, numos, in quibus caput diadematum fingitur, vel propter ipsum hoc diadema, et quod regum viorum imagines in numis signari non consuevere, Hieroni I. coaevos esse non posse, et nonnisi serius memoriae causa percussos. Atque eaedem rationes evincunt, coaevos esse non posse Hieroni II., sic ut hoc capite idem hic rex expressus intelligatur, quanquam quid vetat dicere, eos ab Hieronymo in avi Hieronis II. memoriam signatos, propositumque ejus

caput ornatum diademate, quo minueretur invidia diadematis sui, quod ipse nullo exemplo usurpavit? Quod ut in utramque partem potest disputari, ita istud ex causis cum hic, tum praecedente diatribe adlatiss indubitatum est, numos inscriptos ΙΕΡΩΝΟΣ, cum nullum in iis effertur regis caput, esse Hieronis II., ei que coaevos. Secundum has leges sic de his numis senser:

Hieronis I. numi sunt, qui caput diadematum exhibit, quos adeo memoriae causa signatos ajo, et si, ut ajebam, non solum pertinacius repugnare iis, qui signatos ab rege Hieronymo in avi Hieronis II. memoriam volent contendere.

Hieronis II. certe sunt ii omnes, qui quibuscumque aliis typis, tamen regis capite insigniti non sunt.

#### *Nomi Hieronis I.*

*Caput regis diadematum. Ξ ΒΑΣΙΛΕΟΣ. ΙΕΡΩΝΟΣ. vel tantum ΙΕΡΩΝΟΣ. Victoria in quadrigis. AR. I. ΑΕ. I.*

*Caput regis diadematum, in aliis laureatum. Ξ ΙΕΡΩΝΟΣ. Vir galeatus equo decurrens, d. hastam. ΑΕ. II.*

Vt prioris generis numi rarissimi sunt, ita alteri hi obvii. Sunt, qui existiment, proponi in his posterioribus Hieronem vectum Pherenico suo, quem saepius victorem aliquoties carminibus suis celebrat Pindarus.

Numi alii a Principe T. M. citati, in quibus hinc ΓΕΛΑΣ, inde ΙΕΡΩΝΟΣ legitur, sunt Goltziani, ut dixi supra in dissertatione ad Gelonis numos.

AR. RRR. ΑΕ. C.

*DIONYSIUS.*

Anno LX. post exactum Thraſybu-

K k

(f. v. I.)

lum Gelonis fratrem V. C. 348., aut, ut visum Corsinius<sup>g)</sup>, V. C. 346: novus Syracusis tyrannus exortus est Dionylius Hermocratis filius annos natus XXV. Varia cum urbibus Siculis, Italicis, cumque Poenis bella varia fortuna gessit, homo ipse varius, superbus, et metu infidiarum crudelis. Mortuus est V. C. 386. reliquo filio Dionysio successore.

#### DIONYSIUS II.

Dionysi I. filius patri; ut dictum, mortuo in Syracusarum principatu succedit. Propter temulentiam et morum ferociam, qua patrem superavit, aliquoties urbe pulsus atque iterum receptus, spretis Dionis, quemque bis e Graecia acciverat, Platonis praceptoris, cum furorem intenderet, tandem matre Corintho filiae suppetias ferente a Timoleonte Syracusis ejicitur V. C. 411., delatusque Corinthum, qua in urbe literas docuisse pueros post alios refert Cicero<sup>h)</sup>, vitam in egestate exegit.

#### Numi DIONYSII nomine inscripti.

Vtrum vere existent numi Dionysii nomine notati, justa quæstio. Operae pretium, omnes ejus generis hactenus editos singillatim in examen vocare.

**DIONYSIOT.** *Equus dimidius sa- liens, quem volans superne victoria coro- nat, juxta triquetra et hordei granum. X Epigraphe Punica. Palma arbor.* AR. L. (Goltz.)

*Alius similis, sed pro epigraphe ΔΙΟ- ΝΤΣΙΟΤ literæ Punicae, et abest trique- tra.* AR. I. (Barthelemy B. L. T. XXX, p. 427.)

Numum priorem dixi ex Goltzio captum. Tantam ergo meretur fidem, quantam auctor. Non nego existere hunc numum, nam numus alter eidem similius, quem loco IL recitavi, telle Barthelemyo<sup>i)</sup> revera exstat in museo regis Galliarum. Sed inter utrumque istud interest, quod in Goltziano expressum legatur nomine regis ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ, in Barthelemyano pro hoc inscriptae comparent literæ Punicæ.

Fecit ergo Goltzius, quod toties alias fecisse est compertus, ex numo probatae fidei numum mendacem, literas Punicas in ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ nomen mutando, atque ut tanto certior evaderet Djonylius Syracusarum tyrannus, astute triquetram apposuit, quae in similibus genuinis aliis abest. Nemini velim imponat, quod ait Princeps T. M.<sup>k)</sup>, numum cum nomine ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ exstare in museo regis Galliarum advocate, telle Barthelemyo. Verum quidem est, euñdem numum loco, quem supra citavi, ab eruditō hoc Gallo aeri incisum sisti; sed addit is etiam, eum a se ex Goltzio captum; quem vero ibi ex museo regio conjunxit, caret ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ vocabulo, et est totus Punicus. Ex quo facile quisquis intelligat, Goltzianum hunc numum partim esse verum, partim falsum, verum, quatenus numi similes, sed inscripti Punice, sunt signati, falsum, quatenus alienae linguae epigraphe fuit inserta. Antiquarii non pauci alteros hos numos Punicos inscriptos non dubitarunt tribuere Dionysio, quia eos simillimos viderunt numo Goltziano, qui

g) Faſt. Att. T. III. p. 257. h) Tusc. quæſt. L. III. c. 12. i) l. c. k) Sicil. num. p. 97.

Dionysii insuper nomen additum offert. certissimum Sidetum Pamphyliae numum. Praestabat, negata Goltzio fide, eos, quod revera sunt, in moneta mere Punicca putare.

Goltziano simillimum alium, adfinito etiam ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ nomine, proposuit Princeps T. M.<sup>1)</sup>, testatus in commentariis, eum numum penes se esse. Si istud, fidem utique omnem merebitur Goltzii, cimelium ejus viri auctoritate confirmatum. At enim consultus a Neumanno per literas Princeps humanissimus, sitne Dionysii nomen tam nitide in eo expressum, ut dubitandi locus non sit, respondit, primas literas ΔΙΟΝΤ. una cum numi extrema ora excidisse, sextam Σ esse evanidam, tres postremas ΙΟΤ. esse fatis nitidas. Nemo ergo non videt, Goltzii causam a numo usque adeo vitiato parum prospere juvari, et satis appetat, numum hunc in eandem Punicorum classem esse conferendum.

*Caput regis diadematum. Χ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ. Victoria gradiens d. lauream porrigit, s. palmae ramum, in area triquetra. Ε. II.*

Produxit Goltzius, atque ex hoc Paruta, aliisque. Ejus numi fides alterius autoptae testimonio non nititur.

*Caput Palladis, pone triquetra. Χ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ. Victoria gradiens d. lauream porrigit, s. palmam, in area malum Punicum. Ε. II.*

Goltzianus hic quoque, ex quo si epigraphen cogitatione auferas, en tibi

certissimum Sidetum Pamphyliae numum. In eo exemplari, quod ob oculos habuit Goltzius, aut vitiatum aevo fuit vocabulum ΣΙΔΗΤΩΝ, aut semper abfuit; pro hoc igitur regis Dionysii nomen intrusit, et addidit praeterea triquetram, ut tanto certius esset numus Siculus habendus; quanquam haec neque Pamphyliam fastidiat, ut constat ex ejus tractus numis. Malo autem Goltzii fato evenit, ut ejus aetate nondum essent cogniti Sidetum numi, cuius insigne perpetuum fuit malum Punicum. Si imposuit sui aevi hominibus, nobis non item. Similem fraudem dictabat numus sequens.

\* \* \*  
*Caput Martis galeatum barbatum, infra triquetra. Χ ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ. Caput equi, juxta spica et Σ. AV. (Goltz.)*

Idem numus est etiam in museo Cae- fareo, nisi quod argenteus est, et scriptum ROMANO eodem loco, quo in Goltziano legitur ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ, et quod absunt triquetra et Σ. Ei geminum etiam edidit Neumannus<sup>2)</sup>. Ex quo patet, regis Siculi nomen in hunc numum ex Goltzii ingenio fluxisse, nam hic unus eum sic inscriptum, tum et aureum, nam genuini ex argento sunt, hactenus vidit, et habemus vel in una Dionysii moneta tertium istud exemplum monetae probae infeliciter corruptae.

\* \* \*  
*ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ. Caput Herculis juvenis leonis exuvia tectum. Χ Aquila leporum depascens. Ε. III.*

Numus hunc Princeps T. M. Dio-

1) Sie. num. tab. C. n. 3. 2) Num. pop. p. 69.

nygio juniori confidenter tribuit propterea, quod juvenilia sunt vultus lineamenta, et multum diversa ab iis, quae numus a Paruta ex Goltzio editus, quem supra descripsi, Dionysio seniori tribuit. Conjectura haec, praeterquam quod Goltzii auctoritate nititur, elevatur etiam propterea, quia causam non video, cur, quod manifestum videtur Herculis caput, regis potius sit statuendum. Ceterum quod erudit Principis opinioni plane videtur obstat, sunt in museo Caesareo numi duo simillimi, sed in quorum antica supra Herculis caput aliud non lego, quam ΔΙΟΜ vel ΔΙΟΝ., at in aversa luculentum KPO. Horum unum olim edidi in meis Numis veterib. Tab. IV. n. 3. Ut ergo numi hi certe sunt Crotonis, sic et eodem haud dubie pertinet praetenitus hic Dionysii numus, et vocabulum ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ., et si forte plene perscriptum legatur, aliud non est, quam Crotonis magistratus.

Alium nuper princeps T. M. in Autario II. ad Sicil. numism. tab. IX. Dionysio tribuit: *Equus dimidiatus saliens, infra ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ. Ξ Vas monogram.* Verum numus hic est unus ex numis obviis Cyunes Aeolidis, in quibus varia magistratum nomina infra equum scripta comparent, in quorum numero est etiam hic Dionysius, longe a Siculo illo tyranno diversus.

Ergo hactenus certam Dionysiorum Siculorum monetam non habemus. Si

quam qui cupiunt, illi aut numis suspectis dubiisve, quos modo descripsi, auctoritate sua fidem concilient, aut novos, quibus fidem habere possumus, reperiant.

#### AGATHOCLES.

Natus patre Carcino figulo apud Thermas, incertum, an Himeraeas, an Selinuntias <sup>n)</sup>, cui cum non adrideret rerum status, qui ibi tum erat, cum filio puero Syracusas se contulit. Cum hic adolevisset, partim commendatione formae, partim quod in eo consilium inesse visum magnarum rerum capax, ad varios primum reip. honores admissus, ipsam deinde tyrannidem invadit V. C. 437., anno XXVI. ex quo Syracusae in libertatem a Timoleonte restitutae fuere. Multa primum cum Siculis urbibus bella gerit, verum cum Poenos quoque irritare auderet, ab his Syracusis obsidetur. In arctum redactus consilium capit audax fane ac temerarium. Nam Syracusis cum classe elapsus bellum in Africam transfert, victisque insigni Victoria Poenis, multisque jam captis urbibus Carthaginem ipsam terrore complet. Verfa fortuna rebusque in Africa desperatis Syracusas clam evadit deserto ac prodiit turpiter exercitu. Tandem oblato lepto veneno, gravissimo correptus morbo soluta in putredinem carne moritur V. C. 465. aetatis LXXII. tyrannidis XXVIII. crudelitate, perfidia in socios juxta et hostiles, impietate in deos hominesque nullo tyrannorum inferior <sup>o)</sup>. Lucianus in Macrobii vixisse eum annos XCV. perhibet, quod nemini persuaserit.

n) D'orville Sicul. p. 81. o) Diodor. Eelog. L. XXI. c. 12.

*Nani Agathoclis absque REGIS nomine.*

*Caput muliebre elephanti exuvii te-*  
*ctum. Χ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ. Pallas instar*  
*Victoriae alata d. hastam vibrat, s. cly-*  
*peum, pro pedibus noctua. AV.*

Insignis hic et unicus, quod constet, musei Caesarei numus praeclarum argumentum continet ex Agathoclis historia petitum. Refert Diodorus ad annum V. C. 444. <sup>p</sup>), Agathoclem bello Africano intentum cum consternatos suos propter hostium numerum videret, compluribus per castra locis emisisse noctuas ad hoc praeparatas, quae per agmina volitantes dum clypeis galeisque insident, pro felici augurio a singulis habitae sunt, quod sacrae Palladi aves credebantur. Quo commento ad fiduciam conversos milites insignem reportasse victoriam. Alas Minerva in hoc numo insolentius adfixit, sed suo tamen jure. Nam Αθηνα Νίκη, *Pallas Victoria*, eximie ab Atheniensibus observata est, ut tradidere Harpocratian et Suidas <sup>q</sup>), ac propterea additae etiam aliae, ut testatur Euathathius <sup>r</sup>), et fabula non modo Victoriam aureis aliis ornavit propter insignem ejus honorem, et ut ita dicam, ejus sublimior volatum, sed et cum Pallade eas communicavit, ut ostendit ille, qui scripsit: *Pallas Victoria*. Vere igitur de Pallade dixit Ariades <sup>s</sup>): haec sola omnium deorum dearumque non cognomen habet. Victoriae, sed ipsa dicitur Victoria. Et vero alatam Palladem non solum hic facit numus, sed etiam numi varii Grae-

carum urbium, ac praecipue Neae insulae, et ipsi etiam Romani, de quibus vide Prolegomena ad numos familiarum capite X. Caput anticae elephantinum Africam indicat, qua in regione acta fabula.

**KOPAΣ.** *Caput Proserpinæ spicis coronatum. Χ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ. vel: ΑΓΑΘΟΚΛΕΙΟΣ. vel: ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΤΣ. Victoria d. malleum, tropacum statuit. AR. I. Ε. II. etiam AR. mixti.*

Obvii sunt id genus numi. Proserpinam dictam Κορεαν, ejusque celebrem Syracusis cultum testatur Diodorus <sup>t</sup>). Habet Proserpina, inquit, consecratum sibi magnum in agro Syracusano fontem, qui Cyane vocatur. Plutonem enim fabulantur, cum raptam Coren prope Syracusas deportasset, rupta illic terra ipsum quidem cum ea ad Orcum descendisse, sed fontem Cyanas nomine tum produxisse, ubi folennem quotannis panegyrin celebrant Syracusani. Similia refert Cicero <sup>u</sup>). KOPA dicitur Proserpina etiam in numis Cyzici. Aversae typus ad quampiam Agathoclis victoriam pertinet.

De varie scripto in his numis Agathoclis nomine egimus in prolegomenis ad numos Siciliae.

*Numi Agathoclis cum REGIS nomine.*

De adscito regis nomine haec Diodorus ad annum V. C. 447. <sup>v</sup>) *Agathocles cum principes memoratos (Alexandri duces) diadema sumpsisse audiret, quod se*

<sup>p</sup>) L. XX. § 11. <sup>q</sup>) in Νίκη Αθηνας  
<sup>q</sup>) L. V. c. 4. <sup>v</sup>) in Verr. L. IV. c. 48.

<sup>r</sup>) ad Iliad. Δ. <sup>s</sup>) orat. in Pallad.  
<sup>x</sup>) L. XX. c. 54.

*nec copiis nec terrarum amplitudine, nec rebus gestis inferiorem illis duceret, se quoquo REGEM nuncupavit, diadema tamen usurpandum haud censuit.* Diodori orationem confirmant numi, in quibus jam simpliciter ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ, jam ΒΑΣΙΛΕΟΣ. ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ compellatur, estque hic Agathocles primus ex Siciliae regibus, quem numi synchroni regem appellant. Demetrius apud Plutarchum <sup>y)</sup> recenset illos, qui ea tempestate regis nomen sibi adrogabant, nimirum se patremque Antigonum vere reges esse, at ridiculos esse reges Seleucum elephatorum magistrum, Ptolemaeum classis praefectum, Lysimachum a thesauris, Agathoclem Siciliae rectorem.

\* \* \*  
*Caput Palladi. Χ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ. ΒΑΣΙΛΕΟΣ. Fulmen. AV.*

Numi hi elegantis sunt fabricae. Idem utrinque typus frequens est etiam in moneta Syracularum.

\* \* \*  
*ΣΩΤΕΙΡΑ. Caput Diana. Χ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ. ΒΑΣΙΛΕΟΣ. Fulmen. AR. II. Έ. II.*

Eosdem etiam utrinque typos habes in numis Syracularum, quo loco eos explicatos reperies.

*Nodus Agathoclis suspectus:*  
*Caput regis diadematum. Χ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ. Victoria d. malleum, tropaeum statuit, juxta triquetra. AR. II.*

Primus hujus numi praeco Goltzius, ex quo in aliorum deinceps opera receptus est. Vetus repugnat diserto Diodori te-

simonio mox citato, adserentis, regium quidem nomen usurpare Agathoclem, at non diadema. In hoc numo contraria omnia, adeo diadema, abeo nomen regis. Vide plura hac spectantia in dissertatione Gelonis numos consequente ad numeros III. et IV. Accedit, quod in hoc numo bene crinitus singitur, qui tamen teste eodem Diodoro <sup>z)</sup> propter hanc deformitatem coronam gestare est solitus. Non morarer numum hunc vel ideo, quod Goltzianus est, sed me suspensum reddit auctoritas Principis T. M. adfirmantis, vidisse se olim hunc ipsum numum penes quemdam Messanensem aurisicem, a quo nullo pacto habere potuit <sup>a)</sup>. Si igitur genuinus est numus, neque, quod saepe factum, a perito falsario ad Goltzianum exemplar formatus, ut sua gravissimis auctoribus constet fides, dicendum, aut post Agathoclis mortem signatum numum, perinde ac de Gelonis et Hieronis I. numis diximus, aut adulatioonis causa signatum ab urbe Agathocli amica, quae Syracusanorum neque legibus, neque moribus tenebatur.

AV. AR. Έ. C.

*DINOCRATES.*

Huic Agathoclis primum hosti, deinde socio numum inscriptum ΔΕΙΝΟ. tribuit Begerus <sup>b)</sup>, sed quem jam nunc constat esse Sidetum Pamphyliae, quos vide.

*HICETAS.*

Diodoro bini Hicetae memorantur, qui varia aetate Syracusis tyrannidem arripuere.

*Hicetas I. qui cum Dionysio juniore*

y) in Demetr. c. 25.

z) l. c.

a) Sic. num. p. 98.

b) Th. Br. T. I. p. 297.

de Syracusarum principatu varia fortuna contendit, sed et hic a Timoleonte ad obsequium revocatus <sup>c)</sup>).

*Hicetas II.* medio inter Agathoclem et Pyrrhum tempore primum Syracusarum praetor, deinde tyrannus, cum Phintia Agrigenti tum tyranno bellum gessit, victor primum, deinde ipse a Poenis vicitus. Cum annis IX. principatum tenuisset, a Thynione ejicitur <sup>d)</sup>.

Begerus <sup>e)</sup> et Havercampus <sup>f)</sup> numos Hicetae nomine insignes veteri illi tribuerunt. Princeps T. M. haud facile definiri posse existimat, utri videantur adjudicandi <sup>g)</sup>. Credo, si consulantur numi ipsi, decisa est lis, iis palam professuris, alteri sese Hicetae deberi. Floruit Hicetas I. sub extremum Dionysii II. tempus, neque unquam satis firmus ejus Syracusis principatus fuit. Quis igitur sibi persuadeat, tam copiosos numos cum Hicetae I. nomine percussos divisa inter hunc et Dionysium potentia, quando Dionysii ipsius, qui tot annis remp. tenuit, certum nullum habemus superflitem? Sunt Hicetae numi omnes ex auro, et aureus regis vel tyranni numus ante Agathoclem non existat, inde ab hoc per omnes fere reges abundant. Fabrica ipsa, ut per artis elegantiam alienior videtur a Dionysii aetate, sic Agathoclis et Pyrhi tempora proxime sapit. Quibus ego persuasus argumentis numos hos omnes Hicetae II.tribuendos puto, cujus nomine facile intra IX. annos, quibus Syraousis praefuit, tot numero numi feriri potuere.

**ΣΤΡΑΚΟΣΙΩΝ.** *Caput Proserpinae spicis coronatum. ΧΕΠΛΙΚΕΤΑ. Victoria in citis bigis. AV.*

AV. R.

### PYRRHVS.

Rebus in Italia adversum Romanos minus e voto cedentibus a Syracusanis evocatus regnum aliquamdiu inter hos obtinuit. Verum de hoc ejusque numis, et si horum multi videantur in Sicilia signati, agetur in numis Epiri, quae ejus patria, et haereditario jure ad eum pertinuit.

### HIERO II.

Digresso e Sicilia Pyrgho V. C. 479. Syracusani mox praetorem constituant Hieronem, quem fuisse Hieroclis filium docent Pausanias, Athenaeus, Justinus, et marmor vetus <sup>h)</sup>. Traxisse insuper paternum genus a Gelone refert Justinus <sup>i)</sup>. Plautus coaevus nafrat per suetas, ut opinor, nugas, regem Liparонem in morte regnum tradidisse huic Hieroni <sup>k)</sup>. Victis Mamertinis magnum nomen adeptus rex a suis dicitur V. C. 485., ut censem Caſaubonus <sup>l)</sup>. Initio postea cum Poenis fcedere ad pellendos Messana Mamertinos, ab App. Claudio Cos., qui his suppeditas tulit, victus pacem a Romanis petuit impetravitque, quam sancte integrèque ad usque vitae exitum coluit, ac Romanos non tum modo, sed etiam in gravi anno rum XV. cum Hannibale bello omnibus officiis adjuvit. Cum reip. ipsis annis L. gara felicitate, et magna justitiae et moderationis laude praefuisset, mortuus est

c) L. XVI. d) Eclog. L. XXI. § 13. et L. XXII. § 2. 6. e) Theſ. Br. T. I. p. 387.

f) in Parut. p. 296. g) Sic. num. p. 99. h) Torrem. Inſtr. Sic. p. 1. i) L. XXIII. c. 4.

k) Menachm. Act. II. sc. 3. l) in Polyb. hist. L. I.

V. C. 539. relicto successore Hieronymo, suo ex filio Gelone nepote. Secundum Lucianum mortuus est anno aetatis XCII. regni LXX. <sup>m)</sup> qui calculus haud dubie fallit.

*Num i.*

Secundum leges supra in numis Hieronis I. statutas Hieroni II. vindicandi numi sequentes:

*Caput Proserpinæ spicis redimitum. Χ ΙΕΡΩΝΟΣ. Vir in citis bigis. AV.*

*Caput Palladis galeatum. Χ ΙΕΡΩΝΟΣ. Pegasus volans. AR. (Dutens.)*

Numus hic servit illustranda monetae Syracusanae, quae originem Corinthiam proficitur, ut copiose dicetur in numis Corinthi.

*Caput Neptuni. Χ ΙΕΡΩΝΟΣ. Tridentis. AE. II.*

*AV. C. AR. RRRR. AE. C.  
HIERONYMVS.*

Ei avus Hiero, pater Gelo, quem Hiero per insidias sustulisse credebatur, quod Romanis adversatus esset, mater Nereis Pyrrhi filia. Ex patris testamento rex annos natus XV. regnum adiit. Quo fuerit ingenio, ex Livio audire juvat <sup>n)</sup>: *Hieronymus velut suis vitiis defiderabilem efficere vellit avum, primo statim conspicu omnia quam disparia essent, ostendit; nam qui per tot annos Hieronem filiumque eius Gelonem nec vestis habitu, nec ullo alio insigni differentes a ceteris civibus vidissent, conspexero purpuram, ac diademam, ac satellites armatos, quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem more Dionysii tyranni. Hunc*

*tam superbum apparatum habitumque convenientes sequebuntur contemptus omnium hominum, superbæ aures, contumeliosa dicta, rari aditus non alienis modo sed tutioribus etiam, libidines novae, inhumana erudelitas. Inter haec cum a Romanis palam desciceret, et societatem cum Hannibale ipiret, apud Leontinos a conjuratis post mensem regni XV. occiditur V. C. 540.*

*Num i.*

*Caput Proserpinæ spicis coronatum. Χ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΙΕΡΟΝΤΜΟΤ. Fulmen, in area. MI. AV. (Mus. Caef.)*

*Caput regis diadematum. Χ Eadem aversa. AR. II. AE. II.*

De capite regis vivi nunc primum numis inserto, eique illigato diademe vide quae differui in numis Gelonis et Hieronis I. ut et citatum mox Livium.

*AV. RRRR. AR. AE. R.*

*PHILISTIS.*

*Caput muliebre diadematum velatum. Χ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ. ΦΙΛΙΣΤΙΔΟΣ. Victoria in quadrigis plerumque lentis. AR. I. Eadem in bigis. AR. II.*

Operis in his numis elegantia, pondus, eorumque copia acuerunt antiquiorum ingenia, ut quae esset haec Philistis, contentiore studio indagarent. Ex artis perfectione et typo aversae, tum dialecto Dorica facile conjecerunt, monetam esse Siculam, ceterum quod ad hanc Philistidem pertineret, nihil in veterum commentariis repererunt. Unus Hesychius: Φιλιστιδον νομισμα τι, praeterea nihil, quem quidem locum non satis

<sup>m)</sup> in Macrob.

<sup>n)</sup> L. XXIV. c. 4.

causae video, cur sollicitet Julius Schlägerus, cum pro Φιλιστίοις legit Φιλιππούς<sup>o</sup>). Res igitur ad conjecturas rediit, quas a variis eruditis propositas, sed infirmas sane videre potes in Principis T. M. Inscript. Sicil. p. 62. Havercampus, qui in conjecturarum arena primas semper abſtulit, verisimile censuit, fuisse Philistidem hanc binominem, alterumque illi nomen Damaretae, et quod sequitur, numos, de quibus agimus, esse Damaretiros illos, de quibus multa veteres, quo rumque supra in Damareta Gelonis uxore memini<sup>p</sup>). Judicium istud vel eo solo refellitur, quod Damaretii hi numi fuisse aurei ab omnibus perhibentur. Aliiquid lucis adfert epigraphe literis cubitalibus insculpta Syracusis in gradibus veteris theatri, quam ex Andrea Pigonato recitat Princeps T. M. q) ex una parte: ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ ΦΙΛΙΣΤΙΔΟΣ ex alia:--- ΑΚΛΕΟΣ. --- ΦΡΟΝΙ--- quo docemur saltem, fuisse reginam Syracusanam, si modo non facta est inscriptio, nam similem fraudem etiam Panormi intentatam refert Dorvillius<sup>r</sup>). Reliqua omnia incerta. Id unum advertere jubeo lectorem, hos Philistidis numos secundum omnes apices simillimos esse numo tetradrachmo Hieronis I., quem vides in Principis T. M. Sicil. num. tab. XCIVIII. n. 8. An forte ejus fuit uxor, atque ut marito memoriae causa signati numi, ita et uxor?

Philistidis complures numos aeri incidentos curavit Princeps T. M. eo con-

filio, ut ejus vultus a media aetate in senium vergens luculente appareat, unde arguit, fuisse longaevam, et satis diu Syracusanum imperium obtinuisse. At potius in hoc artificum inconstantiam in fingendis regum vultibus video, non raro antiquariis moleſtam, idemque in hac Philistide evenisse puto, quod in capite Pietatis, quam fiftunt numi aurei obvii J. Caesaris curante A. Hirtio cui, quae lineamentis mire divergentibus, jam pueriae, jam aetatis mediae, jam decrepitae proponitur.

**ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ.** *Caput muliebre velatum. Χ ΦΙΛΙΣΤΙΔΟΣ.* *Tres figurae stantes ad cultum Aegyptium compositae.*  $\text{Æ. II.}$

Mirabilem hunc numum edidit ex museo Bodleiano Swintonus eruditus Anglus, cumque spectatis omnibus causis idem sit cum illis, qui passim Melitae, vel vicinae Gaulo tribui solent, non dubitavit adserere, Philistidem non Syracus modo, sed his quoque insulis imperasse<sup>s</sup>). Jure istud. At enim si quis mihi numus malae fidei suspicionem movit, hic profecto est. Adulterinum equidem non dixero, sed additam a perjura manu Philistidis epigraphen, arrepta occasione a capite mulieris velato, cuius simile exstat in numis certis Philistidis. Enimvero si conjectero, non hunc modonum, sed praetensas etiam, quas citavi, inscriptiones esse fraudulentas, habebo, spero, non paucos viros praeclaros, qui idem mecum sentient.

o) de numo Alex. M. p. 67. p) in Parut. p. 1015. et 1049. q) Inscr. Sicil. p. 61.

r) Sicul. p. 43. s) Transact. Vol. LX. p. 80.

## TYRANNI AGRIGENTI.

## THERO.

Natus patre Aenesidamo, duxit genus ab Oedipo Thebanus, si Pindaro creditimus binis odis II. et III. victorias ejus Olympicas celebranti. Praeter Agrigentum Himeram etiam sibi subjecit, auxiliisque adfinitate potestiam, dum Geloni Syracusano filiam Damareiam uxorem dedit. Junctis cum hoc copiis memorabili illo ad Himeram praelio, de quo in Gelone egimus, Poenos internecione delet. Postquam Agrigentum annos XVI. clementer ac moderate rexisset, mortuus est, et heroicos a suis honores consecutus.

## Numi.

*Caput muliebre. Χ ΘΕΡΩ Pagurus.*  
Æ. II.

Numos similes Theroni non esse synchronos, peculiari dissertatione supra Gelonis numis adnexa demonstravi. Cum igitur multo sint serius signati, nihil est, quod cogat credere, Theronem numis his inscriptum esse hunc ipsum tyrannum, praecipue cum in utraque eorum superficie nihil compareat, quod ad eum peculiari quodam modo pertineret. Potest igitur horum numorum Thero esse Agrigentiorum magistratus, quemadmodum in eorum moneta etiam Silanum vidimus. Ceterum et hi numi sunt rarissimi. Princeps T. M. nullum ipse possedit, eti teftetur, eorum se archetypa vidisse. Notavit Pellerinius in catalogo, quem subjecit operi, quod numos Regum complectitur, possidere se Theronis numos qua-

tuor<sup>t)</sup>; verum respondit consultus a Neumanno nostro Abbas Blondius, horum nullum in Pellerinii thesauro contineri, et Theronem quocunque demum errore in catalogum irreplisse.

Alium adhuc numum inscriptum ΘΕ. Princeps T. M. ex museo Neumannii vulgaravit, et huic Theroni tribuit. Verum in hoc numo non ΘΕ, sed Κ legitur, ut videlicet etiam Neumannus in praeclaro suo opere, in quo numum hunc edidit. Eruditi principis exemplo Theronem etiam in numo simili vidi abbas Sestinus, ut diximus in moneta Agrigentorum.

## Æ. RRRR.

## PHINTIAS.

Agrigenti rex, quo tempore Syracusis principatum tenuit Hicetas II. non multo ante Pyrrhi tempora. Ab eodem Hiceta victus, subinde urbem condidit, quam de se Phintiadem appellavit translatis eo Gelois.

## Numi.

*Caput Apollinis, vel Diana, vel Proserpinæ. Χ ΒΑΣΙΛΕΟΣ. ΦΙΝΤΙΑ. Aper currens.* Æ. III.

Videtur aversa contentum Phintiae venandi studium indicare. Certe somnialis eum, se ab a pro inter venandum peremptum iri, refert Dioderus<sup>u)</sup>.

*Caput juvenile diadematum, retro triquatra. Χ Eadem aversa.* Æ. II.

Numum edidit Paruta, praeter quem nemo aliis. De capite anticae propter

t) p. 210. u) Eclog. L. XXII. § 5.

additum diadema, bac adhuc aetate in insolentem videre indicatum. In numo Sicilia infuetum, non nihil dubito, cupe- non satis integro facile potest laurea remque praeterea ab altero numum hunc Apollinis pro diademato haber.

## INSVLAE · SICILIAE ADIACENTES.

## COSSVRA.

Hodie Pantellaria, Lilybaeum inter et Clupearum Africae. Hujus insulae numi duplicis sunt generis, I. inscripti Punice, II. inscripti Latine.

## I. Punici.

*Caput muliebre radiatum peregrino cultu, cui in compluribus advolans Victoria coronam offert. X Quinque litotae Punicae intra lauream. AE. I. II.*

De epigraphe Punica in dissertatione de numis Phoeniciis Phoeniciae propriae subiecta agemus.

## II. Latini.

*Caput muliebre velatum, cui advolans Victoria coronam imponit, in compluribus juxta comparet signum incusum REC. X COSSVRA. intra coronam, in nonnullis praeterea quaedam trianguli species. AE. I. II.*

En eiusdem speciei numos, et fere sola lingua differentes. Anticae caput juvenile videtur esse ipsius insulae vel urbis genius. Indulxit ingenio suo Harduinus, dum nummos hos Hispanienses, et caput esse Regiae Constaniae putavit propterea, quod in simili Parutiano juxta caput legitur REC.<sup>x</sup>) quod judicium abunde refutavit Bimardus<sup>y</sup>). Nimium etiam temere Havercampus esse putavit

caput Didonis<sup>z</sup>), non abiente consensum Froelichio<sup>a</sup>), et ne quid conjecturis desit, censuit Begerus, esse caput Philistidos<sup>b</sup>). Harum opinionum causa praecepsa fuit, quod juxta muliebre hoc caput viderunt scriptum REC. et quidem in compluribus apud Parutam<sup>c</sup>), tum et Begerum<sup>d</sup>), quae eos scriptura, ut REGINAM opinarentur, impulit. At enim in numo simillimo musei Neumannii nostri tres hae literae, quarum postrema formam Σ habet, incusae sunt, et quod sequitur, nequaquam ipsis numis syachronae, habentque adeo sensum, ut pleraquae hujus naturae signa, nobis incompertrum. Suapte ergo omnes conjecturae de regina quapiam modo allatae corrunt, tum etiam quas alias fane infirmas Havercampus commentus est<sup>e</sup>).

Dificile est explicare id, quod triangulum referre dixi. Forte est Tau Aegyptium, quale saepe Ibis manu gestat. Sane vicinam Melitam et Gaulon aperte ostendere Aegyptii cultus argumenta, continuo videbimus.

AE. R.

## GAVLOS.

Hodie Gozzo, insula Melitaë adjacens. In duas item classes ejus numos dico, I. Punicos, II. Graecos.

x) Num. illustr. sub *Coffura*. y) ad Job. T. II. p. 267. z) in Parut. p. 160. a) Notit. elem. p. 79.

b) Thes. Brand. T. I. p. 301. c) tab. 142. d) l. c. e) ad Parut. p. 854.

*I. Punici*, et si controversum adhuc, utrum huc pertineant, ut dicetur.

*Caput muliebre velatum. ¶ Literae tres Punicae. Tres figurae stantes ad culum Aegyptium compositae. In aliis: Caput arietis, vel tripus, vel pagurus. AE. I. II.*

Numum similem, addito praeterea ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΣ. ΦΙΛΙΣΤΙΔΟΣ. vide supra in moneta Philistidis.

*Caput nudum barbatum, ante quod caduceus. ¶ Literae tres Punicae. Aliquid infar tintinnabuli, vel pilei intra coronam.*

*AE. II.*

Fuere, qui numos his literis notatos Melitae vicinae tribuendos putarent, de qua lite vide, quae notabo in dissertatione Phoeniciae propriae numis subjecta, quo loco agetur de numis Siculophoeniciis. Typus, quem dixi esse ex more Aegyptio, offert figuram stantem capite mitrato, quae junctis manibus videtur tenere flagellum ad morem Osiridis, pedes autem habet arcte colligatos, cui adstantes duae figurae inferne alatae patetam porrigitur. Forma non absimili figurae stant compositae variis locis tabulae Isiacae. Figura similis, quae in his numis in duorum medio stat, in aliis certis Melitenibus totam aream aversam facit, nisi quod superne et inferne alata est. Satis ex stylo patescit, peregrina hic exhiberi numina a Phoeniciis huc traducta, quos ex vicinia Aegypti et cum hac commercio verisimile est eodem fuisse stylo usos in diis suis effingendis. Venetus esse deum Mithram putat, quod haec figura alata est<sup>f</sup>), at dubito, utrum

ea jam aetate, qua numi hi eusi sunt, Persici hujus deastri cultus ab Europae populis fuerit receptus.

Caput in antica numi II. esse Mercurii, ut perfuadet caduceus, ita videtur inficiari barba. At enim Mercurium barbatum bis habemus apud Pausaniam<sup>g</sup>), ut mittam monumenta alia. De typo partis aversae nihil quod certi adfirmem habeo.

*AE. R.*

*II. Graeci.*

*Caput muliebre supra lunulam. ¶ ΓΑΤΔΙΤΩΝ. Miles gradiens d. hastam intorquet. AE. III.*

*AE. R.*

### MELITA.

Hodie *Malta*. De numis Punice inscriptis, quos aliqui huc retulere, mox in Gaulo egimus. Numi sunt I. Graeci, II. Graeco-Latini, III. Latini.

*I. Numi Graeci.*

*ΜΕΛΙΓΑΙΩΝ. Caput muliebre velatum et corona radiata, in aliis quasi flore loti tectum. In aliis videtur virile tectum modio. ¶ Vir mitratus et quatuor alis instructus, quarum duae humero, duae femori adhaerent, humi quasi confidens d. harpam, s. flagellum tenet. AE. L*

Non magnopere absimilis figura, sed stans, conspicitur in numis Punice inscriptis, quos Gaulo tribuimus. In antica exhiberi Isidem, in averla Osirin verisimile videri possit, nisi forte in antica melius statuatur esse caput Junonis, cuius in hac insula fanum antiquum, summa religione sacrum, et ipsi propterea

<sup>f</sup>) *Saggi di Cort.* T. I. p. 35.    <sup>g</sup>) *L. VII. c. 22. et 27.*

praedonibus inviolatum donisque locuples stetisse testatur Cicero<sup>b)</sup>.

\* \* \*

*Caput muliebre velatum. Ξ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. Tripus, in aliis lyra. Έ. II. III.*

\* \* \*

*Caput muliebre spicis coronatum. Ξ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. Equus gradiens. Έ. III.*

Vtriusque partis typus multum ad finis est illi, quem videre est in numis anepigraphis, qui Panormo vulgo tribuuntur.

Έ. R.

*II. Graeco-Latini.*

*ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. Caput muliebre velatum. Ξ C. ARRVTANVS. BALB. PRO. PR. Sella curulis. Έ. II.*

Fuit hic, ut appareat, propraetor Siciliae, ad quam Melita pertinuit.

Έ. RR.

*III. Latini.*

*Caput muliebre velatum. Ξ ΜΕΛΙΤΑΣ. Tripus. Έ. III.*

Hanc epigraphen jam a Paruta proditam in dubium olim vocavit Princeps T. M.<sup>i)</sup> sed confirmatur numo simili, qui est Vindobonae in museo Caesareo et Neumaanni.

\* \* \*

Ex numero numorum ab antiquariis Melitae tributorum eximendus is, quem edidit D'orvillius inscriptum ΜΕΛ. <sup>k)</sup> Est is Megarorum, ut docuit Neumannus<sup>j)</sup>. Item auctor operis, cui titulus: *Catalogue raionné*, huc refert argenteum subaeratum, in quo: *Nemesis flexo uno*

*genu, in Ξ quaedam clypei species, sed qui Camarinam certius pertinet; ad haec de Melitae numo argenteo, si Goltzianum demas, nihil constat.*

Έ. RRR.

### CAENE.

Hodie *Canis*, modica in eodem tractu insula, cujus meminere Plinius, et Marcianus Capella.

*Gryphus currans, infra cicada. Ξ ΚΑΙΝΩΝ. Equus currans. In nonnullis deest epigraphe. Έ. II.*

*Caput juvenile. Ξ ΚΑΙΝΩΝ. Aquila flans, prae qua caput arietis. Έ. II.*

Descripti hic numi pridem ad hanc Caenen revocari sunt soliti. Serius Mazzochius hos promontorio Caenys in Bruttiiis tribuendos putavit<sup>m)</sup>, verum urbis huic adstituae nulla apud veteres mentionio. Quoniam vero hi numi copiosius reperiuntur in Sicilia, Princeps T. M. hujus nominis in hac insula oppidum circumspexit, reperitque *Cenam* prope Agriumentum, cui censem hos posse numos competere<sup>n)</sup>, quod tamen judicium tanti non facit, ut vetus illud plane repudiet, quo hactenus dictae insulae Caene adjudicati sunt. Illustris principis sententiae subscribendum putavit Cl. Sestinus<sup>o)</sup>.

Demandus item ex numis hujus urbis is, in quo Dorvillius legit KAINON. <sup>p)</sup>, pro quo legendum ΚΑΙΝΩΝ jam observavit Princeps T. M. <sup>q)</sup>.

Έ. C.

### LOPADVS A.

Insula Siciliam inter et Africam.

b) in Ver. L. IV. c. 46.

i) Aggiunt. V. p. 6.

k) in Sicul. tab. XX.

l) Num. pop. p. 49.

m) tab. Heracl. p. 41.

n) Aggiunte V. p. 24.

o) Lettere T. I. p. 4.

p) tab. XX. n. 8.

q) I. c.

Ejus numus ΔΟΠΑΔΟΤΣΣΑΙΩΝ nemini hactenus praeter Goltzium conspectus.

#### LIPARA.

Insula maris Tyrrheni, Aeolianum insularum una, atque inter eas princeps. Sola ex iis numos signavit, quorum frequentes in museis servantur.

*Epigraphe: ΛΙΠΑΡΑΙΩΝ.* etiam retrograde, in recentioribus ΔΙΠΑΡΑΙΩΝ. rarius AL. tantum.

*Caput juvenile laureatum. Χ ΛΙΠΑΡΑΙΩΝ. Tridens. AV. II. (Mus. Hunter.)*

Causa metalli insignis est hic numus. Argenteos aliquot recitant etiam Princeps T. M. et catalogus Hunterianus, sed utrum hoc pertineant, minus certum.

*Vulcanus nudus sedens d. malleum, f. diotam. Χ ΛΙΠΑΡΑΙΩΝ. Delphinus, inferne linea extantibus uncis; in aliis tres vel sex globuli. Ε. varii moduli.*

*Caput Vulcani pileo tectum. Χ ΛΙΠΑΡΑΙΩΝ. Navis et sex globuli, in aliis protypo tantum globuli, duo, tres. Ε. varii moduli, etiam maximi.*

Ex his numis apparet, Vulcanum in hac insula praecipuo honore affectum. Nempe propter ignes non raro ibi erumpentes suam hic fixisse sedem et officinam perinde ac apud Aetnam credebatur, cuius testimoniis abundant poeta rum scrinia. Delphini in numis insularum ratio obvia. Vncis subtus positis indicari maris adsurgentis fluctus, diximus supra in numis Camarinae.

*Caput nudum barbatum. Χ ΛΙΠΑΡΑΙΩΝ. Bacchus stans cum thyro. Ε. III.*

Verisimile satis, capite anticae indicari Aeolum, cui cum Vulcano in Lipara communes fuere honores, nam teste Diodoro<sup>t)</sup> insulas Aeolidas de nomine suo dictas occupavit, urbemque Liparam exstruxit. Et erant Liparae cum Vulcano, tum Aeolo eximia donaria et pecuniae in prytaneo dedicatae, quas Agathocles facto ex improviso impetu occupavit<sup>s)</sup>.

*Globuli duo, tres, qui utrum ponderi respondeant, ambigunt, et si valorem haud dubie notent.*

*AV. RRRR. AR. dubii. Ε. C.*

#### SARDINIA.

Exstant numi, in quorum antica.

*Caput virile peregrino cultu. Χ ΣΑΡΔΙΝΙΑ. Tres spicne. AR. II. (Mus. Cael.) Ε. (Dorvill. Sicul. tab. II. n. 6.)*

Id genus numos ajunt copiosius reperiri in Sardinia, neque ab hac sententia ab ludunt binae literae αχαιωσαι hujus insulae, ipsa fabrica peregrinum quid redolens, et typus spicarum, nota insulae fertilitate. Num recte sim arbitratu, decidant ii, qui in vicino degunt. Paruta similem in Panormitanis citavit<sup>t)</sup>, neque dissentunt Havercampus, et, qui in citatum Dorvili numum commentatus est, Burmannus.

*SARD. PATER. Caput viri peregrino cultu prominente retro hasta. Χ M.*

<sup>r)</sup> L. IV. c. 67.

<sup>s)</sup> Diodor. L. XX. c. 102.

<sup>t)</sup> Tab. XVIII. n. 178.

ATIVS. BALBVS. PR. *Caput Balbi nudum. AE. II. (Mus. Cael.)*

Exhibit antica Sardum Maceridis filium, cui apud Libyes Herculis cognomen fuit, quique in hanc insulam coloniam duxit aetate remotissima, antequam Aristaeus et Jolaus eam colonis Graecis frequentassent. Ab hoc Sardo Libye insula, cui antea a forma humani vestigii Ichnusae nomen fuit, Sardinia dicta est. Haec Pausanias <sup>a)</sup>, et Silius Italicus <sup>x)</sup>. Ei ergo ex veterum instituto heroicos fuisse honores delatos, dictumque gentis patrem, numus hic docet. Sane et Ptolemaeus locum quendam in hac insula vocat *Σαρδοπατορος Ιερον*. Huic ceu Aeolidis.

gentis conditori juxta jungitur M. Atius Balbus, quem praetura in insula functum docet numus taentibus historicis. Honoris tamen causa signatum fuerit ejus caput a Sardis in moneta sua, quod is Augusti avunculus major fuit, de quo videa plura in numis gentis Atiae. Numi fabrica rudior tudem tum Sardiniam non abnegat.

AR. RR. AE. R.

### CALARIS.

Olim et nunc quoque Sardiniae urbs princeps. Huic falso adseritus a Goltzio numus praetensa epigraphe KA-ΡΑΛΙΤΩΝ, sed qui certo est Cymes la vocat Σαρδοπατορος Ιερον. Huic ceu Aeolidis.

<sup>a)</sup> L. X. c. 17. <sup>x)</sup> Bell. Pun. L. XII. 355.



FINIS VOLVMINIS I.





